Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

8
9 G
59

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THEOLOGIA MORALIS

RAYMVNDI BONALII
Presbyteri, Doctoris Theologi.

1712

Vbi Caſus conſcientiæ praxiſque animarum Paſtoribus, & alijs, tùm Clericis, tùm Laïcis neceſſaria fusè, doctè piéque traduntur.

E Gallico Latinè verſa
A PETRO LAVRO Presbytero, Doctore Theologo, poſt vigeſimam Editionem.

TOMVS PRIOR.

Recenſitus & auctus Epitome totius Operis, dupliciq; que Indice altero Tractatuum & Lectionum, altero rerum præcipuarum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TOLOSÆ,
Excudebant IOANNES BOVDE, & I. IACOBVS BOVDE, Regis, Comitiorum Linguæ Occitanæ, Vniuerſitatiſque Typographi. 1673.

Cum Approbatione & Priuilegio Regis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Veræ LVCI quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

IESV CHRISTO Domino noſtro, Filio Dei vnigenito.

Lumini de lumine, Deo vero de Deo vero.

In plenitudine temporum homini propter homines facto.

Virginei ventris fructui benedicto.

Immaculato Dei Agno qui tollit peccata mundi.

Digitized by Google

*Paſtori & Epiſcopo animarum no-
ſtrarum.*

*Duci & Doctori gentium, in quo
reconditi ſunt omnes theſauri
ſapientiæ & ſcientiæ Dei.*

*Ipſi cum Patre & Spiritu ſancto
gloria, honor & imperium in
ſecula ſeculorum. Amen.*

Digitized by Google

PIO ET ERVDITO LECTORI.

QVÆ me ad librum hunc Latinè vertendum impulerint, paucis accipe. Dum viueret Auctor, eo Typis magno piorũ & eruditorum plauſu euulgato, plures Illuſtriſſimi Galliarum Epiſcopi vehementer optarunt, vt in Latinam linguam transferretur, quod ſuos Clericos aliâ Moralem Theologiam edoceri nollent. Bonalius quidem Gallicè ſcripſerat in gratiam rudiorum, vt ij moralem faciliùs diſcerent; in quo ſane conſilio prudentiam & charitatem viri demiror; ſed intellecto Præſulum voto, hanc mihi Prouinciam, cum ipſe varijs impeditus negotijs eam ſuſcipere non poſſet, qua rogando, qua hortando impoſuit, viſum opus inchoatum probauit, & ſæpè ad perficiendum illud hortatus eſt. Verùm tanto viro morte non ſibi quidem, ſed Eccleſiæ, amicis & pijs omnibus immaturâ defuncto, rem negligere cœpi, donec multorum precibus & querelis excitato illam Deo fauente abſoluere licuit.

Nec immeritò Reuerendiſſimi Epiſcopi

pi Latinam hujus operis interpretationem optaſſe videntur : cum diuinæ Scripturæ vtriuſque Teſtamenti, ſacra Pontificorum & Conciliorum oracula, jus Canonicum, Breuiarij ſanctæque liturgiæ ritus & alia fere omnia clero Latine tradantur; quippe illa eſt Eccleſiæ Catholicæ lingua, quæ proinde Clericis eius Miniſtris & Doctoribus familiaris eſſe debet. Accedit ejuſmodi libros vulgari ſermone conſcriptos vix, vt aiunt, probari judicio Apoſtolicæ Sedis, quæ omnium fidelium magiſtra & mater eſt. Enimuerò Theologus Moralis plura tractat quæ à plebe ignorari ſatius fuerit, ne ob imperitiam accipiat aliquid in alteram partem ac dictum ſit, præſertim in quæſtionibus grauioribus quæ in Lectore acumen ingenij, doctrinam & peracre iudicium requirunt. Potiorem tamen hujus verſionis vtilitatem arbitror, quod ita præclariſſimi operis adeò in Galliâ expetiti vt intra paucos annos viginti editiones illius prodierint, aliæ nationes participes fient, Magnus enim Dyoniſius Apoſtolorum Diſcipulus & Gallorum in Fide Magiſter, bonum ſui eſſe diffuſiuum affirmat.

Quod ad noſtrum Auctorem attinet. Fuit Bonalius in vtroque jure, Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, ritibus ſacris, Theologiâ vt vocant, poſitiuâ, Scholaſtica & Morali Doctiſſimus, Auctoreſque celebriores magnâ diligentiâ nec minore fructu perlegerat: quibus ſi vitæ innocentiam, plu-

res annos in concionando, regendis animabus, docendis caſibus conſcientiæ, alioque multiplici Sacerdotis munere obeundo conſumptos, & ſcientiam vitæ ſpiritualis eximiam diuturnâ exercitatione ac præſertim ſancti Spiritus vnctione comparatam addideris, profectò abſolutiſſimum moralem Theologum fuiſſe intelliges. Qualem nobiles inprimis Theologi facultatis Pariſienſis omnium Academiarum facile Principis agnoſcebant, cum proceribus huc venientibus eum, ſi opus eſſet, de rebus majoris momenti conſulendum indicauerint, quod eos ſæpiùs magno animarum ſuarum fructu & ſolatio feciſſe conſtat. Abbas etiam oberius Seminarij ſancti Sulpitij Auctor, quem eruditio, pietas & ſingularis amor cleri vbique commendarunt, ad celeberrimam, vt vocant, miſſionem, loci Abbatiæ ſuæ in Aruerniâ ſitæ eumdem & alios plures magnos viros ſecum duxit, vbi difficilioribus conſcientiæ caſibus enodandis magnâ cum laude vacauit.

Epiſcopi verò Illuſtriſſimi quos poſuit Spiritus Sanctus regere Eccleſiam Dei, Bonalium plurimi fecerunt ejuſque operâ in ſuis Diœceſibus fœliciter vſi ſunt. Reuerendiſſimus Ioannes Franciſcus Gebennenſis Epiſcopus ſancti Franciſci Saleſij non tàm ſanguine quàm virtutis imitatione frater, cum Beati Franciſci gratiâ venientem Anniſium magnâ teſtificatione honoris & dilectionis excepit; cum enim

æger decumberet, illũ aſſumptâ epomide, vulgò camal dicitur, allocutus & arctè cõplexus eſt. Deinde Seminaria in Galliâ Narbonenſi, Aquitaniâ & Toloſæ Metropoli, vocante Illuſtriſſimo Carolo de Montchal erexit, vbi Summo Reuerendiſſimorum Præſulum gaudio earumque Diœceſiũ ac præcipuè Cleri fructu, juuẽtutẽ, ipſos etiam veteres Sacerdotes & Religioſos bonis moribus & Doctrinâ Eccleſiaſticâ diu imbuit. Reuerendiſſimus quoque Carolus Auguſtus Gebennenſis Epiſcopus ſancti Franciſci Saleſii ex fratre digniſſimus nepos Bonalium denuò venientem anniſium, ibique per aliquot dies commorantem ſingulari honore affecit.

Quo autem non decoraſſet à virum patrui ſui memoriæ addictiſsimum; nam illum vitæ exemplar, & ſtudiorum ducem atque Doctorem ſuum elegerat. Si quis ab eo conſilium quæreret, ſtatim quid dixiſſet aut feciſſet in tali caſu beatus noſter, ſic S. Saleſium vocare ſolitus, cogitabat: ſi quam in ſuis negotiis difficultatẽ experiretur, illicò reuocans in memoriam ſuum exemplar, omnia diuinæ prouidentiæ committebat, ſperans propitium ſibi fore Franciſcum, maximè cum relatus eſſet in numero Sanctorum, quod ipſe quidẽ tametſi diu concupitum non vidit in terrâ, ſed nunc fœlicius in cœlo contemplatur eius Sancti conſors in gloriâ quem in terris ſummopere dilexerat. Adeò autem prouidentiæ diuinæ fidebat, vt me

ab ipſo quantumuis humillimò hæc audiuiſſe meminerim : ſpero me aliquid ſpeciale ad Dei Prouidentiam ſpectans viſurum in verbo, quod ejus me curæ omninò commiſerim, à nutu illius pendeam, eique cæco modo in omnibus fidam. Si quid in familiari congreſſu loqueretur, id ad caſus conſcientiæ, vel res Eccleſiaſticas, aut virtutes S. Saleſii pertinebat: ejus autem vitam in certa capita ſeu hiſtorias diſtribuerat Seminarij alumnis prælegenda, vnde fructus vberrimos colligebant. Hunc verò ſingularẽ erga Saleſium amorem poſt Dei gratiam, ſedulæ ſcriptorum ejus lectioni, cũ Theologię ſtuderet Toloſæ, adſcribebat: poſſumque affirmare illum omnia tanti Præſulis ſcripta calluiſſe perfectè, cujus egregium argumentum fuiſſet myſticæ Theologiæ liber, totus ex illis deſumptus, quem proh dolor imperfectum reliquit.

Opus verò tria maxime commendant, nimirùm Doctrina, modus eam tradendi & pietas. Doctrina quidem ſolida, prudens & canonica eſt: non enim friuolis rationibus & vanâ quorumlibet auctoritate, ſed potiùs Diuinâ Scripturâ, præſertim Euangelio, Canonicis Decretis, Sanctorum placitis & legitimo diſcurſu nititur; itaque nec laxiorem aut nimis ſeueram & aſperam, verùm iuſtâ quadam moderatione temperatam inuenies, quia ſic arctam viam quæ ſola Euangelio teſte ducit ad vitam, ſectabatur, vt tamen jugum

Domini ſuaue meminiſſet. Eam quoque tradendi methodo nihil clarius, nihil facilius, nihil captui etiam radiorum juuando aptius excogitari poteſt. Omiſsis inutilibus quæſtionibus ampla illa volumina plærumque onerantibus, ea fere quæ magis in populi mores veniunt, & quomodo ad praxim reducenda, tractare ſolet. Denique non jeiunam Doctrinam, vt aliis mos eſt, ſed verâ pietate condîtam ſedulò tradit, fructus identidem bonis moribus vtiliſsimos colligendo, qui Clerum ad ſublimioris vitæ perfectionem accendent. Quæ verò de Baptiſmi & ſacræ Ordinationis ritibus eruditè copioſeque diſputat, eam ſine dubio pietatem ſpirant, vt ſanctæ meditationis & lectionis inſtar eſſe poſsint: quamobrem curſum hunc non modò Theologiæ Moralis Scholaſticæ, ſed etiam piæ meritò appellaueris. Clerice igitur non minùs pietatis quàm eruditionis amans, comede volumen iſtud meditatione ſtudioſâ, vt mores tuos & plebis Chriſtianæ dirigas in viam ſalutis æternæ: pauca tradere videtur, ſed omninò ſelecta & tuta, quæ ſi bene calleas, vix alia deſideres. Tu quoque laïce hic plurima reperies quorum te lectio delectabit, ſi pius & eruditus fueris aut fieri velis; auctorem verò vtriuſque iuris peritum, nec prudentiæ ciuilis expertem aduertes.

Ezech. c. 3.

Cæterùm illo nos ſtylo vſi ſumus, quem præcipuè moralem Theologum decebat,

facili nimirum & graui: neque verbum è verbo, vel ſenſum è ſenſu, ſed ex vtroque commixtum, vt loquitur S. Hyeronimus præfatione in Librum Iob, & medie temperatum genus tranſlationis expreſsimus, quod id veteribus placuiſſe maioremque habere gratiam conſtet. Totum verò magna demiſsione animi ſubiicimus non modò ſanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ, ſed etiam virorum ſapientum iudicio.

Supereſt, amice Lector, vt qualicumque labore noſtro fœlix diu fruaris: & quidquid inde hauſeris, Deo bonorum omnium fonti acceptum referas, meque illi tuis orationibus commendare non graueris.

INDEX
PRIORIS TOMI Theologiæ Moralis.

TRACTATVS I.

IDEA BONI CONFESSARII, juxta Doctrinam & viuendi rationem S. FRANCISCI SALESII *Epiſcopi & Principis Gebennenſium.*

LECTIO I.

DE præſtantiâ muneris Confeſſarij. pag. 1.

Lect. II. De bonorum Confeſſariorum inopiâ eorumque muneris onere grauiſſimo, & an illud recuſandum ſit. p. 4.

Lect. III. Reſpondetur excuſationibus Sacerdotum qui humilitatis ſpecie Confeſſarij munus effugiunt. p. 6.

Lect. IV. De his quæ attendere deberent qui nimiâ facilitate Confeſſarij munus

Digitized by Google

aſſumunt. p. 9.
Lect. V. De virtutibus alijſque bono Confeſſario neceſſariis, ac primum de charitate. p. 10.
Lect. VI. De quibuſdam officiis paternæ Confeſſarij charitatis, ac 1. de benigna pauperũ & plebeiorum admiſſione. p. 12.
Lect. VII. De altero hujus charitatis officio, nempe de ſingulari patientiâ erga rudes & inurbanos exhibenda. p. 14.
Lect. VIII. De 3. paternæ charitatis officio, nimirum vt inſignes peccatores humaniter excipiantur. p. 15.
Lect. IX. De 4. charitatis officio, nimirùm vt Confeſſarius homines ſcrupulis agitatos conſolari dignetur. p. 17.
Lect. X. De 5. charitatis officio erga illos exercendo quos ſua peccata detegere pudet. p. 19.
Lect. XI. Proſequitur eandem materiam. p. 21.
Lect. XII. De 6. charitatis officio, ſeu de fiducia quam erga ſe Confeſſarij omnibus tribuere debent. p. 22.
Lect. XIII De virtutibus quæ à dicta charitate dependent, ac primum deuotione. p. 24.
Lect. XIV. De 4. deuotionis officio, nimirùm oratione pro pœnitentibus ritè fundenda. p. 25.
Lect. XV. De altera virtute quam à Confeſſarij charitate pendere diximus, nempè omnis proprij commodi neglectu. p. 28.

Lect. XVI. De tertia virtute quam Confeſſarij charitas parit, nempè libertatis ſpiritu. p. 30.
Lect. XVII. In qua effectus prædicti ſpiritus libertatis, & vitia illa oppoſita declarantur. p. 33.
Lect. XVIII. De 4. virtute quæ à Confeſſarij charitate dependet, nimirùm amicitia Chriſtiana. p. 34.
Lectio XIX. Qualis eſſe debeat hæc amicitia Chriſtiana ex parte pœnitẽtis. p. 36.
Lectio XX. De ſpiritualibus dictæ amicitiæ commodis. p. 37.
Lect. XXI. De amicitia vitioſa quæ inter pœnitentes & Confeſſarios aliquando irrepit. p. 39.
Lect. XXII. De ſignis quæ Confeſſarij & pœnitentis amicitiæ ſanctitatem declarant. p. 41.
Lect. XXIII. De epiſtolis à Confeſſario & pœnitentibus mutuò ſcribendis. p. 42.
Lect. XXIV. De ſcientia Confeſſarii & virtutibus quæ ab illa dependent. p. 45.
Lect. XXV. De prudentia Confeſſario neceſſaria. p. 46.
Lect. XXVI. De tribus dictæ prudentiæ officiis. p. 47.
Lect. XXVII. De duobus aliis prudentiæ Confeſſarii officiis. p. 49.
Lect. XXVIII. De virtutibus quæ à prudentia Confeſſarii dependent. p. 51.
Lect. XXIX. De duabus aliis virtutibus quæ ab eadem prudentia ma[illegible]nt, ſcilicet fiducia in Deum & caſtitate. p. 54.

TRACTATVS II.

De peccatis.

Lectio I.

DEfinitur peccatum in genere. p. 56.
Lect. II. De venialis ac mortalis peccati definitione. p. 58.
Lect. III. Quomodo peccatum mortale fieri poſſit veniale, ac vice-verſa. p. 60.
Lect. IV. De tribus aliis modis quibus peccatum veniale poteſt fieri mortale. p. 62.
Lect. V. De modis iudicandi an peccatum aliquod ſit mortale aut veniale. p. 65.
Lect. VI. Vnde peccatorum numerus deſumatur. p. 66.
Lect. VII. De argumento eodem. p. 69.
Lect. VIII. Vnde ſumitur ſpecifica multitudo peccatorum. p. 71.
Lect. IX. De circunſtantiis peccatorum. p. 72.
Lect. X. De cauſis peccatorum. p. 73.
Lect. XI. De aliis peccati cauſis, ac præſertim de ignorantia. p. 75.
Lect. XII. De paſſionibus, item peccati cauſis. p. 77.
Lect. XIII. De cauſis peccati externis ac 1. de dæmone. p. 79.
Lect. XIV. De reliquis peccati cauſis exterioribus. p. 81.
Lect. XV. De peccati mortalis effectibus, ac 1. ex parte Dei. p. 82.
Lect. XVI. De peccati mortalis effectibus

Digitized by Google

ex parte humanitatis Chriſti, Sancto-
rum & Eccleſiæ. p. 84.
Lect. XVII. De effectibus culpæ mortalis ex parte animæ. p. 85.
Lect. XVIII. De effectibus peccati mortiferi ex parte corporis ac dæmonum. p. 87.
Lect. XIX. De peccati venialis effectibus. p. 88.
Lect. XX. De altero peccati venialis effectu. p. 90.
Lect. XXI. De gradibus quibus peruenitur ad peccatum. p. 91.
Lect. *Vltima*. De remediis peccatorum. p. 92.

TRACTATVS III.

De Legibus.

Lectio I.

De legis definitione. p. 94.
Lect. II. De legum diuiſione. p. 97.
Lect. III. De materia Legum. p. 99.
Lect. IV. De illis qui legibus parere tenentur. p. 100.
Lect. *V*. Ad quas leges peregrini obligentur. p. 102.
Lect. VI. De obligatione legis iniuſtæ. p. 104.
Lect. VII. De iuſtarum legum obligatione. p. 105.
Lect. VIII. An dentur humanæ leges quæ

Digitized by Google

in foro dumtaxat exteriori obligent aut vice-uerſa, p. 107.
Lect. IX. An leges humanæ pœnales ante ſententiam judicis obligent. p. 109.
Lect. X. De modo parendi legibus. p. 111.
Lect. XI. De legis abrogatione. p. 112.

TRACTATVS IV.

In Decalogum.

LECTIO I.

DE definitione Decalogi. p. 115.
Lect. II. De neceſſitate obſeruationis Decalogi. p. 117.
Lect. III. Quod Dei mandata non ſint obſeruatu impoſſibilia. p. 120.

TRACTATVS V.

De I. *Precepto.*

LECTIO I.

DE Fide. p. 122.
Lect. II. De diuiſione ac neceſſitate Fidei. p. 123.
Lect. III. De peccatis Fidei oppoſitis. p. 125.
Lect. IV. De Spei definitione, & ad quid eâ obligemur. p. 126.
Lect. V. De diuini timoris diuiſione. p. 126.

Digitized by Google

Lect. VI De effectu, duratione ac vſu timoris ſeruilis. p. 118.
Lect. VII. De peccatis ſpei oppoſitis. p. 130.
Lect. VIII. De charitatis Dei natura & præceptis. p. 131.
Lect. IX. Quandonam & quo tempore obliget præceptum charitatis erga Deum. p. 133.
Lect. X. De vitiis charitati oppoſitis. p. 135.
Lect. XI. De Religionis definitione eiuſque actibus. p. 136.
Lect. XII. De Adoratione. p. 138.
Lect. XIII. De peccatis Religioni oppoſitis. p. 139.
Lect. XIV. De peccato diuinationis. p. 141.
Lect. XV. De ſuperſtitione ſomniorũ. p. 143.
Lect. XVI. De vana obſeruatione. p. 145.
Lect. XVII. De Magia. p. 147.
Lect. XVIII. De aliis peccatis Religioni oppoſitis. p. 148.
Lect. XIX. De Blaſphemia. p. 150.

TRACTATVS VI.

De 2. Præcepto.

LECTIO I.

DE iuramenti definitione. p. 152.
Lect. II. Explicantur aliæ iuramenti formulæ. p. 154.
Lect. III. De iuramenti diuiſione. p. 156.
Lect. IV. De conditionibus neceſſariis vt iuramentum ſit licitum. p. 157.
Lect. V. Qualenam peccatum ſit iurare ſine illis cõditionibus, vel aliqua illarũ. p. 159.

Lect. VI. De peccatis iuramenti promiſſorii. p.160.
Lect. VII. De obligatione iurantium. p.161.
Lect. VIII. De obligatione iuramenti comminatorii. p. 165.
Lect. IX. De peccato ex iuramenti promiſſorii aut comminatorii violatione contracto. p. 166.
Lect. X. Quomodo iuramenti obligatio ceſſare poſsit. p. 168.
Lect. XI. An ab eo iuramentum exigere poſſis quem probabiliter aut certò peieraturum credis. p. 169.
Lect. XII. De iuramentis quæ fiunt ex conſuetudine. p. 171.
Lect. XIII. De voti definitione ac diuiſione. p. 173.
Lect. XIV. De ceſſatione voti. p.176.

TRACTATVS VII.

De 3. Decalogi Præcepto.

LECTIO I.

AD quid obliget iſtud præceptum. p. 178.
Lect. II An omnia opera animæ diebus Feſtis ac Dominicis licitè fiant. p.180.
Lect. III. An opera corporis quæ non ſunt ex propria ratione ſeruilia, diebus Feſtis licitè fiant. p. 181.
Lect. IV. De illis qui Feſtis diebus laborantes interdum excuſantur. p. 183.

Lect. V. De illis qui transgreſsioni Feſtorum cooperari poſſunt. p. 185.
Lect. VI. Qualenam ſit peccatum diebus Feſtis ac Dominicis laborare. p. 187.

TRACTATVS VIII.

De 4. Decalogi Præcepto.

LECTIO I.

De illis quæ hoc præcepto iubentur aut vetantur in genere. p. 188.
Lect. II. De officio filiorum erga parentes ac vice - verſa. p. 190.
Lect. III. De famulorum aliorumque ſubditorum officiis, ac viciſsim Superiorum. p. 192.

TRACTATVS IX.

De 5. Decalogi Præcepto.

LECTIO I.

De illis quæ hoc præcepto vetantur. p. 194.
Lect. II. De quibuſdam ad odium proximi ſpectantibus quæ hoc præcepto vetantur. p. 195.

TRACTATVS X.

In 6. Decalogi Præceptum.

Digitized by

Lectio I.

DE prohibitis hoc præcepto. p. 197.
Lect. II. Qua ratione Confeſſarius de his peccatis interrogare debeat, eiſque mederi. p. 198.

TRACTATVS XI.

In ſeptimum Decalogi Præceptum quem à reſtitutione ordimur.

Lectio I.

DE reſtitutionis definitione ac neceſſitate. p. 200.
Lect. II. An damnum ſine peccato illatum reparare teneamur. p. 202.
Lect. III. An ille teneatur ad reſtitutionem cuius animal caſu damnum intulit alicui. p. 204.
Lect. IV De illo qui graue damnum intulit per peccatum veniale. p. 206.
Lect. V. Ad quid ille teneatur qui rem alienam bona fide poſsidens dubitare cœpit eam ad ſe non pertinere, ſed ad proximum. p. 207.
Lect. VI. De certis caſibus in quibus homo cenſetur poſſeſſor malæ fidei, & ad quid tunc obligetur. p. 209.
Lect. VII. Ad quid teneatur ille qui rem alterius quam bona fide poſsidebat, conſumpſit aut alienauit. p. 210.

Lect. VIII. An reſtituere oporteat bonum alienum in ſpecie & indiuiduo. p. 212.
Lect. IX. An ſit neceſſarium rem in indiuiduo reſtituere, quando creuit illius valor. p. 213.
Lect. X. Iuxta quem valorem fur debeat reſtituere bonum alienum quod vendidit aut conſumpſit. p. 215.
Lect. XI. De reſtitutione valoris boni alieni quod aliquis deuaſtauit. p. 217.
Lect. XII. De reſtitutione fructuum perceptorum ex bonis alienis. p. 218.
Lect. XIII. An poſſeſſor bonæ fidei perceptos è re aliena fructus reſtituere teneatur. p. 220.
Lect. XIV. An malæ fidei poſſeſſor teneatur ad reſtitutionem fructuum rei alienæ quam detinet iniuſtè. p. 221.
Lect. XV. An reſtituenda ſit accepta pecunia vt quis bonum opus ageret quod alias agere tenebatur. p. 223.
Lect. XVI. An teneatur ad reſtitutionem, qui pecuniam exigit, vt malum opus omittat vel exequatur. p. 225.
Lect. XVII. Ad quid ille teneatur qui proximum impediuit à conſecutione rei quam aliàs obtinuiſſet. p. 227.
Lect. XVIII. An teneatur ad reſtitutionem qui à conſecutione rei odio, vel blanditiis aliquem impediuit. p. 229.
Lect. XIX. Ad quid teneatur impediens hominem ab alicuius rei conſecutione per vim aut fraudem. p. 230.
Lect. XX. De reſtitutione quæ illos adſtrin-

git qui damno alieno cooperantur. p. 233
Lect. XXI. An qui damno alieno cooperati ſunt, in ſolidum reſtituere debeant. p. 235.
Lect. XXII. De reſtitutione ad quam ille teneatur qui dedit mandatum nocendi proximo. p. 237.
Lect. XXIII. De reſtitutione ad quam ille tenetur qui dedit conſilium nocendi proximo. p. 239.
Lect. XXIV. De argumento eodem. p. 242.
Lect. XXV. De reſtitutione ad quam ille tenetur qui conſenſit in damnum alterius, vel ad inferendum illud, aliquem laudibus induxit. p. 244.
Lect. XXVI. De reſtitutione ad quam receptans tenetur. p. 246.
Lect. XXVII. De argumento eodem. p. 248.
Lect. XXVIII. De reſtitutione participãtis in actione qua infertur alteri damnũ. p. 250.
Lect. XXIX. De argumento eodem. p. 253.
Lect. XXX. De reſtitutione ad quam illi tenentur qui tacent, non obſtant, nec manifeſtant cum damnum proximo infertur. p. 254.
Lect. XXXI. De illis qui ex officio damnum alterius impedire tenentur. p. 256.
Lect. XXXII. De illis qui tenentur ex cõtractu impedire damnum alterius. p. 259.
Lect. XXXIII. An ille reſtituere debeat qui cum ex contractu aut officio damnum alterius impedire non teneatur, pecuniam à fure accepit, vt taceat. p. 261.
Lect. XXXIV. An iubens fieri damnum vel

Digitized by Google

conſulens aut præbens auxilium teneatur primo loco ad reſtitutionem, an verò ille qui damnum executus eſt. p. 264.
Lect. XXXV. De ordine qui reperitur in cauſis aliis minus principalibus. p. 266.
Lect. XXXVI. De reſtitutione cauſarum æquè principalium vel minùs principalium, & quid agendum ſit cum vna ex illis reſtituit. p. 268.
Lect. XXXVII. An rei alienæ poſſeſſor teneatur ad reſtitutionem, ſi res fortuitò perierit aut deterior facta ſit. p. 270.
Lect. XXXVIII. Vtrùm facta reſtitutione, poſſit quis ad eam iterùm obligari, ſi res non peruenerit ad dominum. p. 274.
Lect. XXXIX. An cum pluribus reſtituendum eſt, nec omnibus ſatisfieri poteſt, ille creditor aliis præferri debeat, cuius res habetur in ſpecie. p. 277.
Lect. XL. An ſi omnibus creditoribus ſatisfieri non poſſit, creditor ex delicto, creditori ex oneroſo contractu, aut creditor ex oneroſo contractu, creditori ex contractu gratuito præferēdus ſit. p. 279.
Lect. XLI. An cum omnibus creditoribus ſatisfieri non poteſt, reales ſint perſonalibus præferendi. p. 280.
Lect. XLII. An creditores, cum debitor non eſt omnibus ſoluendo, poſſint exigere ſolutionem ante alios, & ipſis debitor ſoluere poſſit. p. 283.
Lect. XLIII. An oporteat quamprimum reſtituere. p. 285.
Lect. XLIV. In quo caſu poſsit aut debeat reſtituiſſe

reſtitutio differri. p. 287.
Lect. XLV. An ille differre poſſit reſtitutionem qui ſine graui ſuo damno reſtituere nequit. p. 289.
Lect. XLVI. An reſtitutio differri poſſit quando fieri nequit ſine jactura bonorum ſecundę claſſis, honoris videlicet ac famæ. p. 291.
Lect. XLVII. An differri poſſit reſtitutio propter ceſſionem bonorum; vbi quædam alia huc pertinentia tractantur. p. 294.
Lect. XLVIII. De cauſis ob quas reſtitutio poteſt omitti, ac primo de præſcriptione. p. 295.
Lect. XLIX. Vtrùm compoſitio & remiſſio creditoris à reſtitutione liberent. p. 297.
Lect. L. De condonatione reſtitutionis metu vel fraude obtentâ. p. 299.
Lect. LI. De argumento eodem. p. 300.
Lect. LII. An licita ſit occulta compenſatio, & quomodo. p. 302.
Lect. LIII. Vbi eadem materia tractatur. p. 304.
Lect. LIV. Vtrùm ignorantia & impotentia excuſent à reſtitutione. p. 305.

TRACTATVS XII.

De reſtitutione in particulari.

Lectio I.

De reſtitutione bonorum incertorum. p. 307.

Lect. II. Ad quem inuenti theſauri pertineant. p. 309.
Lect. III. De reſtitutione bonorum incertorum quæ inuenta ſunt. p. 311.
Lect. IV. De reſtitutione bonorum incertorum quæ debentur ex contractu, vel quæ injuſtè acquiſita ſunt. p. 314.
Lect. V. De reſtitutione bonorum vacantium ac derelictorum. p. 316.
Lect. VI. De reſtitutione propter venationem & piſcationem. p. 317.
Lect. VII. De argumento eodem. p. 320.
Lect. VIII. De reſtitutione ad quam obligantur cædentes ligna vel paſcentes animalia in fundo alieno. p. 322.
Lect. IX. De eadem materia. p. 323.
Lect. X. De reſtitutione facienda propter homicidium. p. 325.
Lect. XI. Quibuſnam reſtituere teneatur occiſor. p. 327.
Lect. XII. De reſtitutione ad quam obligatur qui occidit prouocantem, inuaſorem, aut alium fortuitò. p. 328.
Lect. XIII. De reſtitutione ob ſtuprum. p. 330.
Lect. XIV. De reſtitutione propter adulterium. p. 332.

TRACTATVS XIII.

De Furto.

LECTIO I.

DEfinitur furtum ejuſque grauitas. p. 335.

Lect. II. Quænam materia cenſeatur notabilis vt furtum ſit peccatum mortale. p. 336.
Lect. III. Quandonam peccetur mortaliter per minuta furta. p. 338.
Lect. IV. Vtrùm peccet ac reſtituere teneatur qui rem alterius in neceſſitate ſurripuit. p. 341.
Lect. V. De furtis filiorum familias. p. 342.
Lect. VI. De reſtitutione ad quam tenentur filij familias qui bona patris furati ſunt. p. 344.
Lect. VII. De furtis vxorum. p. 347.
Lect. VIII. De furtis famulorum. p. 350.

TRACTATVS XIV.

De Contractibus in genere.

LECTIO I.

DE Contractus definitione ac diuiſione. p. 352.
Lect. II. Vtrùm Contractus in quo interuenit error validus ſit. p. 354.
Lect. III. An Contractus cum dolo vel fraude celebratus, validus ſit. p. 356.
Lect. IV. De eadem materia. p. 358.
Lect. V. De validitate Contractus per metum celebrati. p. 360.
Lect. VI. De argumento eodem. p. 362.
Lect. VII. De illis qui poſſunt, vel non poſſunt contrahere. p. 365.
Lect. VIII. Quam obligationem cōtrahat fi-

lius familias mutando pecuniam, vel aliquid aliud. p.367.
Lect. IX. De pupillorum & minorum obligationibus. p. 370.
Lect. X. De argumento eodem. p.372.
Lect. XI. De reſtitutione in integrum. p.373.
Lect. XII. Quænam culpa in Contractibus admiſſa obliget ad reſtitutionem. p.376.
Lect. XIII. Quandonam culpa juridica obliget ad reſtitutionem. p. 377.

TRACTATVS XV.

De Contractibus in particulari, ac I. de emptione & venditione.

LECTIO I.

De emptionis definitione. p. 379.
Lect. II. De illo qui emit à poſſeſſore malæ fidei. p. 380.
Lect. III. De illo qui emit à poſſeſſore malæ fidei rem alterius in ſpecie. p. 382.
Lect. IV. De illo qui emit malâ fide rem alterius in ſpecie. p.385.
Lect. V. De pretio quo res emi poſſunt p. 386.
Lect. VI. Vtrùm credita vili pretio emi poſſint. p. 388.
Lect. VII. An liceat minoris & infra juſtum pretium emere præſertim lanam, cum ſolutio anticipatur. p. 390.
Lect. VIII. Reſpondetur tribus aliis rationibus quas afferunt ad probandum licere

minores emere lanas ob ſolutionem anticipatam. p. 393.
Lect. IX. Vtrùm hoc liceat in aliquo caſu. p. 395.
Lect. X. De illo qui emit alterius nomine ac pecunia. p. 397.
Lect. XI. De venditionis definitione. p. 399.
Lect. XII. De rebus quæ vendi validè poſſunt, aut non poſſunt. p. 401.
Lect. XIII. De rebus quæ licitè vendi non poſſunt. p. 403.
Lect. XIV. De pretio quo res vendi poſſunt. p. 405.
Lect. XV. De argumento eodem. p. 407.
Lect. XVI. De monopolio mercatorũ. p. 409.
Lect. XVII. De venditione rerum aliquo vitio laborantium. p. 412.
Lect. XVIII. Expenduntur alia dubia circa venditionem rerum vitio laborantium. p. 414.
Lect. XIX. De venditione earum rerum quæ à venditoribus vitiantur. p. 416.
Lect. XX. De pacto vendentium res notabiliter minùs vtiles. p. 418.
Lect. XXI. De vendente alterius nomine. p. 421.
Lect. XXII. De venditione vel emptione cum pacto redemptionis. p. 422.

TRACTATVS XVI.

De mutuo & vſura.

LECTIO I.

DE mutui definitione. p. 424.
Lect. II. De vſuræ definitione. p. 425.
Lect. III. De vſuræ diuiſione. p. 427.
Lect. IV. De grauitate peccati vſuræ. p. 429.
Lect. V. De titulis quibus licet aliquid accipere ſupra ſortem, ac primò de intereſſe ejuſque natura. p. 430.
Lect. VI. In quo caſu liceat creditori exigere aliquid ſupra ſortem ratione lucri ceſſantis aut damni emergentis. p. 431.
Lect. VII. Quænam conditiones requirantur, vt creditor juſtè poſſit exigere à debitore ſuo compenſationem damni emergentis quod patitur ex mutuo illi tradito. p. 433.
Lect. VIII. Quænam ſint conditiones neceſſariæ, vt quis poſſit exigere aliquid ſupra ſortem, ratione lucri ceſſantis. p. 435.
Lect. IX. Traduntur aliæ conditiones lucro ceſſanti neceſſariæ. p. 437.
Lect. X. Vtrùm liceat ob alios titulos quàm lucri ceſſantis, aut damni emergentis, aliquid accipere ſupra ſortem. p. 439.
Lect. XI. Expenduntur alij tituli exigendi aliquid ſupra ſortem. p. 441.
Lect. XII. An Regis conſtitutio ſit ratio ſufficiens exigendi aliquid ſupra ſortem. p. 444.
Lect. XIII. An maritus poſſit accipere

intereſſe ex dote vxoris, vel vidua ex ſua dote. p. 445.
Lect. xiv. An liceat tutoribus, pupillis nobilibus, &c. accipere lucrum ſupra ſortem Regio edicto definitum. p. 447.
Lect. xv. Reſpondetur objectionibus in fauorem vſuræ afferri ſolitis. p. 449.
Lect. xvi. De materia eadem. p. 451.
Lect. xvii. Quomodo ſe geret Confeſſarius erga illos qui lucrum ex mutuo percipiunt, aut olim perceperunt juxta Regis conſtitutionem. p. 454.
Lect. xviii. An poſſis vti pignore, vel fructus prædij à te venditi percipere, donec illius pretium ſoluatur. p. 456.
Lect. xix. De mutuo tritici, vini, &c. item pecuniæ ea lege vt ſimilis in ſpecie reſtituatur. p. 458.
Lect. xx. De cenſu conſtituto. p. 460.
Lect. xxi. De ſocietatis definitione, diuiſione & conditionibus. p. 462.
Lect. xxii. De contractu ſocietatis animalium. p. 463.
Lect. xxiii. De contractu quem aliqui redbeſtiam, id eſt redditionem beſtiæ vocant. p. 466.
Lect. xxiv. De conditionibus quæ contractum redbeſtiæ juſtum efficiunt. p. 468.
Lect. xxv. Quid illis Confeſſarius injunget, qui prædictas conditiones non obſeruarunt. p. 470.
Lect. xxvi. De contractu ſocietatis pecuniæ. p. 472.
Lect. xxvii. De cooperantibus ad vſuras

eorumque obligatione. p. 475.
Lect. XXVIII. De ſpecie fucatæ ſocietatis. p. 477.
Lect. XXIX. Vtrùm hæredes & legatarij vſurariorum teneantur ad reſtitutionem, & quomodo. p. 478.
Lect. XXX. De pœnis in manifeſtos vſurarios conſtitutis. p. 480.

TRACTATVS XVII.

De reliquis contractibus oneroſis nimirùm cambio, locatione, contractu dotali, depoſito, commodato, & precario.

LECTIO I.

DE Cambio. p. 481.
Lect. II. De locationis & conductionis definitione earumque materia. p. 484.
Lect. III. De obligationibus & peccatis locatoris. p. 486.
Lect. IV. An liceat locare domum meretrici, aut concubinario, & alijs hujuſmodi. p. 488.
Lect. V. De obligationibus & peccatis conductoris. p. 490.
Lect. VI. De conductione famulorum. p. 492.
Lect. VII. De conductione operarum actorum, & artificum. p. 494.
Lect. VIII. De contractu dotali. p. 497.

Digitized by Google

Lect. IX. Vtrùm mater alijue conſanguinei teneantur dotare filiam. p. 499.
Lect. X. De natura depoſiti. p. 500.
Lect. XI. De argumento eodem. p. 502.
Lect. XII. An depoſitarius teneatur ſeruare alterius rem apud ſe depoſitam cum ſua jacturâ. p. 504.
Lect. XIII. De commodato. p. 506.
Lect. XIV. De contractu precarij. p. 509.
Lect. XV. De ludo ejuſque honeſtate. p. 510.
Lect. XVI. De fraudibus quæ in ludo committi poſſunt. p. 512.
Lect. XVII. De alijs peccatis quæ in ludo committi poſſunt, nimirum illis quæ ad ludentes ſpectant. p. 514.

TRACTATVS XVIII.

De Contractibus gratuitis ſcilicet promiſſione, donatione, ac teſtamento.

LECTIO I.

DE promiſſione. p. 517.
Lect. II. De natura & diuiſione donationis de ipſo donatario. p. 519.
Lect. III. De Teſtamento. p. 522.
Lect. IV. De legato ejuſque natura. p. 524.
Lect. V. De quibuſdam caſibus ad varias conditiones, quæ poſſunt in legatis occurrere, pertinentibus. p. 527.

Lect. VI. Explicantur aliæ difficultates circa conditiones legatis appoſitas. p. 530.
Lect. VII. De argumento eodem. p. 533.
Lect. VIII. De 4. legatorum circunſtantiâ quæ vocatur demonſtratio. p. 534.

TRACTATVS XIX.

De octauo Decalogi præcepto.

LECTIO I.

DE his quæ hoc præcepto vetantur; ac primò de mendacio. p. 538.
Lect. II. De detractione ac 1. de illius natura, diuiſione, ſpeciebus earumque grauitate. p. 540.
Lect. III. In quibus caſibus detractio ſit peccatum mortale, necne. p. 543.
Lect. IV. De illo qui detractorem audit. p. 546.
Lect. V. De calumnia, contumelia, irriſione, ſuſurratione, ſuſpicione, ac judicio temerario. p. 547.
Lect. VI. De reſtitutione ad quam obligant detractio, & alia peccata quæ famam vel honorem proximi lædunt. p. 549.
Lect. VII. De authoritate judicis. p. 551.
Lect. VIII. De Officio judicis. p. 553.
Lect. IX. Vtrùm judex poſſit reo pœnam condonare. p. 556.
Lect. X. An judex poſſit mutare pœnam quam reus meruit. p. 557.
Lect. XI. De obligationibus rei. p. 560.

Lect. XII. De obligationibus teſtium. p. 562.
Lect. XIII. De alijs teſtium obligationibus. p. 565.
Lect. XIV. De falſis teſtibus & his qui pecuniam acceperunt ad teſtandum p. 567.
Lect. XV. De officio & peccatis Aduocatorum, Procuratorum & Notariorum, p. 570.

TRACTATVS XX.

De Beneficijs.

LECTIO I.

DE Beneficij definitione. p. 574.
Lect. II. Quænam requirantur in ſuſcipiente Beneficia. p. 575.
Lect. III. De legitima ætate quæ requiritur ad validè obtinenda Beneficia p. 577.
Lect. IV. De ordine requiſito ad obtinenda Beneficia. p. 580.
Lect. V. An ſacerdotium neceſſarium ſit, vt Capellania quæ obligat ex fundationis præſcripto ad celebrandas Miſſas validè alicui conferatur. p. 582.
Lect. VI. De ſcientia quæ ſuſcipienti Beneficium neceſſaria eſt. p. 584.
Lect. VII. De mala intentione ab obtinente Beneficium euitandâ. p. 587.
Lect. VIII. De argumento eodem. p. 591.
Lect. IX. Quam intentionem habere debeat qui accipit Beneficium curatum. p. 593.
Lect. X. In quo conſiſtat recta intentio

quam habere debet accipiens Beneficium, cui ordo ſacer annexus eſt, vel aliud Beneficium cui talis ordo non eſt annexus. p. 597.

Lect. XI. De alia conditione accipienti Beneficium neceſſariâ, ſcilicet vt habeat legitimum formâ dignum. p. 601.

Lect. XII. Vtrùm inſtitutio alius à diœceſano Epiſcopo valida ſit. p. 603.

Lect. XIII. De incompatibilitate Beneficiorum ejuſque ſpeciebus. p. 605.

Lect. XIV. De alio duplici genere incompatibilitatis Beneficiorum. p. 607.

Lect. XV. Reſpondetur obiectionibus, quæ contra dicta fiunt. p. 609.

Lect. *XVI.* Vtrùm pluralitas Beneficiorum ſit graue peccatum, & quare. p. 611.

Lect. *XVII.* De diſpenſatione circa pluralitatem Beneficiorum. p. 613.

Lect. *XVIII.* An teneantur collatores Beneficiorum ea conferre dignioribus. p. 615.

Lect. *XIX.* De argumento eodem. p. 618.

Lect. XX. Vtrùm permutantes vel reſignantes ſua Beneficia in fauorem teneantur eligere digniores. p. 620.

Lect. *XXI.* Vtrùm collatores teneantur ad reſtitutionem, ſi Beneficia indignis, vel minùs dignis contulerint prætermiſſis dignioribus. p. 623.

Lect. *XXII.* De obligationibus Beneficiariorum ac 1. habendi tonſuram & caput attonſum. p. 625.

Lectio XXIII. De veſtibus indecoris qui-

bus canones Beneficiariis interdicunt. p 627.
Lect. XXIV. De talari veſte quam Beneficiarij geſtare tenentur. p. 629.
Lect. XXV. De peccato quod Beneficiarij vel ſacris Ordinibus initiati contrahunt non deferendo talarem veſtem. p. 631.
Lect. XXVI. Reſpondetur objectionibus, quæ contra doctrinam præcedenti lectione traditam fieri ſolent. p. 633.
Lect. XXVII. De obligatione reſidendi quæ Parochis incumbit, pœniſque contra non reſidentes latis. p. 636.
Lect. XXVIII. In quo reſidentia Parochorum conſiſtat. p. 638.
Lect. XXIX. De obligatione Curionis qui vult abeſſe à Parœciâ. p. 640.
Lect. XXX. De cauſis legitimis ob quas poteſt diſpenſari Curio à reſidentiâ. p. 642.
Lect. XXXI. De reſidentia obtinentium Beneficia in Capitulis. p. 645.
Lect. XXXII. De obligatione quæ Beneficiarios adſtringit erogandi ſuperfluos Beneficiorum fructus in pios vſus. p. 647.
Lect. XXXIII. De vſibus in quos Beneficiario licet, aut non licet ſuos reditus expendere. p. 649.
Lect. XXXIV. Quid per honeſtam Beneficiarij ſuſtentationem intelligatur. p. 652.
Lect. XXXV. Vbi agitur de argumento

Digitized by Google

eodem. p. 655.

TRACTATVS XXI.

De ſimonia & confidentia.

LECTIO I.

DE ſimoniæ definitione. p. 658.
Lect. II. De ſimonię diuiſione. p. 660.
Lect. III. De alia diuiſione ſimoniæ p. 662.
Lect. IV. De materia ſimoniæ, ſeu de rebus in quibus committi poteſt ſimonia. p. 664.
Lect. V. De argumento eodem. p. 667.
Lect. VI. De nouo hujus temporis caſu. p. 669.
Lectio VII. De pœnis ſimoniacorum. p. 671.
Lect. VIII. Vtrùm illi qui ſimoniæ cooperati ſunt, vel eam ratam habuerunt, excommunicationem incurrerint. p. 672.
Lect. IX. De quibuſdam alijs pœnis quæ per ſimoniam in Beneficijs commiſſam incurruntur. p. 674.
Lect. X. De argumento eodem. p. 678.
Lect. XI. De ſuſpenſione quæ per ſimoniam incurritur. p. 679.
Lect. XII. De obligatione reſtituendi accepta per ſimoniam. p. 680.
Lect. XIII. De confidentiâ in Beneficiis aut penſionibus. p. 683.

EPITOME CVRSVS THEOLOGIÆ MORALIS

TOMVS I.

TRACTATVS I.

DE Peccatis. p. 691.
Tract. II. De legibus. p. 698.
Tract. IV. In Decalogum. p. 702.
Tract. V. In primum Dei Præceptum. p. 703.
Tract. VI. In ſecundum Decalogi Præceptum. p. 711.
Tract. VII. In tertium Decalogi præceptum. p. 715.
Tract. VIII. In quartum Preceptum. p. 717.
Tract. IX. In 5. Decalogi Præceptum. p. 719.
Tract. X. In 6. Decalogi Præceptum. p. 720.
Tract. XI. In ſeptimum Decalogi Præceptum. p. 721.
Tract. XII. De reſtitutione in particulari. p. 741.
Tract. XII. De Furto. p. 749.
Tract. XIV. De Contractibus in genere. p. 753.
Tract. XV. De emptione & venditione. p. 759.
Tract. XVI. De Vſura. p. 768.
Tract. XVII. De reliquis contractibus oneroſis. p. 778.

Digitized by Google

Tract. XVIII. De contractibus gratuitis. p. 787.
Tract. XIX. De octauo Decalogi Præcepto. p. 793.
Tract. XX. De Beneficiis. p. 803.
Tract. XXI. De ſimonia & confidentia. p. 818.

Digitized by

Approbatio Doctorum.

NOs infra ſcripti Doctores Regentes in Vniuerſitate Toloſana, & ſacra facultate Theologiæ, fidem facimus viſum & lectum eſſe à nobis attentè *Curſum Theologiæ Moralis*, compoſitum & diſpoſitum à Domino RAYMVNDO BONALIO Doctore in præfata facultate, & nihil omninò deprehenſum in ipſo Catholicæ Fidei aut bonis moribus aduerſarium; imò annotatam eſſe doctrinam pro animabus inſtruendis ſolidiſſimam, paucis, ſed tamen apertis & nullâ confuſione inuolutis verbis deductam, ideoque vtiliſſimam, his præſertim, quorum eſt, vel etiam erit munus fidelium conſcientiarum directio: ſi enim iſti legendo & ſequendo Curſui inuigilent, certiſſimum eſt, quòd gratiâ Redemptoris freti accelerabunt iter, & labore leuiſſimo ad propoſitum ſibi peruenient ſcopum, qui non alius debet eſſe, quàm commiſſarum ſibi animarum in æternam ſalutem promo-

tio, quam iſte Curſus docet. Toloſæ die 20. Martij 1651.

Fr. SIMPLICIANVS, *Profeſſor Regius, Auguſtinianus.*

Fr. LANDON, *Profeſſor Auguſtinianus inſcriptis.*

V*Iſa Approbatione Profeſſorum Theologiæ, permittimus imprimi librum, cui titulus*, Curſus Theologiæ Moralis, *compoſitum à Domino Raymundo Bonalio Presbytero, Doctore in eadem facultate. Datum Toloſæ die 20. menſis Martij 1651.*

CAROLVS Archiepiſc. Toloſan.

CVm omne bonum naturâ ſuâ difundi concupiſcat, vim pateretur multum ſibi iniuriam *Theologia Moralis* RAYMVNDI BONALII Presbyteri Doct. Theologi, è Gallico Latinè verſa à PETRO LAVRO Presbytero, eruditiſſimo Doctore Theologo ſi intra ſolius Galliæ metas concluderetur. In omnem ergo excurrat terrarum orbem Doctrina quæ pietate ſua, claritate & veritate, omnibus omninò prodeſſe poteſt ſi-

Digitized by Google

cut profuit vtrique Galliæ clero teſtante vigeſima Editione. Hic eſt meus ſenſus & aſſenſus. Toloſæ die 23. Octobris Chriſti naſcentis anno 1673.

F. IOSEPH BRVNET, *Profeſſor Regius, & Religioſus Auguſtinianus.*

EGo infra ſcriptus ſacræ Theologiæ Profeſſor, fidem facio me attentè voluiſſe & reuoluiſſe animo librum cui appenſus eſt titulus *Theologia Moralis* RAYMVNDI BONALII Presbyteri Doctoris Theologi, è Gallico Latinè verſa à ſapientiſſimo PETRO LAVRO Presbytero Doctore Theologo poſt vigeſimam Editionem. De quo ſatis dixiſſe eſt poſt vigeſimam Editionem habere etiam meretur vigeſimam primam, & extra Galliæ fines gemina morum Traducentis ducente propagari vt non Gallis ſolùm, ſed omnibus omnia factus, omnes quoque lucri facere poſſit. Toloſæ die 23. Octobris 1673.

F. FVLGENTIVS LAFOSSE, *Sacræ Theologiæ Profeſſor Auguſtinianus.*

Viſa Approbatione Profeſſorum Regiorum Theologiæ in Vniuerſitate Toloſana, Permittimus imprimi Theologiam Moralem RAYMVNDI BONALII *Presbyteri Doctoris Theologi è Gallico Latinè verſam à* PETRO LAVRO *Presbytero, Doctore Theologo. Datum Toloſæ die 26. menſis Nouembris 1673.*

DE LAFONT Vic. Gen.

Eruditiſſimo BONALII Interpreti D. PETRO LAVRO.

TAles produxit LAVRVS *fructus, foliaque*
Talia; Lector iis vtere, volue, lege.
Fructus produxit tibi, ſed remanent folia ipſi,
Vtilitas tua erit; LAVRE *decuſue tuum.*

MATHIAS STOB.

Digitized by Google

Priuilege du Roy.

LOVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre ; A nos amés & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maiſtres des requeſtes de noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, leurs Lieutenans, & tous nos autres Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Noſtre cher & bien aimé IEAN BOVDE noſtre Imprimeur en noſtre bonne Ville de Toloſe, des Eſtats generaux de noſtre Prouince de Languedoc de & l'Vniuerſité dud. Toloſe, nous a fait remontrer qu'il a par cy-deuant obtenu Priuilege d'vn Liure intitulé *Le Cours de la Theologie Morale* en deux volumes in douze, composé par Maiſtre RAYMOND BONAL Preſtre : & d'autant que l'Expoſant a recouuré auec tres-grand ſoin quelques cahiers manuſcrits dud. Autheur contenant *l'Abregé de tout ledit Cours de la Theologie Morale*, & qu'il a fait traduire en Latin tous les deux tomes de lad. Theologie, enſemble l'Abregé d'icelle, & auſſi tous les Sermons du Pere LE IEVNE Preſtre de l'Oratoire (dont nous luy auons deſia accordé nos Lettres de Priuilege pour vingt années pour l'edition Françoiſe) auec de tres grands frais & dépens, que led. Expoſant voudroit faire imprimer; Mais il craint que quelque Imprimeur ou

Libraire par enuie ou eſperance du gain ne vienne à contrefaire ces Ouurages tant en François qu'en Latin, ce qui luy cauſeroit vn notable prejudice,ſi par Nous ne luy eſtoit pourueu. C'eſt pourquoy il nous auroit tres-humblement ſupplié de luy vouloir octroyer nos lettres à ce neceſſaires tant par la continüation de ſond. priuilege de lad. *Theologie Morale* en François, que de la nouuelle impreſſion de l'Abbregé d'icelle,comme auſſi de la Traduction, tant du BONNAL que de tous les Sermõs du Pere LE IEVNE. A CES CAVSES deſirãt traiter fauorablemẽt led. expoſant, Nous luy auõs prorogé & prorogeons led. priuilege, permis & permettons par ces preſentes d'imprimer ou faire imprimer, vẽdre & debiter par tous les lieux de de noſtre obeïſſance, par tel Imprimeur ou Libraire qu'il voudra choiſir, le liure intitulé *le Cours de la Theologie Morale* auec l'Abbregé d'icelle, tant en François qu'en Latin: comme auſſi la Troduction Latine de tous les Sermons du PERE LE IEVNE, & en tels volumes & caracteres que bon luy ſemblera, pendant le temps & eſpace de vingt années, à compter du jour que chacun deſd. ouurages,ſoit en François ou en Latin,ſeront acheués d'imprimer,en vertu deſdites Preſentes; pendant lequel temps faiſons tres-expreſſes inhibitiõs & deffences à tous Imprimeurs, Libraires & autres d'imprimer ou faire imprimer, vendre ny debiter lad. Theologie Morale & Abbregé

Digitized by Google

BB

d'icelle tant en François qu'en Latin, ny les Sermons du PERE LE IEVNE traduits en Latin, que du conſentement dud. expoſant, ou de ceux qui auront droit de luy, ſoit ſoûs pretexte d'augmentation, correction, changement de titres, fauſſes marques, ou autrement en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, à peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, Caracteres, Preſſes & inſtrumens qui auroiẽt ſeruy à lad. impreſſion contre faite, & tous depens, dommages & intereſts, & trois mil liures d'amande payable par les contreuenants, aplicable vn tiers à Nous, vn tiers à l'Hoſtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers aud. Expoſant; à condition qu'auant que de l'expoſer en vente, il en mettra deux exẽplaires de chacun en nôtre Biblioteque publique, vn en noſtre cabinet du Louvre, & l'autre en celle de noſtre cher & feal le Sieur Seguier, Cheualier, Chancelier de France, à peine d'eſtre deſcheu des preſẽtes. Voulons que du contenu en icelles vous faſſiés paiſiblement ioüir & vſer led. BOVDE, ou ceux qui auront droit de luy, & qu'en mettant à la fin ou au commencement deſd. liures vn extrait d'icelles, elles ſoient tenuës pour deuëmẽt ſignifiées: COMMANDONS au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis faire pour leur entiere execution tous exploits neceſſaires, ſans demander autre permiſſion, nonobſtant oppoſition ou appellation quelconque, & ſans prejudice

d'icelles, Clameur de Haro, Chartre Normande, & lettres à ce contraires; CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. DONNÉ à Paris le 20. jour de Nouembre 1667. & de noſtre regne le vingt-cinquieſme. Par le Roy en ſon Conſeil. DENIS.

Et led. Sieur BOVDE a fait part de la moitié de ſon Priuilege au Sr. IEAN HENAVLT Imprimeur & Libraire iuré en l'Vniuerſité de Paris, pour en joüir conformement à iceluy, ſuiuant l'accord fait entre eux.

Regiſtré ſur le liure de la Communauté des Marchands Libraires & Imprimeurs de cette Ville ce dix-neufieme Avril mil ſix cens ſeptante. SOVERON Syndic.

Digitized by Google

CVRSVS THEOLOGIÆ MORALIS.

TRACTATVS I.

IDEA BONI CONFESSARII, juxta doctrinam & viuendi rationem S. FRANCISCI SALESII Epiſcopi & Principis Gebennenſium.

LECTIO PRIMA.

De præſtantiâ muneris Confeſſarij.

QVÆRES I. Quare Confeſſariorum munus eximium eſt? R. Tribus de cauſis 1. quia Confeſſarij ſunt Iudices animarum: quod ſanctus Franciſcus Saleſius in præfatione libelli monitionis ad Parochos & Confeſſarios his verbis declarat. Chariſſimi Filij munus quod in Eccleſiâ Dei exercetis, planè eximium eſt, cum tantam vobis Chriſtus ad iudicandas animas autoritatem dederit, vt ſententiæ in ter-

rà iuſtè à vobis latæ, in cœlo ratæ habeantur.

II. Quia ſunt deſtructores peccati: quam rationem vir Sanctus exprimit ibidem. Verba oris veſtri tubæ ſunt magni Ioſue id eſt Chriſti Domini, quæ muros iniquitatis ſeu myſticæ Iericho euertunt. Vbi alludit ad hiſtoriam Ioſue c. 6. relatam, cuius hæc ſumma eſt; præceperat Deus Ioſue vt cuncti cum ipſo bellatores Iſraël, ſex dies continuos & ſemel quolibet die, vrbem Iericho circuirent: ſeptimo autem Sacerdotes tollerent ſeptem buccinas, quarum vſus erat in jubilæo; & præcedentes Arcam Teſtamenti clangerent buccinis; atque ita cum omni exercitu ſepties vrbem circuirent, interim conclamante omni populo vociferatione maximâ. Quæ dum agerentur, illicò muri corruerunt, ac direpta eſt ciuitas & ſuccenſa.

III. Quia ſunt Angelis ſuperiores: magno ſanè, beatus vir proſequitur ibidem, homines immenſa Dei bonitas honore dignata eſt, quos ad eam dignitatem euexit, cuius ne ipſos quidem Angelos voluit eſſe participes; cui enim ordinis Angelorum dictum eſt aliquando: accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: hoc tamen Apoſtolis dictum fuit Ioannis c. 20. & in illis dictum eſt omnibus qui ſucceſſione legitimâ eamdem autoritatem accipient.

Idem oſtendit noſter Franciſcus his verbis. Ora veſtra, inquit, canales eſſe myſticos dico, quibus vera de cœlo pax in homines bonæ voluntatis emanat. Vbi notum

eſt eleganter alludere ad eam multitudinem militiæ cœleſtis nato Chriſto laudantium Deum & dicentium : gloria in altiſſimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quam Lucas Euangeliſta c.2. commemorat ; ac ſi apertè vir Sanctus diceret : magno honori Angelis fuit, quod nocte natalis Chriſti ſacrum hymnum ſuauiter & modulatè canentes pacem hominibus bonæ voluntatis annuntiauerint : ſed Confeſſarij non modò pacem hominibus bonæ voluntatis, hoc eſt bene contritis ac diſpoſitis nuntiant, ſed illis etiam Dei nomine largiuntur, eamdemque conſtituunt ; nam peccatores Diuinæ Majeſtati conciliant, eiuſque in ipſis gratiam velut inſtrumentales cauſæ producunt.

Quæres 2. Hujuſce lectionis fructus ?

R. Tres eſſe colligendos ex eâ.

Ex priori quidem numero, Confeſſarijs animarum judicibus, propriæ conſcientiæ judicium non eſſe omittendum : hoc eſt, vt judices à culpis remotos eſſe conuenit, quas damnare in alijs & punire ſolent ; ita Confeſſarij reprehenſione atque crimine omni carere debent ; cœterum per crimina intelligimus peccata mortalia quæ diuina Scriptura & veteres Patres hoc nomine appellant. Illis autem carere debent Confeſſarij : ne vnicuique ipſorum objici poſſit, quod à D. Paulo in alia materiâ dictum eſt ad Rom. c.2. v.1. propter quod inexcuſabilis es ô homo, omnis qui iudicas : in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas ; eadem enim agis quæ iudicas.

Ex altero verò numero; vbi eoſdem comparauimus tubis illis argenteis ad quarum clangorem muri Jericho corruerunt, facilè intelliges, probæ illotam vitæ exemplum argenti ſono deſignari, quod ad peccata deſtruenda multum poteſt.

Tandem ex tertio diſces confeſſarios Angelis dignitate ſuperiores, virtute ſaltem æquales eſſe oportere, ſi antecellere nequeant: puta, mentis cum Deo coniunctione, ſingulari charitate, & egregiâ animi corporiſque munditie.

LECTIO II.

De bonorum Confeſſariorum inopiâ, eorumque muneris onere grauiſſimo, & an illud recuſandum ſit.

I. QVÆRES 1. Quanta ſit idoneorum Confeſſariorum inopia?

R. Ecce verba S. Franc. Saleſij notatione digniſſima 1. parte introductionis cap. 4. elige, inquit Auila, vnum ex millibus Confeſſarium, ego vero ſubiungo ex decem millibus, etenim multò pauciores quam dici poſſit huic officio idoneos reperias.

II. Quæres 2. quâ tandem ratione perſuaderi quis poterit officium Confeſſarij eſſe onus grauiſſimum?

R. Audi B. Fr. lib. 2. ep. 42. vbi agens de animarum curâ, hæc ad vnam è ſuis pœnitentibus ſcribit, ora Deum pro me ſanè miſerrimo, tum mei, tum aliorum curâ op-

preſſo quod eſt onus intolerabile.

III. Dices, ſi res ita ſe habeat, bene ſibi conſulent qui munus huiuſmodi recuſabunt.

R. Verum quidem eſt probè ſibi conſulturos, ſi ſe huic muneri non intrudant, ſed legitimè vocatos abnuere numquam licet, nam vt ait B. Franc. 3. parte introductionis cap. 5. num. 4. tunc humiliter & ſanctè audendum eſt, quidquid à paſtoribus animarum noſtrarum, profectui noſtro vtile iudicatur.

IV. Quæres 3. Quid eum conſolari poterit cui hoc onus legitimè impoſitum fuerit?

R. Si ſeriò meditetur eum ſe oneris ferendi ſocium & adiutorem habiturum qui omnes dolores noſtros incredibili charitate portauit. Vt docet B. Franc. loco ſuprà laudato *Iſ. 53. v. 4.* num. 2. nam poſt verba ibi recitata, ora Deum, &c. ſubiungit, niſi ille qui me cum omnibus delictis meis in Cruce portauit, ad Cœlum vſque tandem euehere dignetur, quaſi diceret hoc animarum onus meis additum peccatis adeò graue eſt vt ab eo ſalutis diſpendium timere non immeritò poſſim; niſi me oneri ſuccumbentem Diuina miſericordia ſubleuet, & ad Cœlum vſque perducat vt præſtituram eſſe confido.

V. Quæres 4. quos ex præſenti L. fructus colligemus.

R. Duos 1. ex priori quidem numero videre licet miſerum planè rerum ſtatum in quo verſamur cum enim tanta ſit inopia Sacerdotum quos huic officio idoneos eſſe conſtet, plurimos tamen reperias qui vltrò illud ſubeunt: vnde meritò Cleri miſeriam de-

Digitized by Google

fleas perennibus lachrymis, vt olim vrbis Jeruſalem & Judaici Templi ruinam Jeremias deplorabat.

2. Ex aliis verò diſce onus grauiſſimum formidare ne id tibi aſſumere præſumas. Nec minus in Domino confidere ſi ad illud legiti nè voceris.

LECTIO III.

Reſpondetur excuſationibus Sacerdotum qui humilitatis ſpecie Confeſſarij munus effugiunt.

I. QVÆRES I. Quænam ſunt excuſationes illæ?

R. Duplicis generis aliqui enim obicem ſuæ infirmitatis & imperitiæ opponunt, quem ſe non ignorare teſtantur; alij verò dicunt vereri ſe ne dum alienæ ſalutis curam ſuſcipient, propriæ, quæ ipſis potior eſſe debet, iacturam faciant.

II. Quid autem his reſpondes?

R. Sanctum Franciſcum Saleſium 3. parte Introduc. cap. 5. num. 4. damnare illos qui naturæ & gratiæ dotes vtiliter impendere Dei gloriæ & proximorum ſaluti recuſant. Vbi notum eſt loqui de legitimè vocatis, cum præcipuas rectæ vocationis notas exhibeat, nempè talentum à Deo conceſſum & proprij ſuperioris aut directoris inuitationem, quæ hac voce, recuſant, exprimitur.

Dices 2. ſed nunquid humilitatem exerceat qui onus grauiſſimum ſubire abnuunt?

R. Equidem, ſi ita lubeat appellare, ſed vitioſam & duobus paſſim defectibus inquinatam, quos ibidem aperit oculatiſſimus Doctor, nempè malitiâ & falſitate. Totum illud meum inquit artificium eſt & quoddam humilitatis genus non modo falſum; ſed etiam malignum, quo diuina tacitè ſubdoléque damnantur; vel ſaltem nimium ſuæ naturæ opinionis deſidiæque ſtudium humilitatis nomine velatur ac tegitur.

III. Quæres 2. in quo ſita ſit huius humilitatis prauitas, & quænam ſint res illæ diuinæ quas per eam damnari aſſerit B. Saleſius.

R. Res illæ diuinæ ſunt obſequia Deo præſtita ſacris eorum officiis, qui ſe totos animarum ſaluti procurandæ impendunt. Nam Sacerdotes de quibus loquimur, cum per humilitatis ſpeciem reiiciunt munus Confeſſarij, damnant obſcurè ſed callidè hanc prouinciam Deo tamen autore inſtitutam, & illos qui eam ſuperiorum iuſſu exercent, obliquè accuſant, ideoque res diuinas, vt ait S. Epiſcopus Saleſius culpare videntur.

IV. Quæres 3. huius humilitatis falſitatem exponam.

R. In hoc poſita eſt; quod ſpecie virtutis tres defectus inſignes, videlicet nimiam proprio iudicio indoli, deſidiæque adhæſionem occultare nitantur. Vt ait S. Franc. verbis in fine ſecundi numeri relatis.

Dices, ſed numquid humilitatis eſt ſuam infirmitatem agnoſcere?

R 1. Humilitatem in cognitione non eſſe poſitam vt oſtendemus in curſu Theologiæ myſticæ vbi de humilitate agetur. 2 quamæ

Digitized by Google

nis aliquandò hæc propriæ vilitatis agnitio ſit quoddam humilitatis initium, verè tamen humiles numquam inducit ad ea munia declinanda quæ legitimâ ipſis authoritate mandantur. Contra excitat illos ad eadem alacriùs amplectenda; nam vt ait S. Fr. dicto cap. 5. Introdu. verus humilis tantò fortior & animoſior eſt, quantò ſe nouit infirmiorem: vtque ſe abiectum putat, ita eſt altiore animo: quippe qui totam ſpem ſuam in Deo poſuerit: cui ſæpius in noſtra infirmitate ſuam commendare potentiam, & in erigendis miſeriæ noſtræ ruinis, diuitias ſuæ bonitatis exhibere placet.

V. Quæres 4. quibuſnam rationibus decipi ſe deprehendent qui prauâ illâ humilitate inficiuntur, ideòque munus Confeſſarij fugiunt?

R. His duabus quas loco ſupra laudato inſignis Dei vir Saleſius exponit. Prior ex ſcriptura depromitur, nimirùm ex cap. 7. Iſaiæ vbi hæc narrat Propheta: & adjecit Dominus loqui ad Achas, *pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum Inferni ſiue in excelſum ſuprà, & dixit Achas non petam & non tentabo Dominum*: quem locum tractans Saleſius ita exclamat ô impium & miſerum hominem, fingit ſe Deum impensè venerari ac per ſimulationem humilitatis, gratiam accipere negligit quam ei diuina miſericordia offert. Altera his B. Fr. verbis exprimitur eodem loco relatis. Humilitatis eſt obedire ac beneplacito Dei quo poteris propius adhærere.

VI. Quæres 5. Præſentis lectionis fructus.

R. 1. Gratiæ Deo habendæ ſunt quod nobis prauæ humilitatis fucum plurimos ſeducentem detexerit. 2. Si vmquam ea nos decepetit, protinus abiicienda eſt.

LECTIO IV.

De his quæ attendere deberent qui nimiâ facilitate Confeſſarij munus aſſumunt.

I. QVÆRES 1. quænam eſſent illis attendenda?

R. Tria præcipuè 1. grauiſſimum huiuſcè muneris onus ac ſimul rationes quas lect 2. num. 2. in hunc finem adduximus 2. magna virtutum aliarumque dotium copia Sacerdotibus Confeſſariis neceſſaria de quibus hoc loco fusè tractabimus. 3. cura propriæ ſalutis, quia iuxta veræ charitatis ordinem priùs ac diligentiùs cogitandum eſt de ſuâ quam de alienâ ſalute promouendâ: *quid enim proderit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiatur.* *Matth. 16. v. 26.*

II. Dices: ſed cur adeò illâ cogitatione indigent.

R. Ob duas præſertim rationes primam diſcimus ex Diuo Paulo qui epiſt. 1. ad Thim. cap. 5. hæc ait, attende tibi & doctrinæ & actuum 20. v. 26. idem ſic admonet Epheſios Sacerdotes, attendite vobis & vniuerſo gregi, ad quæ duo loca B Fr. alludit L. 3. ep. 35. egregiè aduertens Apoſtolum ſui curam, aliorum curæ præponere.

Alteram rationem B. Doctor ibidem inſinuat conſulens amico vt ſibi potiùs quam aliis vacet, non enim eſſet charitas ordinata, ſi priùs aliis deinde ſibi prouideret. Nullus inquit, eſt tibi proximior teipſo, vt ait noſter Seneca Chriſtianus, is eſt D. Bernardus Papam Eugenium alloquens.

III. Quæres 2. qui fructus ex iſta lectione colligendi.

R. Hi tres 1. non eſt ſæpè opus meritorium, ſed potius inutile, cum ad ſalutem aliorum procurandam inflammaris: nam ibi nullum propriè meritum eſſe conſtat, vnde vera charitas abeſt

2. Expendendum eſt diligenter an huiuſmodi errore laboremus.

3. Enim oportet huius erroris originem detegere, quæ paſſim eſt 1. quædam natiua propenſio erga bonum proximi 2. friuolæ cuiuſdam gloriæ cupiditas. 3. ſpes lucri temporalis.

LECTIO V.

De virtutibus aliiſque bono Confeſſario neceſſariis ac primum de charitate.

I QVAERES 1. quænam ſunt Confeſſario neceſſaria?

R. Tria præſertim, ex B. Fr. 1. p. Introd. c. 4. abundet, inquit, Confeſſarius, charitate, ſcientiâ & prudentiâ; ſi enim vel vna ex iſtis dotibus ei defuerit, periculum eſt. Dixi tria præſertim: nam licet alia multa

poſſint aſſignari. Ea tamen omnia ad hæc tria, facilè reuocantur, atque ex illis velut eorum fructus dependent. Cœterum maioris claritatis gratiâ, primum de charitate, deinde verò ſcientiâ ac prudentiâ ſigillatim agemus.

II. Quæres 2. quænam charitas eſt Confeſſario neceſſaria?

R. Paterna, vt docet eximius Doctor 1. cap. monit. ad Confeſſarios; ſuauiſſimum, inquit, patris nomen recordamini, quo vos pœnitentes appellant cum ſuam ordiuntur confeſſionem; voſque debere illos paterno amore amplecti.

Dices pluriſnè facere debet Confeſſarius patris nomen quàm Domini.

R. Ita ſanè authore verbo & exemplo B. Doctore l. 4. ep. 52. vbi animam ſuæ curæ commiſſam his verbis alloquitur Non ero tibi Dominus impoſterùm, nec tu à me Domina vocaberis. Antiqua enim & charitate plena patris & filiæ nomina, plus chriſtianam pietatem ac manſuetudinem redolent; hiſque maior vis ineſt ad ſacram dilectionem, quam Chriſtus inter nos eſſe voluit, declarandam.

III. Quæres 3. Nunquid hoc patris nomen gerere ſatis eſt.

R. Nequaquam, exigitur enim præterea vt eiuſmodi nomen imo pectori Confeſſoris infigatur, hoc eſt, vt is eximium patris affectum induat. Audi noſtrum Oraculum l. 2. ep. 41. vide quæſo vt ſpiritus meus, inquit vir admirabilis, tuum impensè diligat, & patris nomen quo me honorificè nuncupaſti ad te

magis amandum excitet; nimirum cordis intima penetrauit cunctique affectus mei, leges amoris quem ſignificat, omnium nempè maximi & vehementiſſimi accepere.

IV. Quæres 4. Et aſſigna huius lectionis fructus.

R. Diſce 1. patris nomen eſſe nobiliſſimum & optatiſſimum Confeſſarij titulum 2. ſedulò cogita num peccatores, vt tam ſuaue nomen exigit, affectu paterno amplectaris & huiuſce charitatis indicia, ſi quæ habeas, expende.

LECTIO VI.

De quibuſdam officiis paternæ Confeſſarij charitatis, ac 1. de benigna pauperum & plebeiorum admiſſione.

I. QVAERES 1. Hæc paternæ charitatis officia.

R. 6. in libris aut vitâ B. Doctoris inuenio 1. habetur cap. 1. nu. 3. monit. nimirum paterna ignobilium & egenorum admiſſio; fecit vero quæ docuit, vt teſtatur vitæ ipſius autor l. 2 p. 6. qui laudatâ priùs in hoc munere Confeſſarij obeundo, viri ſancti aſſiduitate illum dicere ſolitum refert ſe confeſſionibus idiotarum & ruſticorum audiendis maximè delectari.

II. Expone aliquot huius B. Franciſci charitatis exempla.

R. Ecce tria verè admiranda, primum l. 2.

p. 65. eius vitæ deſcribitur erat homo ità claudus in ciuitate Aniſienſi vt meliùs paralyticum dixeris, quem dum B. Franciſcus peccata confiteri volentem aduerteret, brachiis ſuis benignè ſuſtentabat, & ad ſacrum vſque tribunal deductum, ſituque congruente dignitati huius Sacramenti compoſitum, incredibili patientiâ & charitate audiebat. Secundum ex l. 6. p. 369. depromptum, eſt huiuſmodi. Inopem mutum quem ſuæ familiæ motu charitatis adſcripſerat, mirâ diligentiâ præcipuos fidei articulos & ipſam confitendi methodum edocuit; ac pro modulo confitenti, tanta animi dulcedine aderat, vt eius genas propriis lachrymis rigaret.

III. Aliud verò erga mulieres exhibitum profer.

R. Neque perſonæ, neque ſexus vllam habuit acceptionem viri admirabilis charitas erat in vrbe mulier inops & à natiuitate cœca, quæ ipſi confiteri peccata conſueuerat, cum illam ſine comite manibus palpando venientem proſpiceret, ſtatim è ſacro tribunali ſurgebat vt ad eius cubitale manu propriâ duceret.

Quæres 2. quinam ſunt huius lectionis fructus? R. Duo 1. operienda eſt confuſione anima noſtra coram Deo, cum ab ea charitate longe diſtemus. 2. illius imitatio firmiter proponenda eſt. *Pſ. 70. v. 13.*

LECTIO VII.

De altero huius charitatis officio, nempe de ſingulari patientiâ erga rudes & inurbanos exhibendâ.

I. QVAERES 1. quod eſt alterum charitatis officium à Confeſſario erga rudiores exhibendum? R. Singularis patientia quam noſter Franciſcus his verbis præſcribit cap. 1. n. 3. monit. benignè tolerantes eorum ruſticam aſperitatem, inſcitiam, imbecillitatem, ingenij tarditatem ac reliquos defectus.

Quæres 2. Propone rationes quibus ad eam patientiam excitari poſſim. R. Affert Saleſius ibidem præclarum dictum ſancti Abbatis Bernardi; hoc autem animarum onus eſt infirmarum: nam quæ ſanæ ſunt, Ep. 73. portari non indigent, ac per hoc nec onus ſunt.

II. Dices, habeſne aliquod exemplum B. Franciſci. R. Ita ſanè, potens enim fuit opere & ſermone; cum illum tranſeuntem egena mulier è feneſtrâ conſpexiſſet, nutibus indicauit vt in Eccleſiam ſe conferret ipſius confeſſionem auditurus; quo eximiæ humilitatis vir ſtatim profectus eſt, authore P. Ludouico de la Riuiere in eius vitâ.

Quæres 3. Specialem aliquam conditionem illius patientiæ erga ruſticos exhibendæ. R. Hanc te docebit B. Fr. eodem loco, ni-

mirum vt eam diuturna perſeuerantia comitetur. Sic enim habet, numquam à præſtando eis auxilio deſiſtentes quamdiu ſpes aliqua emendationis affulſerit.

III. Quæres 4. quos fructus ex iſta lect. colligemus? R. Duos 1. cogita quàm parùm ad eam patientiam inclinemur. 2. Illius exercitium ſedulò proponendum eſt in quibuſdam caſibus à nobis præuiſis.

LECTIO VIII.

De 3. paternæ charitatis officio nimirum vt inſignes peccatores humaniter excipiantur.

I. QVAERES 1. Quomodò ſe geret Confeſſarius erga huiuſmodi peccatores? R. Duo præſtabit. 1. illos magnâ teſtificatione amoris excipiet, vt ſanctus noſter Saleſius docuit verbo & exemplo; verbo quidem nam c. 1. num. 3 monit. poſtquam Confeſſarios ad eiuſmodi charitatis officia hortatus eſt filij prodigi parentem eis in exemplum proponit: licet filius prodigus, inquit ille vir Dei, à porcorum cuſtodiâ nudus, ſquallore obſitus, fœtenſque redierit, eum tamen benigniſſimus pater agnouit, amplexus & oſculatus eſt ac præ ingenti gaudio lacrymas fudit; pater enim erat, filij verò à parentibus animo teneriore diliguntur. Exemplo. Audi enim loquentem ep. 13. l. 4. nudiuſquartùs in Eccleſiæ gremium & ſacræ Confeſſionis Tribunal, virum no- *Lucæ 15. v. 11.*

fleas perennibus lachrymis, vt olim vrbis Jeruſalem & Judaïci Templi ruinam Jeremias deplorabat.

2. Ex aliis verò diſce onus grauiſſimum formidare ne id tibi aſſumere præſumas. Nec minus in Domino confidere ſi ad illud legitimè voceris.

LECTIO III.

Reſpondetur excuſationibus Sacerdotum qui humilitatis ſpecie Confeſſarij munus effugiunt.

I. QVæRES I. Quænam ſunt excuſationes illæ?

R. Duplicis generis aliqui enim obicem ſuæ infirmitatis & imperitiæ opponunt, quem ſe non ignorare teſtantur; alij verò dicunt vereri ſe ne dum alienæ ſalutis curam ſuſcipient, propriæ, quæ ipſis potior eſſe debet, iacturam faciant.

II. Quid autem his reſpondes?

R. Sanctum Franciſcum Saleſium 3. parte Introduc. cap. 5. num. 4. damnare illos qui naturæ & gratiæ dotes vtiliter impendere Dei gloriæ & proximorum ſaluti recuſant. Vbi notum eſt loqui de legitimè vocatis, cum præcipuas rectæ vocationis notas exhibeat, nempè talentum à Deo conceſſum & proprij ſuperioris aut directoris inuitationem, quæ hac voce, recuſant, exprimitur.

Dices 2. ſed numquid humilitatem exerceat qui onus grauiſſimum ſubire abnuunt?

R. Equidem, ſi ita lubeat appellare, ſed vitioſam & duobus paſſim defectibus inquinatam, quos ibidem aperit oculatiſſimus Doctor, nempè malitiâ & falſitate. Totum illud meum inquit artificium eſt & quoddam humilitatis genus non modo falſum; ſed etiam malignum, quo diuina tacitè ſubdoléque damnantur; vel ſaltem nimium ſuæ naturæ opinionis deſidiæque ſtudium humilitatis nomine velatur ac tegitur.

III. Quæres 2. in quo ſita ſit huius humilitatis prauitas, & quænam ſint res illæ diuinæ quas per eam damnari aſſerit B. Saleſius.

R. Res illæ diuinæ ſunt obſequia Deo præſtita ſacris eorum officiis, qui ſe totos animarum ſaluti procurandæ impendunt. Nam Sacerdotes de quibus loquimur, cum per humilitatis ſpeciem reiiciunt munus Confeſſarij, damnant obſcurè ſed callidè hanc prouinciam Deo tamen autore inſtitutam, & illos qui eam ſuperiorum iuſſu exercent, obliquè accuſant, ideoque res diuinas, vt ait S. Epiſcopus Saleſius culpare videntur.

IV. Quæres 3. huius humilitatis falſitatem exponam.

R. In hoc poſita eſt; quod ſpecie virtutis tres defectus inſignes, videlicet nimiam proprio iudicio indoli, deſidiæque adhæſionem occultare nitantur. Vt ait S. Franc. verbis in fine ſecundi numeri relatis.

Dices, ſed numquid humilitatis eſt ſuam infirmitatem agnoſcere?

R 1. Humilitatem in cognitione non eſſe poſitam vt oſtendemus in curſu Theologiæ myſticæ vbi de humilitate agetur. 2 quamc

nis aliquandò hæc propriæ vilitatis agnitio ſit quoddam humilitatis initium, verè tamen humiles numquam inducit ad ea munia declinanda quæ legitimâ ipſis authoritate mandantur. Contra excitat illos ad eadem alacriùs amplectenda; nam vt ait S. Fr. dicto cap. 5. Introdu. verus humilis tantò fortior & animoſior eſt, quantò ſe nouit infirmiorem: vtque ſe abiectum putat, ita eſt altiore animo: quippe qui totam ſpem ſuam in Deo poſuerit: cui ſæpius in noſtra infirmitate ſuam commendare potentiam, & in erigendis miſeriæ noſtræ ruinis, diuitias ſuæ bonitatis exhibere placet.

V. Quæres 4. quibuſnam rationibus decipi ſe deprehendent qui prauâ illâ humilitate inficiuntur, ideòque munus Confeſſarij fugiunt?

R. His duabus quas loco ſupra laudato inſignis Dei vir Saleſius exponit. Prior ex ſcriptura depromitur, nimirùm ex cap. 7. Iſaiæ vbi hæc narrat Propheta: & adjecit Dominus loqui ad Achas, *pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum Inferni ſiue in excelſum ſuprà, & dixit Achas non petam & non tentabo Dominum*: quem locum tractans Saleſius ita exclamat ô impium & miſerum hominem, fingit ſe Deum impensè venerari ac per ſimulationem humilitatis, gratiam accipere negligit quam ei diuina miſericordia offert. Altera his B. Fr. verbis exprimitur eodem loco relatis. Humilitatis eſt obedire ac beneplacito Dei quo poteris propius adhærere.

VI. Quæres 5. Præſentis lectionis fructus.

R. 1. Gratiæ Deo habendæ ſunt quod nobis prauæ humilitatis fucum plurimos ſeducentem detexerit. 2. Si vmquam ea nos decepetit, protinus abiicienda eſt.

LECTIO IV.

De his quæ attendere deberent qui nimiâ facilitate Confeſſarij munus aſſumunt.

I. QVÆRES 1. quænam eſſent illis attendenda?

R. Tria præcipuè 1. grauiſſimum huiuſcè muneris onus ac ſimul rationes quas lect 2. num. 2. in hunc finem adduximus 2. magna virtutum aliarumque dotium copia Sacerdotibus Confeſſariis neceſſaria de quibus hoc loco fusè tractabimus. 3. cura propriæ ſalutis, quia iuxta veræ charitatis ordinem priùs ac diligentiùs cogitandum eſt de ſuâ quam de alienâ ſalute promouendâ: *quid enim proderit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiatur.* *Matth. 16. v. 26.*

II. Dices: ſed cur adeò illâ cogitatione indigent.

R. Ob duas præſertim rationes primam diſcimus ex Diuo Paulo qui epiſt. 1. ad Thim. cap. 5. hæc ait, attende tibi & doctrinæ & actuum 20. v. 26. idem ſic admonet Epheſios Sacerdotes, attendite vobis & vniuerſo gregi, ad quæ duo loca B Fr. alludit L. 3. ep. 35. egregiè aduertens Apoſtolum ſui curam, aliorum curæ præponere.

Digitized by Google

Alteram rationem B. Doctor ibidem inſinuat conſulens amico vt ſibi potiùs quam aliis vacet, non enim eſſet charitas ordinata, ſi priùs aliis deinde ſibi prouideret. Nullus inquit, eſt tibi proximior teipſo, vt ait noſter Seneca Chriſtianus, is eſt D. Bernardus Papam Eugenium alloquens.

III. Quæres 2. qui fructus ex iſta lectione colligendi.

R. Hi tres 1. non eſt ſæpè opus meritorium, ſed potius inutile, cum ad ſalutem aliorum procurandam inflammaris: nam ibi nullum propriè meritum eſſe conſtat, vnde vera charitas abeſt

2. Expendendum eſt diligenter an huiuſmodi errore laboremus.

3. Eniti oportet huius erroris originem detegere, quæ paſſim eſt 1. quædam natiua propenſio erga bonum proximi 2. friuolæ cuiuſdam gloriæ cupiditas. 3. ſpes lucri temporalis.

LECTIO V.

De virtutibus aliiſque bono Confeſſario neceſſariis ac primum de charitate.

I. QVÆRES 1. quænam ſunt Confeſſario neceſſaria?

R. Tria præſertim, ex B. Fr. 1. p. Introd. c. 4. abundet, inquit, Confeſſarius, charitate, ſcientiâ & prudentiâ; ſi enim vel vna ex iſtis dotibus ei defuerit, periculum eſt. Dixi tria præſertim: nam licet alia multa

Digitized by Google

poſſint aſſignari. Ea tamen omnia ad hæc tria, facilè reuocantur, atque ex illis velut eorum fructus dependent. Cœterum maioris claritatis gratiâ, primum de charitate, deinde verò ſcientiâ ac prudentiâ ſigillatim agemus.

II. Quæres 2. quænam charitas eſt Confeſſario neceſſaria?

R. Paterna, vt docet eximius Doctor 1. cap. monit. ad Confeſſarios; ſuauiſſimum, inquit, patris nomen recordamini, quo vos pœnitentes appellant cum ſuam ordiuntur confeſſionem; voſque debere illos paterno amore amplecti.

Dices pluriſnè facere debet Confeſſarius patris nomen quàm Domini.

R. Ita ſanè authore verbo & exemplo B. Doctore l. 4. ep. 12. vbi animam ſuæ curæ commiſſam his verbis alloquitur Non ero tibi Dominus impoſterùm, nec tu à me Domina vocaberis. Antiqua enim & charitate plena patris & filiæ nomina, plus chriſtianam pietatem ac manſuetudinem redolent; hiſque maior vis ineſt ad ſacram dilectionem, quam Chriſtus inter nos eſſe voluit, declarandam.

III. Quæres 3. Nunquid hoc patris nomen gerere ſatis eſt.

R. Nequaquam, exigitur enim præterea vt eiuſmodi nomen imò pectori Confeſſoris infigatur, hoc eſt, vt is eximium patris affectum induat. Audi noſtrum Oraculum l. 2. ep. 41. vide quæſo vt ſpiritus meus, inquit vir admirabilis, tuum impenſè diligat, & patris nomen quo me honorificè nuncupaſti ad te

magis amandum excitet; nimirum cordis intima penetrauit cunctique affectus mei, leges amoris quem ſignificat, omnium nempè maximi & vehementiſſimi accepere.

IV. Quæres 4. Et aſſigna huius lectionis fructus.

R. Diſce 1. patris nomen eſſe nobiliſſimum & optatiſſimum Confeſſarij titulum 2. ſedulò cogita num peccatores, vt tam ſuaue nomen exigit, affectu paterno amplectaris & huiuſce charitatis indicia, ſi quæ habeas, expende.

LECTIO VI.

De quibuſdam officiis paternæ Confeſſarij charitatis, ac 1. de benigna pauperum & plebeiorum admiſſione.

I. QVAERES 1. Hæc paternæ charitatis officia.

R. 6. in libris aut vitâ B. Doctoris inuenio 1. habetur cap. 1. nu. 3. monit. nimirum paterna ignobilium & egenorum admiſſio; fecit vero quæ docuit, vt teſtatur vitæ ipſius autor l. 2 p. 6. qui laudatâ priùs in hoc munere Confeſſarij obeundo, viri ſancti aſſiduitate illum dicere ſolitum refert ſe confeſſionibus idiotarum & ruſticorum audiendis maximè delectari.

II. Expone aliquot huius B. Franciſci charitatis exempla.

R. Ecce tria verè admiranda, primum l. 2.

p. 65. eius vitæ deſcribitur erat homo ità claudus in ciuitate Aniſienſi vt meliùs paralyticum dixeris, quem dum B. Franciſcus peccata confiteri volentem aduerteret, brachiis ſuis benignè ſuſtentabat, & ad ſacrum vſque tribunal deductum, ſituque congruente dignitati huius Sacramenti compoſitum, incredibili patientiâ & charitate audiebat. Secundum ex l. 6. p. 369. depromptum, eſt huiuſmodi. Inopem mutum quem ſuæ familiæ motu charitatis adſcripſerat, mirâ diligentiâ præcipuos fidei articulos & ipſam confitendi methodum edocuit; ac pro modulo confitenti, tanta animi dulcedine aderat, vt eius genas propriis lachrymis rigaret.

III. Aliud verò erga mulieres exhibitum profer.

R. Neque perſonæ, neque ſexus vllam habuit acceptionem viri admirabilis charitas erat in vrbe mulier inops & à natiuitate cœca, quæ ipſi confiteri peccata conſueuerat, cum illam ſine comite manibus palpando venientem proſpiceret, ſtatim è ſacro tribunali ſurgebat vt ad eius cubitale manu propriâ duceret.

Quæres 2. quinam ſunt huius lectionis fructus? R. Duo 1. operienda eſt confuſione anima noſtra coram Deo, cum ab ea charitate longe diſtemus. 2. illius imitatio firmiter proponenda eſt. *Pſ. 70. v. 13.*

mirùm vt eam diuturna perſeuerantia comitetur. Sic enim habet, numquam à præſtando eis auxilio deſiſtentes quamdiu ſpes aliqua emendationis affulſerit.

III. Quæres 4. quos fructus ex iſta lect. colligemus? R. Duos 1. cogita quàm parùm ad eam patientiam inclinemur. 2. Illius exercitium ſedulò proponendum eſt in quibuſdam caſibus à nobis præuiſis.

LECTIO VIII.

De 3. paternæ charitatis officio nimirum vt inſignes peccatores humaniter excipiantur.

I. QVAERES I. Quomodò ſe geret Confeſſarius erga huiuſmodi peccatores? R. Duo præſtabit. 1. illos magnâ teſtificatione amoris excipiet, vt ſanctus noſter Saleſius docuit verbo & exemplo; verbo quidem nam c. 1. num. 3 monit. poſtquam Confeſſarios ad eiuſmodi charitatis officia hortatus eſt filij prodigi parentem eis in exemplum proponit: licet filius prodigus, inquit ille vir Dei, à porcorum cuſtodiâ nudus, ſquallore obſitus, fœtenſque redierit, eum tamen benigniſſimus pater agnouit, amplexus & oſculatus eſt ac præ ingenti gaudio lacrymas fudit; pater enim erat, filij verò à parentibus animo teneriore diliguntur. Exemplo. Audi enim loquentem ep. 13. l. 4. nudiuſquartùs in Eccleſiæ gremium & ſacræ Confeſſionis Tribunal, virum no- *Lucæ 15. v. 11.*

bilem admiſi Deus bone quot ei pacis oſcula dedimus.

II. Eorum animum excitabit, ad confidendum miſericordiâ & bonitate Dei, quorumlibet peccatorum multitudine ac grauitate onerentur, vt B. Antiſtes Confeſſarios docuit c.1.n.6. mônit. his verbis. Eorum animum erigite intuitu ſummi gaudij, quod Deo inſignium peccatorum ad meliorem vitam conuerſio impertitur.

III. Quæres 2. quænam ſunt motiua præcipua iſtiuſmodi peccatoribus in hunc finem á Confeſſariis proponenda. R. Sex ibidem tradit venerabilis Præſul.

1. Quò maior eſt noſtra miſeria, eò Dei bonitatem glorioſiùs elucere.

2. Chriſtum, pro ſe crucifigentibus patrem oraſſe; vt omnes intelligant agnum qui tollit peccata mundi, veniam ipſis daturum libentiſſimè, licet eum Cruci affixiſſent.

3. Deum tanti facere pœnitentiam, vt minima, modò vera, grauiſſimis ſceleribus delendis par ſit: vnde ſi Diabolus & miſeri, quos cum illo æternus ignis excruciat, pœnitentiam agere poſſent omnia ipſis condonarentur.

Ad Roman. 5. v. 20. 4 Vbi abundauit delictum, ibi ſuperabundaſſe gratiam; ſiquidem illuſtrioris ſanctimoniæ viros ac fœminas, legimus inſignes fuiſſe peccatores; vt de ſanctis Petro, Mathæo, Dauide, Magdalena conſtat.

5. Nullam grauiorem iniuriam, bonitati Diuinæ, morti ac paſſioni Saluatoris, irrogari poſſe, quàm ſi quis de peccatorum obtinendâ remiſſione deſperet.

6. Eam, ſcilicet peccatorum remiſſionem, fide Catholicâ tenendam eſſe; vt illam nemo ſe conſecuturum dubitet, cum ad Sacramentum in hunc finem à Domino inſtitutum ritè accedit.

IV. quæres 3. quis eſt huiuſcè lectionis fructus. R. Vt ea charitatis munia fœliciter exequaris, diligere oportet, nedum verbo ſed etiam opere & veritate. *1. Ioan. 13. v. 18.*

LECTIO IX.

De 4. charitatis officio, nimirùm vt Confeſſarius homines ſcrupulis agitatos conſolari dignetur.

I. QVAERES 1. quodnam eſt 4. iſtius charitatis officium. R. Benigna conſolatio eorum quos ſcrupuli & reliquæ animi anxietates cruciant, nam vt ait ſcriptura, amicus fidelis, protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum.... amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. quem vtrumque locum affert ac præſenti materiæ applicat noſter Antiſtes 1. p. introd. c. 4. n. 2. ille, inquit, Confeſſarium intellige, ſiue nos triſtitia deprimat, ſiue vllo caſu à via ſuſcepta retardemur, ſapientiæ theſauri ac medicamenti ſpiritualis inſtar erit, qui animum afflictum eriget abundéque recreabit. *Eccleſ. 6 v. 14. Ibidem v. 16.*

II. quæres 2. in quo præſertim Confeſſarius debet ſcrupulis vexatos conſolari?

R. Maximè circà præteritas confeſſiones quas multis ſcatere defectibus pertimeſcunt. Ita s.F. agebat ex l. *3*. epiſt. *13*. ne dubites, inquit chariſſimâ ſoror, nam te noſtræ ſalutis periculo certam eſſe volumus; quod ad præteritam confeſſionem repetendam nullâ ratione tenearis.

III. Quæres 3. Sed numquid in his caſibus aſperitate quadam vtendum eſt? R. Si contumaces nactus fueris, benignitas prudenter aſperitati admiſcebitur. Audi quæſo manſuetiſſimum Præſulem l. 7. epiſt. 19. hæc nobis ſoror negotium faceſſiuit, & adhuc faceſſere perſeuerat; delicta enim ad ſuum arbitrium fingit: quare obfirmato animo, ſacrâ communione abſtinet; egi cum illa non minùs aſperè quàm benignè, agamque mutatis verbis, ſi Deus fauerit, quamdiu opus eſſe iudicabo.

IV. Refer aliquod manſuetudinis eximiæ factum à B. Antiſtite F. in hoc genere præſtitum. R. Ecce tibi ſingulare miles in vrbe Tononienſi, vbi tunc temporis F. noſter agebat, diuinam Euchariſtiam non ieiunus accepit. Sed cum ideo grauiter increparetur à ſociis, tanto mœrore affectus eſt, nam id per incogitantiam fecerat, vt magnitudine doloris eiularet. Omnes interim ei conſulunt, vt B. Patrem eo nomine ſingulis notum conueniat; qui re intellecta hominem conſolatus eſt ac poſcenti pœnitentiam, pater & aue dumtaxat iniunxit quod ipſi animum militis adeò conciliauit vt ab eius conſortio dimoueri non poſſet.

V. Quæres 4. quis eſt huius l. fructus?

Digitized by Google

R. Vt ex n. 3. diſcamus homines huiuſmodi quantumuis contumaces inuictâ patientia tolerare.

LECTIO X.

De 5. charitatis officio erga illos exercendo quos ſua peccata detegere pudet.

I. QVAERES 1. quonam pacto ſe geret Confeſſarius erga huiuſmodi homines? Reſponſioni præmitto genus illorum triplex reperiri poſſe. 1. aliqui peccata detegere omninò erubeſcunt. 2. Alij non detegerent niſi adhibito excuſationum colore. 3. Demùm alij accuſationem incipiunt, ſed multiplici exhortatione indigent vt prorſus abſoluant.

R. Igitur omnibus illis apta remedia iuxta B. Doctoris mentem aſſignanda eſſe.

Quæres 2. quomodò ſe geret Confeſſarius erga prioris generis homines. R. Eos ad integram peccatorum declarationem his quinque rationibus excitabit quas affert B. Doctor c. 1 n. 4. monit. ſi eos, inquit, vllo pudore affectos deprehendas, expone 1. te nihilò magis quàm illos è numero Angelorum eſſe, vnde 2. te non mirari homines peccatis eſſe obnoxios 3. maiorem homini ex pœnitentia laudem obuenire quam ex peccato ignominiam. 4. nec Deum nec Confeſſarios de hominibus iudicare iuxta præteritum ſtatum ſed præſentem. 5. peccata ita penitùs coram

Deo & Confeſſariis obliterari, vt nulla eorum ampliùs futura ſit memoria.

II. Affertne ſanctus vir alias rationes? R. quatuor adhuc in eius ſcriptis aduerti 1. l. 4. ep. 46. continetur reuerà inquit, primum ac præcipuum chriſtianæ ſinceritatis caput, in hoc peccata detegendi candore poſitum eſt.

III. 2. Ibidem tradit in hæc verba non præbet aures Confeſſarius in ſacro tribunali, vt audiat virtutes pœnitentium ſed noxas & quidem omnis generis.

IV. 3. Eſt quod ſacramentalis confeſſio peccata licet natiuo veneno corrupta in ſalutis remedium vertat. En ipſa B. Fr. verba introd. 1. p. c. 19. ſcorpio dum eius cauda nos ferit, venenatus eſt, at oleum ex illo confectam eiuſdem ictibus curandis mirè inſeruit. Pariter noxa tunc ſolùm pudenda eſt cum admittitur, ſed eam confeſſio pœnitentis vtilem efficit atque laudabilem.

V. 4. quod confeſſa peccata magnum Spiritui ſancto honorem tribuant, l. 2. ep. 30. B. Fr. exponit his verbis. Culpæ quamdiu morantur in anima ſpinæ ſunt, hinc verò accuſatione voluntariâ expulſæ, in roſas & aromata mutantur, nam peccatum, quo voluntatis humanæ prauitas animam inficit; ex illa, Spiritus ſancti qui ſumma bonitas eſt, potenti ſed ſuaui gratiâ eiicitur.

VI. quæres 3. quinam ex iſta lectione fructus colligi poteſt? R. Admirari debemus inſignem, & omni veneratione digniſſimam bonitatem Dei ac ſapientiam, qui hominum peccata in ſuam gloriam eorumque ſalutem vertere nouit.

Digitized by Google

LECTIO XI.

Proſequitur eandem materiam.

QVAERES I. quomodo ſe geret Confeſſarius erga illos qui peccata declarare non audent, niſi ea variis excuſationum & hiſtoriarum coloribus tegant?

R. *Id* docet B. Saleſius c. 1. n. 9. monit. in hæc verba. Si peccatorum ſuorum accuſationem variis excuſationibus & hiſtoriis implicent, patienter ferendum erit, nec vllatenus interpellari debent & poſt pauca, tum amicè, huiuſmodi accuſationum defectus, abſque vllâ tamen cenſuræ notâ, illis exponentur.

II. Quæres 2. quâ illos ratione accendet qui peccatorum confeſſionem proſequi verentur? R. Eâ quam tradit eximius Doctor ibidem num. 10. eos, inquit, hortabimini vt proſequantur vlteriùs, his aut ſimilibus verbis 1. ô te felicem qui abdita mentis vulnera ſacro medico aperis, qui Spiritui ſancto cor ad integram tui accuſationem mouenti obſequeris; macte animo, & opus tuæ reconciliationis inceptum fideliter abſolue. 2. paulò poſt ex hac bona confeſſione magnam capies voluptatem, neque omninò velles minimam conſcientiæ latebram occultaſſe. qualem tibi hæc humilis confeſſio in obitu conſolationem pariet. 3. Deus ſuæ tibi rorem benedictionis infundat qui ſordes animi bona confeſſione patefacis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

III. Quæres 3. quem fructum præſens lectio ſuppeditat. R. Seriò aduertendum eſt quanta petientiæ, manſuetudinis aliarumque virtutum copia Sacerdotes Confeſſarij opus habeant. Et ſanè D. Paulus 1. ad Chor. cap. 13. charitatem benignam & patientem appellat. Cumque virtus nonniſi diuturno labore comparetur, de neceſſitate incumbendi eius exercitio conuicti eſſe debemus.

LECTIO XII.

De 6. charitatis officio ſeu de fiduciâ quam erga ſe Confeſſarij omnibus tribuere debent.

I. QVAERES 1. quod eſt 6. charitatis officium à Confeſſario exhibendum? R. Vt ſingularem omnibus ad ſe veniendi fiduciam præbeat, qua in re ſic B. Fr. excelluit, vt generalem parentis confeſſionem aliquando exceperit, apud ipſius vitæ authorem l. 5. p. 252. idem de matre narratur l. 7. p. 410.

II. Quæres 2. quo pacto id efficiet Confeſſarius? R. Duplici genere mediorum vtetur quorum alia ſunt remota, alia verò proxima.

quænam ſunt remota. R. Hæc duo, 1. vita recta. 2. comitas affabilitaſque ſermonis.

quæ proxima. R. Duo quoque. Primum eſt inuiolabilis ſigilli expoſitio, cum aliquem illius violationis timorem in confitentibus

deprehendet: ecce quæ fecit & docuit maximus Præſul. Huic filiæ, inquit, à me tibi ſedulò commendatæ, quam ſingulari beneuolentia complector, affirmes velim, ea omnia mentis arcana quæ meum in ſinum depoſuit, illum ſubiiſſe locum, vnde nonniſi obtenta ipſius facultate vmquam exibunt. Epiſt.25

III. Alterum conciliandæ fiduciæ medium proximum eſt. R. Omnis exquiſitæ vrbanitatis proſcriptio, ſic enim habet nullæ inter nos ampliùs erunt huiuſmodi vrbanitatis ceremoniæ, nec enim quibus nectimur vincula, hiſce funibus conſtant. Illa quidem firmiſſima ſunt & nulla temporum ſerie immutanda, cum eodem Chriſti amore iungendi ſimus in cœlis, quo ſinceriſſimè deuincimur in terris. Epiſt.33

IV. Quæres 3. quos ex iſta lectione fructus colligere oportet? R. Grauem Confeſſariis obligationem incumbere vt 1. per bona ipſorum opera cunctis hominibus lucis exempla monſtrentur. 2. vt eorum colloquium pia ſinceritas & manſuetudo commendent. 3. vt iuxta propheticum dictum, ſermones ſuos in iudicio diſponant. Pſal.112

III. Quæres 3. quem fructu[illegible] ctio ſuppeditat. R. Seriò adu[illegible] quanta petientiæ, manſuetudin[illegible] virtutum copia Sacerdotes Co[illegible] habeant. Et ſanè D. Paulus 1. [illegible] 13. charitatem benignam & pat[illegible] lat. Cumque virtus nonniſi di[illegible] comparetur, de neceſſitate inc[illegible] exercitio conuicti eſſe debemus[illegible]

LECTIO X[illegible]

De 6. charitatis officio ſeu de [illegible] erga ſe Confeſſarij omnibu[illegible] debent.

I. QVAERES 1. quod e[illegible] officium à Confeſſ[illegible] dum? R. Vt ſingularen[illegible] ſe veniendi fiduciam præbeat[illegible] B. Fr. excelluit, vt generalem [illegible] feſſionem aliquando exceperit[illegible] vitæ authorem l. 5. p. 252. idem [illegible] ratur l. 7. p. 410.

II. Quæres 2. quo pacto id[illegible] feſſarius? R. Duplici genere [illegible] tur quorum alia ſunt remota, a[illegible] xima.

Quænam ſunt remota. R. Hæc[illegible] recta. 2. comitas affabilitaſque [illegible]

Quæ proxima. R. Duo quoq[illegible] eſt inuiolabilis ſigilli expoſitio, [illegible] illius violationis timorem in c[illegible]

m.

cium eſt. Frequens
s tuis pœnitentibus
lit, hoc enim à B,
numquam, inquit,
ſaluto, quin tuum
arem mihi gratiam

XIV.

imirùm oratione pro
fundenda.

um huiuſcè deuo-
Sedulam pro pœni-
orationem. En B.
reſſam. Eum apud
o tuæ conſolationis
gmentum ſine vllâ
Deus bone cum hu-
niſſimè traxeris, vt
rficias obteſtor: &
cordi eſſe ne dubi-
die ſingularem tui
s habeo, ante ocu-
ris ac pro tua ſalute
ius, continua deſi-

imè oratione, Con-
miniſſe debet. R. In
vt mos erat deuo-
ma, inquit, quàm
amore progreſſum,

bilem admiſi Deus bone quot ei pacis oſcula dedimus.

II. Eorum animum excitabit, ad confidendum miſericordiâ & bonitate Dei, quorumlibet peccatorum multitudine ac grauitate onerentur, vt B. Antiſtes Confeſſarios docuit c.1.n.6. mônit. his verbis. Eorum animum erigite intuitu ſummi gaudij, quod Deo inſignium peccatorum ad meliorem vitam conuerſio impertitur.

III. Quæres 2. quænam ſunt motiua præcipua iſtiuſmodi peccatoribus in hunc finem à Confeſſariis proponenda. R. Sex ibidem tradit venerabilis Præſul.

1. quò maior eſt noſtra miſeria, eò Dei bonitatem glorioſiùs elucere.

2. Chriſtum, pro ſe crucifigentibus patrem oraſſe; vt omnes intelligant agnum qui tollit peccata mundi, veniam ipſis daturum libentiſſimè, licet eum Cruci affixiſſent.

3. Deum tanti facere pœnitentiam, vt minima, modò vera, grauiſſimis ſceleribus delendis par ſit: vnde ſi Diabolus & miſeri, quos cum illo æternus ignis excruciat, pœnitentiam agere poſſent omnia ipſis condonarentur.

Ad Roman. 5. v. 20. 4 Vbi abundauit delictum, ibi ſuperabundaſſe gratiam; ſiquidem illuſtrioris ſanctimoniæ viros ac fœminas, legimus inſignes fuiſſe peccatores; vt de ſanctis Petro, Mathæo, Dauide, Magdalena conſtat.

5. Nullam grauiorem iniuriam, bonitati Diuinæ, morti ac paſſioni Saluatoris, irrogari poſſe, quàm ſi quis de peccatorum obtinendâ remiſſione deſperet.

Digitized by Google

6. Eam, ſcilicet peccatorum remiſſionem, fide Catholicâ tenendam eſſe; vt illam nemo ſe conſecuturum dubitet, cum ad Sacramentum in hunc finem à Domino inſtitutum ritè accedit.

IV. quæres 3. quis eſt huiuſcè lectionis fructus. R. Vt ea charitatis munia fœliciter exequaris, diligere oportet, nedum verbo ſed etiam opere & veritate. *1. Ioan. 13. v. 18.*

LECTIO IX.

De 4. charitatis officio, nimirùm vt Confeſſarius homines ſcrupulis agitatos conſolari dignetur.

I. QVAERES 1. quodnam eſt 4. iſtius charitatis officium. R. Benigna conſolatio eorum quos ſcrupuli & reliquæ animi anxietates cruciant, nam vt ait ſcriptura, amicus fidelis, protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum.... amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. quem vtrumque locum affert ac præſenti materiæ applicat noſter Antiſtes 1. p. introd. c. 4. n. 2. ille, inquit, Confeſſarium intellige, ſiue nos triſtitia deprimat, ſiue vllo caſu à via ſuſcepta retardemur, ſapientiæ theſauri ac medicamenti ſpiritualis inſtar erit, qui animum afflictum eriget abundéque recreabit. *Eccleſ. 6 v. 14. Ibidem v. 16.*

II. quæres 2. in quo præſertim Confeſſarius debet ſcrupulis vexatos conſolari?

R. Maximè circa præteritas confeſſiones quas multis ſcatere defectibus pertimeſcunt. Ita s.F. agebat ex l. 3. epiſt. 13. ne dubites, inquit chariſſima ſoror, nam te noſtræ ſalutis periculo certam eſſe volumus; quod ad præteritam confeſſionem repetendam nullâ ratione tenearis.

III. Quæres 3. Sed numquid in his caſibus aſperitate quadam vtendum eſt? R. Si contumaces nactus fueris, benignitas prudenter aſperitati admiſcebitur. Audi quæſo manſuetiſſimum Præſulem l. 7. epiſt. 19. hæc nobis ſoror negotium faceſſiuit, & adhuc faceſſere perſeuerat; delicta enim ad ſuum arbitrium fingit: quare obfirmato animo, ſacrâ communione abſtinet; egi cum illa non minùs aſperè quàm benignè, agamque mutatis verbis, ſi Deus fauerit, quamdiu opus eſſe iudicabo.

IV. Refer aliquod manſuetudinis eximiæ factum à B. Antiſtite F. in hoc genere præſtitum. R. Ecce tibi ſingulare miles in vrbe Tononienſi, vbi tunc temporis F. noſter agebat, diuinam Euchariſtiam non ieiunus accepit. Sed cum ideo grauiter increparetur à ſociis, tanto mœrore affectus eſt, nam id per incogitantiam fecerat, vt magnitudine doloris eiularet. Omnes interim ei conſulunt, vt B. Patrem eo nomine ſingulis notum conueniat; qui re intellecta hominem conſolatus eſt ac poſcenti pœnitentiam, pater & aue dumtaxat iniunxit quod ipſi animum militis adeò conciliauit vt ab eius conſortio dimoueri non poſſet.

V. Quæres 4. quis eſt huius l. fructus?

R. Vt ex n. 3. diſcamus homines huiuſmodi quantumuis contumaces inuictâ patientia tolerare.

LECTIO X.

De 5. charitatis officio erga illos exercendo quos ſua peccata detegere pudet.

I. QVAERES 1. quonam pacto ſe geret Confeſſarius erga huiuſmodi homines? Reſponſioni præmitto genus illorum triplex reperiri poſſe. 1. aliqui peccata detegere omninò erubeſcunt. 2. Alij non detegerent niſi adhibito excuſationum colore. 3. Demùm alij accuſationem incipiunt, ſed multiplici exhortatione indigent vt prorſus abſoluant.

R. Igitur omnibus illis apta remedia iuxta B. Doctoris mentem aſſignanda eſſe.

Quæres 2. quomodò ſe geret Confeſſarius erga prioris generis homines. R. Eos ad integram peccatorum declarationem his quinque rationibus excitabit quas affert B. Doctor c. 1 n. 4. monit. ſi eos, inquit, vllo pudore affectos deprehendas, expone 1. te nihilò magis quàm illos è numero Angelorum eſſe, vnde 2. te non mirari homines peccatis eſſe obnoxios 3. maiorem homini ex pœnitentia laudem obuenire quam ex peccato ignominiam. 4. nec Deum nec Confeſſarios de hominibus iudicare iuxta præteritum ſtatum ſed præſentem. 5. peccata ita penitùs coram

Deo & Confeſſariis obliterari, vt nulla eorum amplius futura ſit memoria.

II. Affertne ſanctus vir alias rationes? R. quatuor adhuc in eius ſcriptis aduerti 1. l. 4. cp. 46. continetur reuerà inquit, primum ac præcipuum chriſtianæ ſinceritatis caput, in hoc peccata detegendi candore poſitum eſt.

III. 2. Ibidem tradit in hæc verba non præbet aures Confeſſarius in ſacro tribunali, vt audiat virtutes pœnitentium ſed noxas & quidem omnis generis.

IV. 3. Eſt quod ſacramentalis confeſſio peccata licet natiuo veneno corrupta in ſalutis remedium vertat. En ipſa B. Fr. verba introd. 1. p. c. 19. ſcorpio dum eius cauda nos ferit, venenatus eſt, at oleum ex illo confectum eiuſdem ictibus curandis mirè inſeruit. Pariter noxa tunc ſolùm pudenda eſt cum admittitur, ſed eam confeſſio pœnitentis vtilem efficit atque laudabilem.

V. 4. quod confeſſa peccata magnum Spiritui ſancto honorem tribuant, l. 2. ep. 30. B. Fr. exponit his verbis. Culpæ quamdiu morantur in anima ſpinæ ſunt, hinc verò accuſatione voluntariâ expulſæ, in roſas & aromata mutantur, nam peccatum, quo voluntatis humanæ prauitas animam inficit; ex illa, Spiritus ſancti qui ſumma bonitas eſt, potenti ſed ſuaui gratiâ eiicitur.

VI. quæres 3. quinam ex iſta lectione fructus colligi poteſt? R. Admirari debemus inſignem, & omni veneratione digniſſimam bonitatem Dei ac ſapientiam, qui hominum peccata in ſuam gloriam eorumque ſalutem vertere nouit.

LECTIO XI.

Proſequitur eandem materiam.

QVAERES 1. quomodo ſe geret Confeſſarius erga illos qui peccata declarare non audent, niſi ea variis excuſationum & hiſtoriarum coloribus tegant?

R. *Id* docet B. Saleſius c.1. n.9. monit. in hæc verba. Si peccatorum ſuorum accuſationem variis excuſationibus & hiſtoriis implicent, patienter ferendum erit, nec vllatenus interpellari debent & poſt pauca, tum amicè, huiuſmodi accuſationum defectus, abſque vllâ tamen cenſuræ notâ, illis exponentur.

II. Quæres 2. quâ illos ratione accendet qui peccatorum confeſſionem proſequi verentur? R. Eâ quam tradit eximius Doctor ibidem num.10. eos, inquit, hortabimini vt proſequantur vlteriùs, his aut ſimilibus verbis 1. ô te felicem qui abdita mentis vulnera ſacro medico aperis, qui Spiritui ſancto cor ad integram tui accuſationem mouenti obſequeris; macte animo, & opus tuæ reconciliationis inceptum fideliter abſolue. 2. paulò poſt ex hac bona confeſſione magnam capies voluptatem, neque omninò velles minimam conſcientiæ latebram occultaſſe. qualem tibi hæc humilis confeſſio in obitu conſolationem pariet. 3. Deus ſuæ tibi rorem benedictionis infundat qui ſordes animi bona confeſſione patefacis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

III. Quæres 3. quem fructum præſens lectio ſuppeditat. R. Seriò aduertendum eſt quanta petientiæ, manſuetudinis aliarumque virtutum copia Sacerdotes Confeſſarij opus habeant. Et ſanè D. Paulus 1. ad Chor. cap. 13. charitatem benignam & patientem appellat. Cumque virtus nonniſi diuturno labore comparetur, de neceſſitate incumbendi eius exercitio conuicti eſſe debemus.

LECTIO XII.

De 6. charitatis officio ſeu de fiducia quam erga ſe Confeſſarij omnibus tribuere debent.

I. QVAERES 1. quod eſt 6. charitatis officium à Confeſſario exhibendum? R. Vt ſingularem omnibus ad ſe veniendi fiduciam præbeat, qua in re ſic B. Fr. excelluit, vt generalem parentis confeſſionem aliquando exceperit, apud ipſius vitæ authorem l. 5. p. 252. idem de matre narratur l. 7. p. 410.

II. Quæres 2. quo pacto id efficiet Confeſſarius? R. Duplici genere mediorum vtetur quorum alia ſunt remota, alia verò proxima.

quænam ſunt remota. R. Hæc duo, 1. vita recta. 2. comitas affabilitaſque ſermonis.

Quæ proxima. R. Duo quoque. Primum eſt inuiolabilis ſigilli expoſitio, cum aliquem illius violationis timorem in confitentibus

deprehendet : ecce quæ fecit & docuit maximus Præſul. Huic filiæ, inquit, à me tibi ſedulò commendatæ, quam ſingulari beneuolentia complector, affirmes velim, ea omnia mentis arcana quæ meum in ſinum depoſuit, illum ſubiiſſe locum, vnde nonniſi obtenta ipſius facultate vmquam exibunt. *Epiſt.25.*

III. Alterum conciliandæ fiduciæ medium proximum eſt. R. Omnis exquiſitæ vrbanitatis proſcriptio, ſic enim habet nullæ inter nos ampliùs erunt huiuſmodi vrbanitatis ceremoniæ, nec enim quibus nectimur vincula, hiſce funibus conſtant. Illa quidem firmiſſima ſunt & nulla temporum ſerie immutanda, cum eodem Chriſti amore iungendi ſimus in cœlis, quo ſinceriſſimè deuincimur in terris. *Epiſt.33*

IV. Quæres 3. quos ex iſta lectione fructus colligere oportet? R. Grauem Confeſſariis obligationem incumbere vt 1. per bona ipſorum opera cunctis hominibus lucis exempla monſtrentur. 2. vt eorum colloquium pia ſinceritas & manſuetudo commendent. 3. vt iuxta propheticum dictum, ſermones ſuos in iudicio diſponant. *Pſal.111*

LECTIO XIII.

De virtutibus quæ à dictâ charitate dependent, ac primum deuotione.

I. QVAERES I. quænam virtutes à prædicta charitate dependent. R. Præſertim 4. nimirùm deuotio, proprij commodi neglectus, ſpiritus libertatis & amicitia chriſtiana.

Quæres 2. quænam deuotionis officia Confeſſarii exercere debent. R. Maximè quatuor 1. eſt piæ contritionis motus vt ad ſimilem contritionem pœnitentium corda excitare poſſint. Qua re ſanctus Antiſtes plane inſignis fuit, nam peccata confitentes, vt l.2. vitæ ipſius p. 68. habetur, ſæpius flere ac lamentari cogebat, & ſuum illis ſudariolum ad lacrymas detegendas commodabat?

II. Alterum huius deuotionis officium ita deſcribit B. Fr. agens de quodam è ſuis pœnitentibus, l.4. epiſt.11. ô meæ ſalutis authorem, quali gaudiò perfundebar, cum hominem ita ſanctè peccata declarantem audirem, & prorſus admirandam Dei prouidentiam ex eorum narratione colligerem, quæ illum occultis ſed miris modis à perditione reuocauerat.

Vbi duos eximiæ deuotionis actus aduerte quos in audiendis confeſſionibus vtiliter exercebis, nempe gaudium de peccatorum conuerſione conceptum, & Dei gratiæ ac prouidentiæ

prouidentiæ admirationem.

Tertium deuotionis officium eſt. Frequens Angelorum inuocatio quos tuis pœnitentibus Dei bonitas comites dedit, hoc enim à B. Saleſio l.2. ep.1. diſcimus numquam, inquit, meos Angelos in oratione ſaluto, quin tuum etiam ſalutem. Quæſo vt parem mihi gratiam referas.

LECTIO XIV.

De 4. deuotionis officio, nimirùm oratione pro pœnitentibus ritè fundenda.

QVAERES 1. quartum huiuſcè deuotionis officium. R. Sedulam pro pœnitentibus ad Deum orationem. En B. Fr. praxim his verbis expreſſam. Eum apud me locum obtines, vt adeo tuæ conſolationis & internæ proſperitatis augmentum ſine vllà intermiſſione depoſcam. Deus bone cum huius filiæ mentem ad te ſuauiſſimè traxeris, vt eam in ſacra dilectione perficias obteſtor: & alibi. Te mihi plurimum cordi eſſe ne dubites, bis enim quolibet die ſingularem tui memoriam in orationibus habeo, ante oculos meos continuò verſaris ac pro tua ſalute coram Deo & Angelis eius, continua deſideria effundo.

Quæres 2. *In quâ maximè oratione,* Confeſſarius pœnitentium meminiſſe debet. R. In tremendo altaris ſacrificio vt mos erat deuotiſſimi Præſulis, chariſſima, inquit, quàm cupio intensè tuum in Dei amore progreſſum,

cui te hoc manè denuò ſacrâ myſteria pera-gens dedicaui, tunc mihi ſanè videbar, te in cœlum brachijs ſubleuare: vt paruulos attollere ſolemus. Et l.4. ep. 60. hiſque horis matutinis cum puram vnigeniti hoſtiam Deo Patri offerrem, apud me tacitus aiebam, ecce tibi cor tuum æterne Pater, ſeu Filium dilectionis tuæ, eius quoque gratiâ noſtrum acceptare digneris, noſtrum, inquam, hoc eſt meum ac filiæ in Chriſto chariſſimæ epiſt. verò 61. l.7. mox introibo ad altare Dei, vbi pro tua ſalute mille vota emittam.

Ad Coloſſ.1. v. 13.

III. Quæres 3. quid pro illis à Deo Confeſſarius poſtulabit. R. Suauiſſimam eius charitatem, vt ſolebat homo Dei Fr. plures, inquit, gratias animæ tuæ poſcimus in auguſto Miſſæ ſacrificio, ſed præcipuè amorem Dei, quippe qui omne donum in ſe contineat; vnde l.5. epiſt. 30. hanc beati viri charitas flammam exhalat, ſit Ieſus ſemper in medio cordis huius & cor iſtud ſemper in Domino Ieſu requieſcat, Ieſus viuat in hoc corde, & cor iſtud in Ieſu tanquam in vnico ſuæ dilectionis termino.

IV. Quæres 4. In quibus pœnitentium neceſſitatibus Confeſſarium orare conuenit. R. Duabus primò dum corporaliter affliguntur, quàm mihi ſunt vtilia, inquit, B. Saleſius ep.26. l.5. mala tua, nam me attentiùs orare compellunt. Et epiſt.45. eiuſdem libri, alloquens ex fracto crure laborantem, non decipieris, inquit, ſi me in hac infirmitate tibi propiùs adeſſe putes, ſanè adſum quo maximo poſſum affectu, & effundens in conſpectu amantiſſimi tui ſponſi orationem

meam, tribulationes tuas ante ipſum pronuncio. *Pſ. 141.*

V. Dices, quid Confeſſarius à Deo flagitabit in hoc caſu. R. Ecce doctrinam & praxim ſanctiſſimi Præſulis l. 5. epiſt. 51 te Deo libentiſſime commendamus vt ſacram obtineas patientiam, nec poſſum aliud de te illi proponere quam eam, iuxta conſilium voluntatis eius affectionem animæ tuæ, vt æternum ipſius habitaculum effici mereatur; affectionem, inquam, ſeu malleo vel ſcalpro aut penicillo, id eſt aſperâ quadam vel ſuaui ratione, conformandam Dominus enim eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. *1. Reg. 5.*

VI. Pro quibus aliis pœnitentium neceſſitatibus Confeſſarium orare decet.

R. Spiritualibus, audi orationem quam B. Fr. ad Dominum habuit pro vna è ſuis pœnitentibus, quæ mentis ariditate languebat. Tibi mille benedictiones exopto, inquit l. 5. epiſt. 30. huic cordi filiæ mihi chariſſimæ benedicere digneris optime Deus, holocauſti ſuauiſſimi inſtar accendatur in tui amoris honorem, vt nihil aliud quærat præter te, & hanc vnam conſolationem expectat quæ de perfectâ in tui gloriam dedicatione procedit.

Digitized by Google

LECTIO XV.

De altera virtute quam à Confeſſarij charitate pendere diximus, nempè omnis proprij commodi neglectu.

I. QVAERES I. Quare hunc proprij commodi neglectum inter virtutes à charitate fluentes annumeras?

R. Ob illud Apoſtoli Pauli de charitate pronunciatum non quærit quæ ſua ſunt. *1. ad Chor. 13. v. 5.*

Quæres 2. quid per huiuſmodi neglectum intelligis? R. Perfectam omnis commodi temporalis & ſpiritualis abnegationem.

Quæres 3. In quo poſita eſt temporalis commodi abnegatio? R. In nulla temporalis lucri ſpe habenda præſertim pecuniæ, quæ ſpes non minus eſt frequens quam ſordida; plures enim reperias quos in ſacro tribunali pecuniam accipere non pudet. Verùm ab hoc more iniquiſſimo tam longè aberat B. Fr. vt audiens Confeſſiones ex l. 2. p. 68. vitæ ipſius, copioſas eleemoſynas erogaret, iis præſertim egenis qui mendicare palam erubeſcebant. Vnde varios pecuniæ faſciculos deferre ſolebat, quos habita vniuſcuiuſque ſtatus & paupertatis ratione diſtribueret.

II. Quæres 4. In quo poſita eſt ſpiritualis commodi abdicatio. R. In duobus præſertim capitibus, 1. vt nullâ ratione confeſſarius offendatur, ſi pœnitentes ad ipſum accedere ſoliti, alios conſulant. Quod B. Fr. egregiè

præſtitit vt ex epiſt. 33. conſtat, videtur, inquit, meam nimis offenſionem pertimeſcere, ſi alteri cuipiam arcana mentis aperiat.

III. Alterum huius abnegationis caput, Eſt vt pœnitentes hortetur ad alium ſibi confeſſarium eligendum, quando ita vel ob locorum diſtantiam, vel ob alias rationes expedire videbitur. Audi B. Antiſtitem l. 3. ep. 65. tibi certò perſuadeas velim, animi ſententiam, quâ mihi ſoli fidere decreuiſti, meram eſſe Diaboli tentationem, qui ſolet nobis abſentia commendare, vt præſentium vſum impediat.

IV. Dices, quonam pacto error illorum auferetur qui abſente ſolito confeſſario, nulli eorum animæ ſuæ regimen committere volunt quorum copiam habent. R. Tres afferri à B. Saleſio rationes in epiſt. mox citata. 1. verbis vltimo loco relatis continetur eamque hac ſimilitudine illuſtrat; horum, inquit, æger eſt animus ægrotorum qui abſentes medicos optant, eoſque præſentibus anteponunt. Altera ſequentibus exprimitur; non ſunt impoſſibilia cupienda, nec difficilibus & dubiis confidendum. 3. verò hæc eſt, non ſufficit vt Deum omnibus modis opitulari poſſe credamus, ſed adhuc ſibi perſuadendum eſt illo medio vti nolle, quod nobis deeſſe permittit; eo autem vti velle quod, ſic eius diſponente ſapientiâ, præ manibus habemus.

V. Dices adhuc, numquámne accidere poſſet vt Confeſſarius nullius licet priuati commodi ſtudioſus, teneretur monere pœnitentem ne alium adiret. R. Poſſe vt reipſa

noſtro Præſuli contigiſſe libri 3. ep. 44. demonſtrat: ſi Dei bonitas agnouiſſet præſentiori auxilio tibi opus eſſe, quàm illo quod adeò diſſitus præbere poſſum, nullatenus defuiſſet, neque deerit vmquam ſi meum ſupplere defectum expediat: Firma igitur pace fruere ô chariſſima, Deus enim vbique præſens, vbique iuuare poteſt. Vocat etiam remota, nec tamen ſuo loco mouet, in illorum obſequium qui ei ſeruiunt in veritate vnde gentium Apoſtolus dixit, ego quidem abſens corpore præſens autem ſpiritu.

1. ad Chor. c. 5. v. 3.

VI. Quæres 5. Da præſentis lectionis fructus. R. Ecce duos, 1. Stude initari egregiam temporalis commodi fugam, recuſando in primis omne pecuniæ genus in ſacro tribunali, quamuis pro celebrandæ Miſſæ ſtipendio offerretur.

2. Vide quàm delicata ſit ſpiritualis abnegatio, ac perægrè executioni mandetur, niſi quis animum habeat ab omni re creatâ liberum & ſegregatum, maximè cum agitur admonendo pœnitente vt alium ſibi confeſſarium eligat.

LECTIO XVI.

De tertiâ virtute quam confeſſarij charitas parit, nempè libertatis ſpiritu.

I. QVAERES 1. Quid vocas ſpiritum libertatis. R. Hanc B. Fr. l. 2. Epiſt. 1. definitionem eius tradit. eſt, in-

quit, animi chriſtiani liberatio & vanitas omnium vt agnitam Dei voluntatem amplectatur. Dixit rerum omnium liberatio, quod præſertim intelligendum de ſe ſuiſque propenſionibus ac propria voluntate, nulli enim magis quam ſibi cor humanum adhæret ob amorem priuatum vt vocant qui ſæpius illi dominatur. 2. vt agnitam Dei voluntatem ſequatur hæc enim voluntas debet eſſe viri chriſtiani vltimus & vnus finis maximè confeſſarij quem verè cum Chriſto pronuntiare decet, non quæro voluntatem meam, ſed eius qui miſit me Ioan. 5. v. 8.

II. Quæres 2. Quæ ſunt notæ ſpiritus libertatis. R. Tres B. Doctor aſſignat loco ſupra laudato. De prima hæc habet animus eâ gaudens libertate, conſolationibus non adhæret ſed anguſtias juxta humanæ fragilitatis modum, æquiſſimè tolerat. Non inficior tamen eum conſolationes diligere & optare, ſed aio illis non eſſe implicatum.

Hanc mihi notam in confeſſario detege. R. Cum ab excipiendis confeſſionibus non deſiſtit, licet huiuſmodi, munus ipſi non ſatisfaciat. Tùm ob varias animi moleſtias, tum ob ruſticitatem ingratitudinem, & contumaciam pœnitentium.

III. Quæres 3. Quæ eſt altera iſtius libertatis nota. R. Eam B. Fr. his verbis explicat. Pietatis officijs non inhæret, ita vt ſi morbo aut alio caſu ab ijs obeundis arceatur, nullam inde moleſtiam capiat. Fateor quidem ex pietatis officij à viris ſanctis amari, ſed illos ijs eſſe implicatos nego.

*D*ices quomodò hanc notam in confeſſa-

rio deprehendam. R. Se non habeat inhærentem affectum 1. confeſſionis exercitio, nec 2. alijs pietatis officijs, ſed ea cum animi tranquillitate deſerat cum id ratio exigit. B. Antiſtes ibidem affert exemplum confeſſario valdè congruum. Anima, inquit, piæ meditationis officio addicta, ſi ab eo tantiſper arceatur, non ſine mœrore deſiſtit, at quæ verâ libertate potitur, ſereno vultu animoque erga interpellatorem beneuolo diſcedet. Nam illi perinde eſt aut Deo ſeruire meditando, aut proximum tolerando, vtrûmque Deo placere conſtat, ſed iſtud proximi onus, hoc temporis momento perferre neceſſarium eſt.

IV. Quæres 4. quænam eſt tertia nota. R. Illam declarat ſanctus Epiſcopus his verbis loco citato raro lætitiæ iacturam facit, quia nullius rei priuatio eum affligere poteſt, qui nulli bono creato adhæreſcit. Dixi raro, contingit enim aliquando triſtari ſed parum.

Oſtende mihi hanc notam in Confeſſario. R. Si nullo mœrore afficiatur. 1. cum pœnitentes indociles nactus fuerit. 2. cum iidem aliique ipſius agendi rationem licet immeritò condemnant, & illum apud omnes malè audire vellent.

V. Quæres 5. Præſentis lectionis fructus. R. Hos duos accipe. 1. quidem notandus eſt eximiæ perfectionis apex confeſſario neceſſarius vt in hoc capite dicta exequatur. 2. agnoſcere oportet vnicam huius ſibi comparandæ libertatis viam eſſe Dei ſolius dilectionem.

Digitized by Google

LECTIO XVII.

In qua effectus prediti ſpiritus libertatis, & vitia illi oppoſita declarantur.

I. QVÆRES 1. Quinam ſunt dictæ libertatis effectus. R. Duos affert S. Antiſtes l. 2. epiſt. 1. huius inquit libertatis effectus duo ſunt. 1. ingens animi ſuauitas. 2. manſuetudo ſingularis & in alterius voluntatem benigna procliuitas in iis, quæ mala non ſunt aut mali periculo carent: hæc nimirùm eſt proprij arbitrij ad alienum accommodatio in omnigenæ virtutis officiis.

II. Quæres 2. Quandonàm Confeſſarius vacare poterit huius virtutis exercitio. R. Id B. Præſulem eodem loco docere his verbis. Cenſeo iſtius libertatis occaſiones, eſſe illa omnia quæ noſtræ inclinationi contraria occurrũt; de quibus occaſionibus & earum frequentiâ lectione præcedenti actum eſt, cum de triplici huius virtutis nota loqueremur.

III. Quæres 3. Vitia eidem virtuti oppoſita. R. Duo noſter Saleſius aſſignat ibidem nempe inſtabilitatem & ſeruitutem.

Quid eſt inſtabilitas. R. Cum eodem, quidam libertatis exceſſus quo aliquis mutare cupit ſolitum agendi morem ac vitæ ſtatum, abſque vllo tamen rationis legitimæ titulo Deique voluntatis agnitione. Confeſſarius autem in huiuſmodi vitium incidit cum ex

repentino impetu animi confeſſionibus audiendis operam dat vel ab eis excipiendis deſiſtit eadem leuitate, aut etiam vt rei minus neceſſariæ vacet puta ſtudio nullâ, id temporis neceſſitate cogente.

IV. quid per ſeruitutem intelligis. R. Ex doctrina B. F. quemdam libertatis defectum quo animus tœdio vel irâ obruitur cum propoſitum exequi non poteſt, quamuis rem longè meliorem agere queat. Confeſſarius verò in hunc ſcopulum impinget ſi cum rei honeſtæ operam nauat E. G. ſtudio, meditationi vrget verò aliqualis neceſſitas excipiendi confeſſionem, ipſe vocatus ad id muneris abnuat, vel moleſtiâ ſaltem afficiatur.

V. quæres 4. quid notabimus ex iſta lectione. R. Quam neceſſarium ſit confeſſariis vt propriæ voluntati nullatenus adhæreant.

LECTIO XVIII.

De 4. virtute quæ à confeſſarij charitate dependet, nimirùm amicitiâ christianâ.

I. QVAERES 1. An oporteat confeſſarium & pœnitentem, chriſtianam inire amicitiam. R. Ita ſanè iuxta mentem B. Doctoris qui 1. p. introd. cap. 4. docet illum fidelem amicum, de quo agit Eccleſiaſticus c. 6. v. 14 eſſe confeſſarium, additque; In primis neceſſarium eſt hunc fidelem amicum habere qui nos in tenebris ſedentes conſilio illuminet ad dirigendos pe-

Lucæ 1

des noſtros in viam pacis.

II. Quæres 2. Quas exigit conditiones hæc amicitia Chriſtiana ex parte confeſſarii. R. tres 1. vt illam B. Fr. amicitiam, de quâ l. 4. epiſt. 13. diſſerit, imitetur, hic inquit, affectus meus niue ipſâ candidior eſt ac ſole purior.

III. 2. Vt motiuo perfectiſſimo innitatur nempè diuinæ voluntati. Hoc enim diſcimus ex l. 5. epiſt. 45. quam ità B. Fr. exorditur. Chariſſima en illud quod me tibi præcipuè conjungit, nempè Dei voluntas, non eſt in orbe toto melior amicitiæ titulus.

IV. 3. Vt tota ſit ad Deum & ſecundùm Deum. Quod ſic declarat eximiùs vir l. 5. Epiſt. 13 Deus qui cordis intima penetrat, optimè nouit omnia hic ad ipſum referri & juxta ipſius placitum agi, ſine quo, annuante illius gratia, nullius amicitiam deſidero.

V. Quæres 3. Quâ via triplicem illam conditionem deprehendemus. R. Conſule diuini amoris ſpeculum id eſt cor ſanctiſſimum Chriſti Domini vt ſolebat B. Fr ex l. 4. Epiſt. 92. numquam ſpiritualem adoptionem quæ me tibi paterno amore conjungit, Luculentius intellexeram, quam modo intelligo nimirum conſulto Chriſti corde velut ſpeculo ſine macula fidelium animarum.

VI. Quæres 4. Quid ex iſtâ lectione colligemus. R. Confeſſarium his duobus maximè indigere 1. amore Dei exquiſitiſſimo, 2. diligenti examine quo ſedulò inueſtiget an huiuſmodi charitate animas proſequatur.

LECTIO XIX.

Qualis eſſe debeat hæc amicitia Chriſtiana ex parte pœnitentis.

I. QVAERES 1. Quænam exigit hæc amicitia ex parte pœnitentis. R. 1. eadem quæ requiruntur ex parte confeſſarii iuxta dicta Superiori Lectione 2. vt pœnitens confeſſario non adhæreat quippè quem ſoli Deo adhærere pár eſt ita docet vir admirandus l. 4. Epiſt. 55. ſub nutricis nomine de confeſſario diſſerens. Nullam, inquit, adhuc mater chariſſima, nutricem ſumere oportet, imò vt vides illa quam nihilominus habebis, deſerenda eſt, ac ſtandum coram ſacro diuinæ miſericordiæ throno, vnde remoto prorſùs creaturæ affectu, omnia indifferenter expectes, quæ tibi accidere decernet. Neque vlla erit habenda ratio quod meæ curæ ſis aliquando committenda, nutricem enim deligens, non te ipſam iuxta præceptum Euangelii abnegares, ſed potius tibi ſatisfaceres; quod tamen eſt in primis fugiendum.

Luca 9. v. 23.

II. Quæres 2. In quibus præſertim caſibus hæc adhæſio vitari debet R. Duobus quamuis primâ fronte nihil indecori præ ſe ferant 1. in tuendæ confeſſarii famæ ſtudio; quod ſanè fuerit nimium, ſi ſtatim ac ei cenſuræ vllius nota inuritur, grauem inde concipiat mærorem. Audi quæſo noſtrum oraculum l. 3. epiſt.

41. non ita meæ patrocinandum eſt famæ, vt nullam eius iniuriam ferre poſſis: nam id ſemper aliquâ ratione meremur, tametſi non eâ fortè quam præferunt aduerſarii.

III. Cedo alterum huius adhæſionis vitandæ caſum R. In prorogande vitæ confeſſarii deſiderio. Quâ de re ſic loquitur B. Saleſius l. 4. epiſt. 92. rectè illius vitæ productionem expetis, quem Deus tuæ regendæ ducem præferit. Sed non eſt abbreuiata manus Domini, nec alia media, verè dicam innumera, ſummæ illius ſapientiæ deſunt; quibus dirigat greſſus tuos ſecundùm eloquium ſuum, vt in ſanctitate ac iuſtitia diuinæ ipſius maieſtati ſeruire poſſis: ille quidem bonus eſt paſtor qui te, ſicut ouem deducit in loco peregrinationis tuæ, velim ideò cor ſurſum erigas, & illud ſupremo parentis optimi tuæque ſalutis amantiſſimi placito, indiſſolubili nexu coniungas. *Iſaia 59. v. 1. Pſalme 118. Pſ. 36. v. 3.*

LECTIO XX.

De ſpiritualibus dictæ amicitiæ commodis.

1. QVAERES I. quænam commoda ex mutuâ dilectione confeſſarius & pœnitens haurire poſſunt R. Tria primum eſt, firma & ſacra vnio in corde Chriſti Domini obtinenda beneficio diuinæ Euchariſtiæ; quam idcirco Saleſius l. 5. epiſt. 45. cordium commune perfugium appellat. Et l. 3. epiſt. 48. hic habet. Mox tecum di-

uinâ menſâ reficiar; eſt enim quinta feria, quâ nobis inuicem adhæremus, & corda noſtra tanti munere ſacramenti, mutuo ſe attingere videntur. Et l. 7. epiſt. 6. quotidie, inquit, mea tuæ anima iungitur ſacræ vinculo Euchariſtiæ quam niſi tecum & propter te nuſquam ſumo. Et l. 2. epiſt. 1. hanc mihi feſtiui dies conſolationem tribuunt ſingularem, quod ſimul diuinæ menſæ accumbamus.

II. Quæres 2. Alterum emolumentum. ℟. Ingens profectus mutui deſiderium ſingulis, inquit, idem B. auctor, momentis tui memoriâ recreor, ac mille votis tuum in Dei charitate ſincerâ quidem & generoſâ, nec minùs tamen humili ac miti progreſſum à patre luminum & omnis boni fonte depoſco, & l. 4. epiſt. 12. ita ſincerè teſtatur dilectionem ſuam: qualem, inquit, animæ tuæ, gratiarum & Spiritus ſancti donorum copiam optamus.

III. Expone tertium. R. Spem vnà ſe in patriâ videndi ac perpetuò diligendi non ſine maxima voluptate. Quod ita explicat B. Fr. l. 5. epiſt. 1. numquid vnā Dei laudes in cœlo prædicabimus. Equidem ſpero & inde plurimum lætor l. item 4. epiſt. 13. nulla inquit, humana lingua exprimere valet, eam animi conſolationem quam in beatæ charitatis pelago feliciter immerſi, ex mutua dilectione percipiemus; cum tantam ex huius vitæ riuulis hauriamus.

LECTIO XXI.

De amicitiâ vitioſâ quæ inter pœnitentes & Confeſſarios aliquando irrepit.

I. QVAERES 1. An vllum periculum ſit, ne vitium aliquod in hanc mutuam Confeſſarij & Pœnitentis amicitiam irrepat. R. Sanè maximum vt S. Fr. hac duplici ſimilitudine peregregiâ demonſtrat. Prima ducitur à rubigine quam ferrum aliauè metalla contrahere ſolent. Hæc inquit amicitia vitioſa, rubigo eſt quæ ſæpius in humano corde, ſinceriſſimâ licet dilectione prædito, generatur, niſi quis diligenter aduertat. *L. 3. epiſt. 55.*

Altera deſumitur ex vitibus quæ inutiles pampinos copioſiſſime proferunt, ecce verba magni Saleſii. Nonnè perſpicuum eſt, vites melioris vini feraces, plus aliis luxuriari, & diligentiori putatione indigere. Talis etiam eſt amicitia ſpiritualis. *Ibidem.*

II. Quæres 2. Numquid eiuſmodi periculum facilè perſpici poteſt. R. Nequaquam, ipſo præſertim exordio, vt monet Præſul eximius. Hæc, inquit, vitium luxuries itá ipſo initio tenuis eſt, vt ſolùm ab oculis perſpicaciſſimis deprehendi valeat, idem verò intelliges de huius vitii principiis. *Vbi ſuprà.*

III. Quæres 3. quâ ratione hoc vitium emergens agnoſcetur. R. Duplicià B. Saleſio trad.tà 1. cum anima motibus diſſolutis affi-

citur; quos loco citato B. F. appellat irregulares animi motus: vbi ad hominem febri iactatum alludit cuius venæ motio non eſt temperata: huic enim perturbationi febris ipſa cauſam præbet, & ab eâ viciſſim indicatur.

Altera eſt mentis agitatio. Audi ſanctum Epiſcopum loco ſupra laudato: diuini amoris ignis omni prorſus fumo caret; quamdiu ſua illi conſtat integritas: ſed cum patitur admiſtionem, fumum ſtatim perturbationis emittit.

IV. quæres 4. quomodò huius vitii progreſſus deprehendi poterit R. A fructibus agnoſcetur; quos ex 3. parte introd. c. 18. paucis accipe 4. autem hic B. F. enumerantur 1. mellitæ ſuauitatis verba, & pulchritudinis, decoris aliarumue dotium præconia 2. aſpectus nimis affectati & molles, blanditiæ, tum ſolitæ amantibus de pari affectu non reſpondente querimoniæ. 3. conſpectus alieni fuga, & coëcitas voluntaria quæ imminentis ruinæ periculum videre nolit. 4. verba obſcœna.

V. Quæres 5. Quinam ſunt huiuſcé lectionis fructus R. Hi duo primus eſt ſeria periculi grauiſſimi obſeruatio, cui Confeſſarius exponitur, ineundi cum ſuis pœnitentibus amicitiam vitioſam. Quare timore Dei confixus plurimùm ſibi caueat, eumque ſemper antè oculos mentis habere ſtudeat. *Pſal. 118.*

Alter eſt, frequens animi eiſque affectuum examen; quo diligenter Confeſſarius exploret; an vllo motu diſſoluto vel inquietudine agitetur; maxime ſi non videat & alloqua-

Digitized by Google

tur pœnitentes; tum ſi alios iſti Confeſſarios eligant vel etiam conſulant.

LECTIO XXII.

De ſignis quæ Confeſſarij & pœnitentis amicitiæ ſanctitatem declarant.

I. QVAERES 1. quænam ſunt huiuſmodi ſigna. R. Hæc in ſuâ erga proprios pœnitentes amicitiâ noſter Præſul agnouit 1. eum amicitia maxima eſt nec minus tranquilla. Sic enim habet l. 5. epiſt. 13. explicans vni è ſuis pœnitentibus dilectionem animi ſingularem quâ eam proſequebatur. Fortis eſt, inquit, immutabilis & abſque modo, ſed ſuauis, pura, tranquilla, denique tota ni fallor, ſecundùm Deum & l. 2. epiſt. 16. hic inquit affectus, res mihi ſanè videtur qui animum occultâ ſed mirâ ſuauitate demulcet.

II. Alterum huius ſanctitatis indicium; eſt cum hæc amicitia in oratione percipitur. Non æſtimans, inquit, vir eximius l. 2. epiſt. 1. aliquid addi poſſe illi dilectioni, quâ, dum preces ad Deum funderem pro tua ſalute, afficiebar.

III. Tertium eſt. Cum pœnitentibus magnam virtutum copiam deſiderat. Quod ità B. Saleſius exponit l. 2. epiſt 1. effectus, inquit, amoris in te mei eſt ſuauitas animi ſingularis, quà mirificè recreor, dum tibi ſacræ dilectionis apicem & alia chariſma-

tum dona exopto.

Quæres 2. quem ex iſta lectione fructum colligemus. R. Vt aduertamus quam eximia eſſe debeat confeſſarii charitas: quatenus velut acer ignis omnem rubiginem abſumat, quam mutua Confeſſarii & Pœnitentis amicitia concipere poſſet.

LECTIO XXIII.

De epiſtolis à Confeſſario & Pœnitentibus mutuò ſcribendis.

I. QVAERES 1. Cum epiſtolæ certa ſint amoris indicia eumque plurimum foueant: quid quæſo, de illis in præſenti materiâ ſcribendis. B. Doctor æſtimauit. R. Quinque notatu digniſſima in eius ſcripcis aduerti. 1. debet pœnitenti Confeſſarius interdicere ſtylo molli & affectato quod egregiè præſtitit vir admirabilis l. 3. ep. 32. chariſſima, inquit, mihi filiam in Chriſto eſſe noueris, quæ ad me ſcribat; meam profectionem graues ipſi moleſtias accerſiuiſſe, oculos niſi cohiberet, tot ideò lachrymas profuſuros, quot pluuiales guttæ de cœlo decidunt, & his ſimilia: quid autem ad hæc dicis, nùm tibi minus rectè locuta videtur. Et paulò poſt dic igitur illi, vanitatem diligentiùs in verbis quam in capillis & veſtibus fugiendam: ergo deinceps ſermone ſimplici vtatur; nec huiuſmodi lepores affectet.

Digitized by Google

II. Alterum notatu digniſſimum eſt, vt Confeſſarius tribuat pœnitenti facultatem ad ſe cum omni fiducia ſcribendi. Ad me inquit benigniſſimus Præſul l. 4. epiſt. 16. cum ſingulari fiduciâ pro libito ſcribe: nec enim inter eos timori vllus eſt locus, quos ſuauiſſimo charitatis nexu voluntas diuina coniunxit.

III. Tertium hic obſeruandum eſt vt ſuos in Chriſto filios Confeſſarius laudet, cum ipſi proprios defectus in litteris exponunt: atquè ad idem pari ſæpiùs candore agendum hortetur. Is erat mos B. Fr. vt epiſt. 49. l. 4. demonſtrat. hæ inquit litteræ varios in me charitatis effectus excitarunt, imprimis erga Deum cujus eximiam bonitatem admiror, deinde erga te ipſam, cuius ſaluti procuranda bonitas hæc tam diligenter inuigilat; vt ideò maximas diuinæ prouidentiæ gratias referre teneat. Sic filia chariſſima omnes animæ latebras & receſſus excutere oportet; vt euellamus inde noxios fœtus, quos in ea priuatus amor parit, indolis, propenſionum & alienationũ noſtrarũ operâ. Quanta eſt, Deus bone, amãtiſſimo parenti voluptas, cum audit filium ſibi dilectiſſimam proprios conſcientiæ næuos exponentem: putà ſe inuidiæ ac malitiæ fuiſſe obnoxiam & ô fœlix inuidia quam ſequitur ingenua confeſſio. Hæc ſanè dextera, cum has lineas ſcriberet, aliquid generoſius effecit, quàm celebris Alexandri manus fuerit vmquam executa.

IV. Quartum hic aduertendum. Eſt vt abſens ea confeſſarius reprehendat, de quibus coràm agendum eſſe non putauit. Hæc erat

tum dona exopto.

Quæres 2. quem ex iſta lectione fructum colligemus. R. Vt aduertamus quam eximia eſſe debeat confeſſarii charitas: quatenus velut acer ignis omnem rubiginem abſumat, quam mutua Confeſſarii & Pœnitentis amicitia concipere poſſet.

LECTIO XXIII.

De epiſtolis à Confeſſario & Pœnitentibus mutuò ſcribendis.

I. QVAERES 1. Cum epiſtolæ certa ſint amoris indicia eumque plurimum foueant: quid quæſo, de illis in præſenti materiâ ſcribendis. B. Doctor æſtimauit. R. Quinque notatu digniſſima in eius ſcripcis aduerti. 1. debet pœnitenti Confeſſarius interdicere ſtylo molli & affectato quod egregiè præſtitit vir admirabilis l. 3. ep. 32. chariſſima, inquit, mihi filiam in Chriſto eſſe noueris, quæ ad me ſcribat; meam profectionem graues ipſi moleſtias accerſiuiſſe, oculos niſi cohiberet, tot ideò lachrymas profuſuros, quot pluuiales guttæ de cœlo decidunt, & his ſimilia: quid autem ad hæc dicis, nùm tibi minus rectè locuta videtur. Et paulò poſt dic igitur illi, vanitatem diligentiùs in verbis quam in capillis & veſtibus fugiendam: ergo deinceps ſermone ſimplici vtatur; nec huiuſmodi lepores affectet.

Digitized by Google

II. Alterum notatu digniſſimum eſt, vt Confeſſarius tribuat pœnitenti facultatem ad ſe cum omni fiducia ſcribendi. Ad me inquit benigniſſimus Præſul l. 4. epiſt. 16. cum ſingulari fiduciâ pro libito ſcribe: nec enim inter eos timori vllus eſt locus, quos ſuauiſſimo charitatis nexu voluntas diuina coniunxit.

III. Tertium hic obſeruandum eſt vt ſuos in Chriſto filios Confeſſarius laudet, cum ipſi proprios defectus in litteris exponunt: atquè ad idem pari ſæpiùs candore agendum hortetur. Is erat mos B. Fr. vt epiſt. 49. l. 4. demonſtrat hæ inquit litteræ varios in me charitatis effectus excitarunt, imprimis erga Deum cujus eximiam bonitatem admiror, deinde erga te ipſam, cuius ſaluti procuranda bonitas hæc tam diligenter inuigilat; vt ideò maximas diuinæ prouidentiæ gratias referre teneat. Sic filia chariſſima omnes animæ latebras & receſſus excutere oportet; vt euellamus inde noxios fœtus, quos in ea priuatus amor parit, indolis, propenſionum & alienationũ noſtrarũ operâ. Quanta eſt, Deus bone, amãtiſſimo parenti voluptas, cum audit filium ſibi dilectiſſimam proprios conſcientiæ næuos exponentem: putà ſe inuidiæ ac malitiæ fuiſſe obnoxiam & ô fœlix inuidia quam ſequitur ingenua confeſſio. Hæc ſanè dextera, cum has lineas ſcriberet, aliquid generoſius effecit, quàm celebris Alexandri manus fuerit vmquam executa.

IV. Quartum hic aduertendum. Eſt vt abſens ea confeſſarius reprehendat, de quibus coràm agendum eſſe non putauit. Hæc erat

agendi ratio S. Antiſtitis vt ex l. 6. epiſt. 71. conſtat idem, inquit, Deus probe nouit, mihi veniſſe in mentem, iam cum diſcederes, te leniter de moſcho & huiuſmodi reſpuendis odoribus admonere: ſed os cohibui, nimirum ſuaui methodo inhærens mihi valde familiari, quà locum his motibus dare ſoleo, quos paulatim officia pietatis excitare conſueuerunt in iis qui ſe totos ſupremæ bonitati deuouent. Nam reuerà ſimplicitas mihi maximè cordi eſt: ſed falcem quà inutiles illi ſurculi amputantur, diuinæ prouidentiæ committo: & ecce quam ſuaui eius ſapientiæ operà, mox retrahenda ſis ab amore huiuſmodi nugarum.

V. Quintum. Eſt vt interior confeſſarii pax nullum detrimentum patiatur, ſi ad filios chariſſimos frequenter ſcribere non poſſit; quod idem eſt à pœnitentibus obſeruandum. Sanè verba doctoris eximii digniſſima ſunt, quæ diligenter annotentur l. 3. epiſt. 64. nùm mihi moleſtum eſſe credis quod ad te nonniſi furtim ſcribere valeam; Deo maximè niſi oportet vt ſanctæ libertatis ſpiritum comparemus: ille omni rerum euentui, ſex etiam aut ſeptem hebdomadis trânſigendis, opportunus eſt: quamuis amantiſſimus pater, ac filia dilectiſſima nullo de ſe inuicem accepto nuncio recreentur.

Digitized by Google

LECTIO XXIV.

De ſcientia Confeſſarij & virtutibus quæ ab illa dependent.

I. QVÆRES 1. qualis eſſe debet huiuſmodi ſcientia. R. vniuerſalis, ſi quidem Confeſſarius non modo caſus conſcientiæ & ſacram Scripturam, ſed ea maximè quæ ad vitam ſpiritualem ſpectant, callere debet.

II. Quæres 2. quænam ſi virtutes à ſcientia Confeſſarii dependentes. R. Spiritum orationis Confeſſario maximè neceſſarium eas omnes amplecti. Iſtam autem orationis neceſſitatem inde probo quod inter ea media quæ gratiæ promerendæ conducunt, primum à ſacramentis locum obtineat oratio: cum enim diuina gratia legitimæ conuerſioni omninò neceſſaria ſit; colligitur confeſſorem debere multum vacare orationi vt Dei gratiam pœnitentibus impetret; ſine quà verè conuerti ad Dominum nullatenùs poſſunt.

III. *Quæres 3.* In quibus præſertim caſibus oratione indiget Confeſſarius. R. Duobus 1. cum pœnitentes Dauidem imitatus hortatur vt faciant bonum & à malo declinent, nam debet oratio tunc temporis ſermonem reddere efficacem. Clarè infertur ex his quæ tradit eximius Doctor 3.p. introd. c. 26. vbi Philotheam his verbis alloquitur. Deum in animæ ſecreto rogabis vt ſacer ille ac pius

Pſalm. 36. v. 27.

ros, tuæ nimirùm exhortationis, audientium animos, iuuante ipſius gratiâ penetret.

IV. Cum dubia & difficultates occurrunt: tunc enim magni conſilii Angelus ab eo conſulendus eſt. Sic illas moniales B. Fr. edocuit quas conſtruendis nouis Monaſteriis deſtinabat. Idem verò monitum à Confeſſariis obſeruari plurimum decet; quippe quorum munus grauioris momenti eſſe conſtat. *Diſcite*, inquit, *ſerm. 6.* à Domino Saluatore omnia prorſus agenda, nihil eo inconſultò executioni mandetur. *Is enim eſt notæ fidelitatis amicus qui diriget pedes veſtros in viam ſalutis & pacis.* Luca 1.

LECTIO XXV.

De prudentiâ Confeſſario neceſſaria.

I. QVÆRES 1. Eſtne prudentia confeſſari neceſſaria. R. Maximè vt his verbis optimè notat B. Fr. c. 1. mon. n. 4. habere medici prudentiam, cum verè peccata ſint ægritudines animarum.

Quæres 2. In quo ſita eſt hæc prudentia. R. Eundem audi ſic proſequentem: & ſeriò cogitat ſtatum animæ pœnitentis, vt eius habita ratione, cum illo agere poſſitis.

II. *Quæres 3.* quomodo id Confeſſarius præſtabit. R. Attendat. 1. num ille ſit animæ ſtatus qui paternæ charitatis officium exigat, puta ſi pœnitentem inſcium, rudem, timi-

Digitized by Google

um, ſcrupulis agitatum, nactus fuerit. De
uo charitatis officio eiuſque obeundi ratio- *L.* 7. 8.
e ſuperiùs dictum eſt. 9. 10.
2. Num ille ſit animæ ſtatus qui ſeueritatem
liquam poſtulet.

III. Explica mihi hunc poſteriorem ſta-
um. R. In duobus præſertim conſiſtere 1.
mpudentia tunc verò ita ſe geret Confeſſa-
ius ex c.1. mon. n.5. ſi hominem, inquit B.
Fr. inuerecundæ frontis aduertas, diligenter
lli propone; 1. ipſum hic coram Deo ſiſtere
udicandum, 2. agi autem de ſalute æterna, 3.
nullam ab ipſo rationem ſeueriùs exigendam
quàm de confeſſionibus inualidis. 2. abſolu-
tionis indignitate, de qua ſic loquitur exi-
mius Doctor ibidem cap. 5. n. 1. noſſe debet
Confeſſarius an pœnitens abſolutionis gratia
dignus ſit, hæc enim certis hominibus con-
ferenda non eſt.

LECTIO XXVI.

De tribus dictæ prudentiæ officijs.

I. QVAERES 1. Quot ſunt prudentiæ Confeſſariorum officia. R. Tria primum eſt opportuna correptio. Vt docet B. Antiſtes ſermone in feſtum Circumciſionis Chriſti vbi eum ſic D. Petro loquentem inducit. Non vt pararat cultrum admonuiſti, (agit autem de Petro Malchi auriculam amputante) non eſt hæc bona circumciſio, dexteram enim aurem præcidiſti qua

Digitized by Google

Dei verbum audimus, & ſacris inſpirationibus locum damus; at læuam intactam reliquiſti, quæ futilia & perniciosa excipere ſolet. Erat iſta potius abſcindenda quam altera, vt ita Dei verbo facilior præberetur auditus, vnde conſtat correptionis modum non leuis eſſe momenti.

II. Dices eſt hic ſanè diſcurſus difficilis quapropter explicandus eſt. R. 1. Cultrum ægræ parti non applicare, ſignificat ea in pœnitente arguere & vetare quæ nullam objurgationem ac prohibitionem merentur.

2. Id contingere ſi Confeſſarius pœnitenti quadam occaſione peccandi proxima vel conſuetudine non interdicat aut æris alieni reſtitutionem non iniungat: ſed eum de aliis obiurget illique eleemoſynas, corporis afflictiones, aliaue pietatis opera præcipiat, quæ tamen ſi deſint cætera, periculoſiorum vulnerum ſanitati non proſunt.

III. Quæres 2. Qua ratione illos arguet Confeſſarius qui cum laſciua peccata declarant, verbis parùm honeſtis vtuntur. R. Ita docet B. Fr. c.1. mon. n.9. tametſi verbis minus pudicis vtantur, patienter audiendi ſunt. Abſoluta verò peccatorum accuſatione, honeſtiorem confitendi modum in hac materia doceri debent,

LECTIO

LECTIO XXVII.

De duobus alijs prudentiæ Confeſſarij officijs.

I. QVÆRES 1. Quodnam eſt alterum hujus prudentiæ munus? R. Vt Confeſſarius pia illorum exercitia qui ſui juris non ſunt, magnâ diſcretione diſponat, nè forſan ijs domeſtici ſuperiores offendantur. Id homo Dei Saleſius in ſingulari frequentis communionis exemplo ſapienter obſeruat. 2. Parte introd. c. 20. n. 4. ſi alicuius poteſtati ſubſis vel aliquam ei debeas reuerentiam, & in hominem itá moroſum aut pietatis ignarum incideris, vt tuas frequentes ſynaxes non approbet. Forte rebus omnibus attentè perſpectis conueniet, eius infirmitati aliquatenùs cedere.

II. Quod ſi à ſuperioribus liberam illi obtinuerint facultatem: Confeſſarius expendat an huiuſmodi facultas ſponte conceſſa fuerit vel importune extorta. Hæc etiam eſt B. Saleſij mens l. 2. epiſt. 12. itâ cautè procedo, quod iſtam facultatem non eſſe liberè conceſſam valde ſuſpicer; vnde ſæpius murmurationes & jurgia oriri probe ſcio. Denique ſedulo expendere debes, an ea tibi licentia ex animo donetur.

2. Quæres 2. Tertium iſtius prudentiæ officium. R. In legitimâ pœnitentiæ impo-

ſitione verſari. Circa quam vt te prudenter geras, quatuor obſeruabis.

1. Quod attinet ad modum eam imponendi, duo tradit vir admirabilis c. 8. mon. n. 1. 1. vt Confeſſarius Leni Sermone vtatur qui paternæ charitatis affectum ſpiret ac animis peccatorum dolore contritis, aliquod ſolatium impertiat: 2. Vt pœnitens iniunctam ſatisfactionem æquo animo acceptet; vnde, inquit, ab eo querendum eſt an eam lubenter exequi velit, ſecùs enim benignior ac facilior imponenda eſſet.

2. Circa illius grauitatem; de quâ eximius Doctor ibidem tria monet. 1. Vt potiùs ad leuitatem accedat quàm grauitatem. 2. Cauendum tamen eſſe diligenter, nè peccatis hominum blandiamur. 3. De hac agendi ratione monendum eſſe pœnitentem, Sic habet ad verbum C. mon. priori numero. Quamuis longè meliùs ſit benignè agere cum pœnitentibus, omni prorſus adulatione remotâ, quàm aſperè; attamen monendi ſunt grauiorem ipſis pœnam indicendam, ſi ratio meriti peccatorum haberetur.

3. Circa rerum varietatem quarum executio mandatur. Hanc vir ſanctus diſertè vetat loco ſuprà laudato. Pœnitentia non eſſe debet implicata & vario precum genere permixta. Hinc enim duplex incommodum oritur. 1. Facilè contingit hanc orationum congeriem è memoriâ pœnitentis excidere ac iſtâ multiplici ſcrupulo dari locum. 2. Dum ſoluit pœnam injunctam, dicendæ & agenda magis cogitat, quàm illa quæ reipſa di-

cit & agit. Interim dum excitando memoriam aut preces horarias volutando, quæ ipſi ſunt indicta, perquirit; mentis deuotio remittitur.

4. Vt ea Confeſſarius injungat, quæ ſtatui pœnitentis vtiliora videbuntur. Puta 1. cujuſdam libri pij lectionem, eius nempè à quo pœnitens majorem fructum haurire poterit. 2. Per annum ſingulis menſibus confiteri. 3. Piæ ſocietati nomen dare, ac ſimilia, quæ non ſolùm præterita peccata punient, ſed à futuris vtiliſſimè præſeruabunt.

LECTIO XVIII.

De virtutibus quæ à prudentiâ Confeſſarij dependent.

I. QVÆRES 1. Hujuſmodi virtutes? R. Ecce illas numero quatuor, videlicet exteriorem modeſtiam, humilitatem interiorem, fiduciam in Deum, & caſtitatem.

Quæres 2. Exercendæ modeſtiæ neceſſitatem Confeſſario incumbentem. R. Poſt B. Franciſcum c. 2. monit. Si vllum planè ſit ſacramentum cujus adminiſtratio ſingularem poſtulet grauitatem; id de pœnitentiâ veriſſimum in primis eſſe cum in eâ indices animarum Dei authoritate conſtituamur. Hanc verò modeſtiam Confeſſarius exhibebit ſi quatuor obſeruet à Præſule noſtro

præſcripta. 1. Quantum ad veſtem; vt nempe clericali habitu eoque talari, ſuperpelliceo & ſtolâ indutus ſit, ac biretum in capite geſtet. 2. Quantùm ad locum, vt in aperto Eccleſiæ loco ſedeat.

3. Quantum ad vultum, vt lenitatem præ ſe ferat cum grauitate conjunctam quam vultus affectionem vllis omninò ſignis immutare non licet, quæ tædium aut mœrorem aliquem denotare poſſint, ne fortè ſuſpicentur aſtantes crimen grauiſſimum à pœnitente declarari.

3. Quantum obſeruatu dignum eſt nè pœnitens recta in aurem Confeſſarij peccata ſua explicet, aut viam ad loquendum ambo capita conferant, verùm id fiat obliquè.

IV. Quæres 2. Quid de Confeſſarij humilitate cenſeam. R. Eam in duobus maximè caſibus ab ipſo exercendam. 1. Dum numeroſâ pœnitentium multitudine affluit, nè ideò prorſus intumeſcat, de quo tumore ſic loquitur eximius præſul l. 3. epiſt. 50. in his, inquit, caſibus nullo animus tumore inflatur, quin imò ad humilitatem vehementius excitor, admirans ſanè tantam Dei ſeruorum copiam, homini plurimis defectibus laboranti eâ ſe fiduciâ committere.

V. Dices qualis eſſe debet iſta humilitas. R. Generoſa & nihil abjectum redolens. Vt ibidem B. Fr. exponit. Hinc talis fieri nitor, qualem omnes me eſſe credunt. Speroque Deum totius conſolationis authorem, cum mihi ſanctam ſuorum amicitiam conciliet, ſuam item ſanctiſſimam liberè conceſſu-

rum. quod à miſericordiarum patre me conſecuturum ſpero, cum meis priùs morbis congruam pœnitentiæ medicinam adhibuerit.

VI. Ecce alteram exercendæ humilitatis rationem, videlicet vt Confeſſarius omne animarum lucrum Deo acceptum referat; ſi quas à viâ veritatis errantes, in ſemitas juſtitiæ reduxerit. Ad hoc humilitatis officium nos B. Saleſius hortatur in aureo tractatu de amore diuino l. 7. c. 8. ybi recitatâ cujuſdam aquilæ hiſtoriâ (quæ puellam inſulæ ſeſtos ità vnicè diligebat, vt ei prædam omnem deferret; quodque majorem habet admirationem, ſe in illum rogum immiſerit, quo virginis cadauer ex more patriæ comburebatur.) Verbis eximijs ſuadet, vt diuinæ Saluatoris Chriſti dilectioni, cuncta vitæ momenta dedicemus, atque ad eius gloriam fructus omnes ac victorias referamus.

VII. Quæres 3. quænam ſunt dictæ humilitatis indicia. R. Hæc duo 1. ſi Confeſſarius pio quodam mœrore afficiatur cum ſe magni fieri videt. Quod opere docuit vir omni laude major acceptis enim litteris quæ magnum ipſius nomen teſtabantur Ita reſcripſit l. 4. epiſt. 99. heri cum tuam perlegi epiſtolam, ſemel atquè iterum non ſine lachrymis ambulaui, hinc mei vilitatem attendens, hinc aliorum de me judicium obſtupeſcens.

Alterum huius humilitatis judicium eſt, cum honorificam aliorum de ſe exiſtima-

tionem vero animi candore non approbat. Hæc erat agendi ratio B. Fr. vt ex eadem epiſtolâ conſtat. In quâ ſic loquitur, video ſanè quam de me habeas exiſtimationem, quæ niſi fallor tibi plurimum ſatisfacit. Hoc verò merum idolum eſt.

Sed vices numquid poteſt Confeſſarius bonam expetere famam, vt itâ pœnitentes magis in ipſo confidant. R. Hoc quidem vltimum neceſſarium eſt, atque ad hoc eſt ſatarij debet Confeſſarius: ſed non ideo debet optare vt à ſuo pœnitente pluris fiat. Audi B. Fr. de hac materia egregiè diſſerentem. In eadem Epiſt. vellem tibi eſſe intimè notus, non minus ideô mihi confideres, ſed me in viliori pretio haberes, ac diceres. Ecce iuncum cui me Deus imiti vult, hoc eſt hominem maximè fragilem, cuius me
Luca 1. conſilio & operâ dirigi cupit in viam ſalutis æternæ. Id quidem certò ſcio, eiuſmodi tamen iuncum nihil prorſus valere mihi liquet.

LECTIO XXVIX.

De duabus alijs virtutibus quæ ab eadem prudentiâ manant, ſcilicet fiduciâ in Deum & caſtitate.

1. QVÆRES 1. Quænam eſt tertia virtus à prudentiâ Confeſſarii dependens. R. Fiducia in Deum, quæ

in eo poſita eſt, vt præſertim à Dei omnipotentis auxilii beatæ Virginis precibus obtinendo, animarum in pietate progreſſum ac robur ſperemus. Ita mirabilis Præſul l. 4. Epiſt. 13. nihil, inquit, de tuâ ſalute pertimeſcam, nec tuæ me infirmitates terrebunt: Quippè quem dolores huius ſpiritualis partus jam pridem reliquerint. Rachel cùm ſe infœcundam agnoſceret, Balam ancillam marito alteram vxorem dedit (quo tempore plures vni viro vxores habere licebat vt Dei populus augeretur:) Rachel autem Balæ filius genibus excipiebat, ità ſibi eos vendicans vt nullam de his curam mater haberet. Sic mihi te videor ſuper Rachelis gema, nimirum beatæ Virginis abbatiſſæ noſtræ, ſemel aliquandô peperiſſe; quæ eâ te charitate ſuſcepit vt jam tui me ſollicitudo non vrgeat. Hi quæſo ſuper tantæ matris genua requieſce, vel potiùs ad eius pedes humillimè proſtrata. *Geneſis 30. v. 3.*

II. Quæres 2. Quænam eſt quarta virtus. R. Caſtitas ad quam ea omnia referenda ſunt, quæ à lectione 18. vſque ad 23. incluſiuè docuimus.

TRACTATVS II.
DE PECCATIS.

LECTIO I.

Definitur peccatum in genere.

1. QVAERES 1. quid ſit peccatum? R. Eſt actio voluntaria contrà legem Dei, aut omiſſio voluntaria illius. Explico definitionem 1. Nomine actionis intelligitur, actio exterior vel interior, & quæ ſolâ mente completur. Vt enim omnes norunt, dantur peccata cordis, oris & operis.

2. Peccatum dicitur actio voluntaria; quod nemo peccet ſine libero conſenſu voluntatis, excuſante à peccato inaduertentiâ: vt enim ſis peccati reus, debes aduertere opus quod agis eſſe malum, vel ſaltem aliquod eius malitiæ dubium aut ſcrupulum habere. Nec ſatis eſt. quod ad illam cogitationem expreſſam tenereris; nam ſi reipſa defuerit, nulla eſt culpa.

3. Dixi etiam contra legem Dei, ſi quidem illa eſt actuum noſtrorum regula. Nomine verò legis Dei ſignificantur omnes ju-

ſtæ leges quæ à triplici ſuperiorum genere nempè Eccleſiaſticorum politicorum & domeſticorum, ferri poſſunt.

2. Dixi quoque peccatum eſſe omiſſionem, quià tam benè peccatur dum juſſa non fiunt, puta ſi feſtiuo die ſacrum non audias, aut bonum alienum non reſtituas; quam dum prohibita executioni mandantur verbi gratia ſi die feſto ſeruiliter opereris, aut furtum facias. Vnde naſcitur celebris peccatorum diuiſio in peccata commiſſionis & omiſſionis.

III. Quæres 2. quos fructus ex iſtâ lectione colligere oporteat. R. Hos 3. 1. quia dari peccata cordis aſſeruimus, error ingens plebis obſeruandus eſt, in eo poſitus quod grauiora mentis peccata non curet, modò caueat ab opere externo. Ità ſæpiùs feminæ interna luxuriæ peccata non detegunt; Ita quam plurimi, licet feſtiuo die, non intereſſe ſacro decreuerint, & cum tali animo profecti fuerint, ſi datâ forſan occaſione alicubi ſacrum audiant prioris iniquæ voluntatis nullam in confeſſione mentionem faciunt.

2. Quia diximus peccatum debere eſſe voluntarium, eorum item error notandus eſt, qui malas omnes cogitationes, quæ menti obuerſantur, peccata eſſe putant, quamuis nullum eis conſenſum præbuerint: vt præſertim accidit in cogitationibus fidei contrarias.

3. Deniquè aduertendum eſt, cum peccata diuinæ legi aduerſentur quando iuſtis

Superiorum Eccleſiaſticorum politicorum & domeſticorum legibus aut præceptis repugnant; nos in illis Deum venerari debere, vtque ad iis obediendum excitemur, *Ieremiæ c. 1.* iſto vti motiuo, quod Deus verba ſua dederit in ore ipſorum, & ipſi ab eo ſuam omnem in nos authoritatem acceperint.

LECTIO II.

De venialis ac mortalis peccati definitione.

QVæres 1. Definitionem vtriuſque peccati. R. 1. Peccatum mortale eſt actio contra legem Dei cum plenâ deliberatione in materiâ graui.

R. 2. Peccatum veniale eſt actio contra legem Dei, ſed vel cum imperfecta deliberatione vel in materia leui.

Quæres 2. quibus indiciis plenum conſenſum ab imperfecto diſcernemus, vt ità ſcire poſſimus vtrum actio fuerit penes, vel imperfectè voluntaria.

R. 1. Perſeuerantiam ſolius delectationis in parte inferiori non eſſe certum perfecti conſenſus indicium, quià tentationis ſenſum prohibere non poſſumus, ſed tantummodo conſenſum.

R. 2. Tres dari regulas quibus hæc diſcretio prudenter fiet. 1. Cum aliquis facilè potuit implere peccatum quod ipſi tentatio ſuadebat, nec tamen vt ipſa compleuit:

tunc credibile eſt non integrum adfuiſſe conſenſum, 2. quando vir timoratus, qui tentationibus non conſueuit, ſuccumbere, aliqua in iis repellendis negligentia vſus eſt, dubitatque reum perfectè conſenſerit, tunc in eius fauorem præſumendum eſt non plenè conſenſiſſe Et quia mos eſt fortis præſumptionis ac probabilitatis argumentum, cumque iſte tentationibus aſſentire non conſueuerit, poſſumus rationabiliter æſtimare non plenum ab eo datum fuiſſe conſenſum. 2. quia ſi reipſa conſenſiſſet, id facilè aduerteret, cum enim malum aliquod magno nobis horrori eſt, facilè diſcernimus ſi vſquam in illud inciderimus. Contrà verò ſi quis tentationibus obedire ſolitus ſit, dubiteſque an reipſâ conſenſerit, præſumendum eſt ita eſſe; tum quia ex iam dictis mos eſt fortiſſimæ præſumptionis argumentum, tum quia tale dubium teſtatur ità eſſe, ob negligentiam propriæ ſalutis, & peccati vitandi quam in iſto ſupponimus.

V. 3. quando aliquis dubitat vtrum vigilaret aut dormiret, cum aliquid praui loqueretur vel ageret, indicium eſt non plene conſenſiſſe.

VI. Quæres 3. Fructus ex præſenti lectione colligendos. R. Duos 1. ex numero 3. aduertendum eſt eos qui vrgente tentatione, magnas in parte inferiori delectationes ſentiunt, non ideò credere debere amiſſam omnem victoriæ ſpem, & quod grauius eſt, plenum ab ipſis datum fuiſſe conſenſum, vnde perinde ſit peccatum inchoatum opere

conſummare. Vt ſæpè illis accidit quos luxuriæ tentatio vexat. Hoc verò eſt periculoſiſſimum hoſtis iniquiſſimi telum.

72. Ex n. 4. ſeriò cogitandum eſt prauæ conſuetudinis damnum, quæ efficit, vt ſæpè ac facilè mortali noxa inficiamur. Et iuxta B. Iobi dictum bibamus quaſi aquam iniquitatem. c. 15. v. 16.

LECTIO III.

Quomodo peccatum mortale fieri poſſit veniale, ac vice verſa.

I. QVAERES I. An peccatum mortale poſſit fieri veniale? R. Non deſe cum ſint naturæ omninò diſparatæ. Sed per accidens, idque tribus modis 1. ratione leuitatis materiæ, vt ſi aliquis vnum dumtaxat obolum furaretur. 2. Defectu plenæ aduertentiæ & conſenſus, vt cum aliquis repentino iræ impetu commouetur. 3. Defectu perfectæ cognitionis, vt ſæpè contingit in hominibus ruſticis qui varias agunt ſuperſtitiones, numquam tamen edocti fuere malum quod in rebus huiuſmodi reperitur.

II. Quæres 2. An peccatum ex ſe veniale poſſit fieri mortale. R. Ità per accidens idque ſex modis. 1. Ratione diſpoſitionis actualis committendi peccatum graue, dixi diſpoſitionis actualis, neque enim ſufficit

habitualis. Rem explico aduertens aliquem eſſe in actuali diſpoſitione commitendi peccatum, quando hic & nunc habet expreſſam voluntatem peccandi. Eſſe verò in diſpoſitione habituali cum non habet illam intentionem expreſſam, ſed tamen ad peccatum aliquod ità procliuis eſt, vt oblatâ illius occaſione aut excitatâ memoriâ, de facto committeret. Ergò ſi aliquis obolum furaretur cum actuali affectu ſurripiendi nummum aureum, oboli furtum de ſe leue ac dumtaxat veniale, propter hanc prauam diſpoſitionem eſſet peccatum mortale.

III. 2. Ratione ſcandali ſic fœminæ pectus nudum geſtantes, mortaliter peccant. Ità ſæpius Clerici grauiter delinquunt verbis inconſideratè prolatis: vnde mellifluus Abbas Bernardus, nugæ, inquit, in ore ſecularium nugæ ſunt, id eſt verba otioſa ideoque peccata venialia, in ore ſacerdotum, clericos omnes intellige, blaſphemiæ, qui conſecrarunt os ſuum Euangelio, talibus iam aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegium putent

IV. 3. Ob finem notabiliter malum, puta ſi quis alteri calamum furaretur eo animo, vt illum ad blaſphemias proferendas induceret.

V. Quæres 3. Quinam fructus ex iſtis colligi poſſint. R. Dico 1. aduertendum eſt, an leue de ſe peccatum committens, præſentem habuerit affectum longè grauius perpetrandi, vt contingere poteſt in materia furti, alteriuſue peccati, quod pluri-

mum Confeſſarij attendere, & de hoc ſedulò pœnitentes interrogare debent.

VI. 2. Meditanda eſt grauitas ſcandali quæ erit idcircò motiuum ad huius pecc detestationem excitandam.

LECTIO IV.

De tribus aliis modis quibus Peccatum Veniale poteſt fieri mortale.

I. QVÆRES I. Illos. R. Id poſſe accidere.

4. Propter conſcientiam erroneam, ita qui obolum ſurripiens, crederet ſe graue peccatum committere, grauis delicti reus eſſet.

II. 5. Ob periculum proximum & moraliter certum cui nos exponimus peccati venialis commiſſione; exempli gratiâ, ſi quis cum aliqua muliere, abſque vllâ tamen intentione prauâ, confabularetur; ſciens interim huiuſmodi colloquia illum frequenter in graue peccatum inducere, à mortali culpâ non eſſet excuſandus. Item ſi Clericus diuinum perſoluturus officium, Eccleſiæ fores eligeret, vel alium locum vbi hominum multitudo, ſermones & alia id genus, debitæ mentis attentioni non parum officerent, cum tamen aptiorem locum adire poſſet: ille, inquam, reus eſſet omnium diſtractionum quas in officij recitatione pa-

ɛtur, vtpote in euidenti periculo eas ſu-
ındi conſtitutus; nec illæ deſinerent eſſe
luntariæ, quamtumuis eas abiicere &
ıtioni attendere velle teſtaretur.

III. 6. Denique peccatum veniale po-
t fieri mortale ob ſpecialem contemptum
perioris. Quod vt bene percipias.

Nota 1. duplicem dari contemptum, ma-
rialem nempe ac formalem. materialis ſu-
ɛriorum contemptus eſt ille qui reperitur
ı omnibus peccatis contra ſuperioris iuſſa
ommiſſis, vt etiam reperitur in omnibus
uæ fiunt contra Dei mandata. Formalis eſt
uando ſuperiori obedientia denegatur ad
um contemnendum, vel rem ab eo præcep-
:am.

IV. Notandum eſt 2. poſſe aliquem ſu-
perioris imperium detrectare ad eum con-
temnendum, vel quatenus ſuperior eſt, vel
quatenus homo ignobilis, diſcolus, aut
alio perſonali defectu laborans.

V. Poteſt adhuc imperium ſuperioris de-
trectari ad rem quam iniunxit deſpicien-
dam, aut quatenus ab ipſo iniuncta eſt, aut
quatenus videtur ingrata & moleſta.

VI. His præſuppoſitis. Dico eum qui
peccatum veniale committeret ad ſuperio-
rem vt talem contemnendum, peccati mor-
talis reum vt plurimum fore, & in hoc caſu
peccatum veniale factum iri mortale ob ſpe-
cialem contemptum. *Quod* ſi peccatum ve-
niale ſolummodò committeret ad deſpi-
ciendum ſuperiorem, vt homo quidam eſt
non ita ſibi gratus, vel aliquem habens de-

ſectum verum aut imaginarium, tunc nō
peccaret mortaliter, nec peccatum venia
fieret in hoc caſu mortale. Idem dicendu
de illo qui peccatum veniale committere
ad rem à ſuperiore præceptam aſpernā
dam, ſi enim contemptus referatur ad re
quatenus à ſuperiore præceptam vt ſup
rior eſt, peccaret mortaliter, ſi dumtax
referatur ad rem vt ingratam & moleſtam
venialiter tantum.

VII. Dices difficile eſt diſtinguere
quandonam aliquis obedientiam ſuperio
deneget ad eum quatenus ſuperiorem co
temnendum, vel quatenus hominem in
gratum, item an imperium detrectet a
rem ipſam iniunctam deſpiciendam, v
cum relatione ad ſuperiorem, vel abſqu
illo reſpectu. Vnde haud facilè dignoſce
tur, in quo caſu peccatum veniale poſſ
fieri mortale ob contemptum. Num cert
quædam regula dari poſſet.

R. Triplicem aſſigno, quâ ſatis proba
biliter intelliges quandonam contemptus
veniale peccatum efficiat mortale. 1. e
quando ille qui parere in materia leui recu
ſat, cum corripitur, videt, nec eum fac
vllatenus pœnitet.

VIII. 2. Quando contendit ſtatutum i
ſinodo, verbi gratiâ, aut viſitatione decre
tum, non eſſe legitimum.

IX. 3 Quando alios ad eandem ſecur
tranſgreſſionem pertrahere, omnemque il
lius formidinem ab eorum animis excute
re, nititur, ſuggerens rem eſſe nullius mo

menti, quæ proinde ſine vllo diſpendio negligi poſſit.

X. Quæres 2. Quis ſit huius lectionis fructus. R. Attenta meditatio huius triplicis notæ contemptus formalis, ad eum nempe deteſtandum ac fugiendum.

LECTIO V.

De modis indicandi an peccatum aliquod ſit mortale aut veniale.

I. QVÆRES quinam ſunt illi modi? R. Tres communiter aſſignari ſolent.

1. Applicanda eſt materiæ propoſitæ definitio peccati mortalis, & videndum an illi omninò conueniat.

2. Expendendum eſt diligenter quibus verbis ſacræ paginæ de huiuſmodi peccato agere conſueuerunt, ſi enim auſteris, & plures minas ſpirantibus vtantur, aut ſi Eccleſia cenſuram aliquam, vel alias graues pœnas infligat, peccatum mortale plerumque cenſendum eſt.

3. Conſulenda eſt etiam communis Doctorum ſententia.

LECTIO VI.

Vnde peccatorum numerus deſumatur.

I. QVAERES 1. An deſumatur ex numero obiectorum exempli gratiâ, ſi quis vno ſclapi maioris ictu tres homines interficiat, vel ſi de tribus vnâ vice detrahat, puta dicendo ecce tres fures, aut tres meretrices, an inquam iſte tria peccata mortalia committat, an vnicum tantum?

R. Peccata non multiplicari numero, ſolâ obiectorum multitudine, ſi vnico actu committantur, vnde ille de quo quæritur, vnius tantum peccati reus eſt. 1. quia tria illa obiecta ſeu tres homines occiſi, aut iniuriâ affecti, cenſentur vnum tantum obiectum & vnica perſona. Ita ille qui familiam decem hominibus conſtantem occidere vellet, non ideò decem peccata, ſed vnum tantùm committeret, quippe familia reputatur vna perſona iuxta Iuriſconſultos, *lege* 1. *ff ſi familia furtum feciſſe dicatur*. 2. Sequeretur aliàs, eum qui gregem centum arietum ſurripuiſſet, centum peccata mortalia commiſiſſe. Quod planè abſurdum videtur. Idem aſſerendum eſt de multis aliis ſequelis quæ deduci poſſent.

Quæres 2. Vnde igitur numerica multitudo peccatorum ſumatur?

Digitized by Google

. Ab actibus voluntatis moraliter in-
ıptis, quaſi dicerem tot peccata com-
i, quot actus voluntatis moraliter in-
ıpti eliciuntur. Vt autem intelligas quo-
ò interrumpantur actus voluntatis.
duerte dari peccata quæ interna vocan-
ob ſolam mentis actionem quâ fiunt. Vt
odium, inuidia dari quoque externa,
licta quod mente & opere externo com-
ntur. Puta, furtum, homicidium.
Iis poſitis aio voluntatis actum morali-
interrumpi, cum actu non perſeuerat.
exemplo declaratur Ioannes Paulum
nicum occideri proponit; quandiù hanc
mo agitationem verſat, iniqua occiden-
voluntas cenſetur actu permanere. Si ve-
vt prauum conſilium exequatur, domum
conferat, gladium capiat, iter arripiat,
hominem alicubi præſtoletur: quamuis
c agens nihil de homicidio cogitet, vir-
e tamen, occidendi voluntas permanere
ıſetur ratione actus externi quo apud ſe
cretum homicidium perficere intendit,
eoque licet, toto illo tempore ſæpius ac
oris diſtinctis interficiendi propoſitum
petat, vnius dumtaxat criminis reus eſt,
ıia multiplices illi voluntatis actus non
ıſentur moraliter interrupti, cum prior
cidendi voluntas virtute perſeueret ob
ria opera externa, quæ in hunc finem
annes exequitur. Vnde videntur eſſe ge-
ıs aliquod vinculi quo tot ac variis tem-
oribus reperita conſilia in vnius peccati
tionem cedunt. Sin autem ponamus Ioan-

nem decreto Pauli homicidio, manum operi non admouere, ſed aliud quidpiam agere. Hæc iniqua voluntas moraliter intermittitur, quare ſi eam intrà tempus aliquod notabile puta vnius aut duarum horarum ſpatium iterauerit, peccatum alterum commiſiſſe certum eſt.

Quæres 3. quem fructum ex dictis colligemus. R. Vt diligenter ſciſciteris à pœnitente qui ſe homicidii, furti, luxuriæ, vel alterius criminis accuſat, an & quoties antè patratum delictum, habuerit variis ac moraliter interruptis temporibus voluntatem illud exequendi; nam ſi hoc eſſet, tot peccata diſtincta commiſiſſet, quot forent actus moraliter interrupti: cum liquido conſtet, hominem qui reipſa furatus ſit, priùs tamen habitâ per decem dies continuos, voluntate furandi & nanciſcendi opportunitatem, ſemel diebus ſingulis, non vnum tantum furti peccatum, ſed decem prauâ cogitatione commiſiſſe: quæ proinde in confeſſione declaranda forent, vnde ſi ſolum furti actum exponeret, non eſſet integra confeſſio.

LECTIO VII.

De argumento eodem.

DICES vt ſuperiori lectione dicta melius percipiam, hæc dubia ſoluenda propono. Si quis vnico iræ impetu ter venerandum Dei nomen blaſphemauerit, vel aliquem trina contumelia diuerſæ rationis affecerit, puta furti, homicidii & falſi teſtimonii, quotnam peccatorum reus eſſe cenſebitur? R. Cum Bonacina, vnius dumtaxat quia illi tres actus, ſeu blaſphemiæ, ſeu iniuriæ non cenſentur moraliter interrupti ob vnum & eundem iræ impetum.

Ergo ſatis erit ſi Confeſſario declaret ſe irâ ſubitâ correptum blaſphemaſſe, aut aliquem graui contumeliâ læſiſſe. R. Ità eſſe iuxtà probabiliorem ſententiam quia 1. illi tres actus vnico iræ impetu eliciti, non cenſentur interrupti moraliter ex dictis. 2. Aliàs redderetur confeſſio difficilis, ideòque odioſa.

Inſtabis, atqui ſi hæc ità ſint, pari ratione dicam eum, qui tres homines vno ictu occiderit, non teneri Confeſſario declarare numerum occiſorum; nec eum, qui furatus ſit mille aureos, numerum aureorum: ſed vtrique ſufficere, ſi actum homicidii aut furti exponat. Quis verò neget has ſequelas eſſe prorſùs abſurdas? R. Sanè eſſe.

Quod autem ad primum ſpectat, dico illum homicidam teneri ad numerum occiſorum Confeſſario explicandum, quamuis vnum tantum peccatum commiſerit. Ratio eſt quod prædictus numerus ad naturam & ſubſtantiam indiuidualem huius homicidii pertineat, non verò, vt aliqui falſò putant, quod ſit circunſtantia aggrauans. Idem dicendum eſt de fure, licet enim vnum ſolùm peccatum admiſerit, & mille commiſiſſet, ſi ſingulis vicibus, ſingulos nummos ſurripuiſſet. Malè tamen indè colligitur, quidquid in contrarium aliqui opinentur, non teneri hunc pœnitentem, aureorum numerum in confeſſione declarare. 1. Quià quantitas & exceſſus in materiâ furti eſt aliquid pertinens ad eius naturam, non autem mera circunſtantia aggrauans. 2. Quia Confeſſarius longè aliud iudicium ferret de illo qui nummum, quàm de illo qui mille nummos furatus eſſet. Conſtat autem debere pœnitentem, ita ſe confeſſario explicare, vt ipſius animæ ſtatum probè intelligat, ac de illo ſanum iudicium ferre poſſit.

Quæres quot indè fructus eruendi ſint. R. Duo 1. diſces ex n. 3. Confeſſarium quando ea pœnitente ſciſcitatur, an vllam furandi voluntatem habuerit, ſi reſpondeat ita eſſe, teneri vlterius ab illo quærere valorem, aut quantitatem rei quam ſurripere voluit.

2. Pœnitentem, cum ſe accuſat iniquæ voluntatis puta homicidij odij, inuidiæ diligenter interrogandum eſſe de numero illorum quos occidere voluit, vel in quos

odio inuidiaue exarſit, quoties etiam huiuſmodi voluntates iterauit. Idem autem de aliis peccatis intelligi cupimus.

LECTIO VIII.

Vnde ſumitur ſpecifica multitudo peccatorum.

I. QVAERES quomodò poterit dignoſci multiplex ſpecie peccatum in vnicâ actione prauâ reperiri? R. Hac vtendum eſſe regulâ, quando actio plurimis Dei aliorumue ſuperiorum præceptis aduerſatur, ſi hæc præcepta vnum & eundem finem habeant, vnum dumtaxat eſt peccatum, ſecus, multiplex rem declaro. Deus & Eccleſia vſuram prohibent, quia tamen hæ duæ leges ex vnico iuſtitiæ motiuo latæ ſunt, fœnerator vnius tantum delicti reus eſſe cenſetur. Pariter ſi quis vigilia ſancti Matthæi Euangeliſtæ in quatuor tempora Septembris incidente non ieiunet, duo quidem præcepta violat, alterum de quatuor Temporum ieiunio, alterum item de ieiunio in honorem Diui Matthæi latum, ſed cum illa eundem virtutis temperantiæ finem ſpectent, talis violatio non niſi vnicum efficit peccatum. Idem aſſerendum de illo qui eodem verbi gratia D. Matthæi die alteriuſue feſti ſolemnis in dominicam incidentis, Miſſæ non adfuiſ-

Digitized by Google

ſet, ſi quidem illa duo Eccleſiæ præc
de Miſſa dictis diebus audiendâ, idem
gionis motiuum reſpiciunt.

II. Econtrà ſi quis humanum ſangui
in Eccleſia fuderit, duo peccata feciſſe
cedimus, alterum contra illud deca
præceptum non occides, alterum co
Eccleſiæ legem quæ reuerentiam locis
cris debitam violare prohibuit; quia
decalogi præceptum ex motiuo iuſtitiæ
tum eſt, quæ nulli iniuriam fieri pati
lex autem Eccleſiæ à virtute religionis p
ficiſcitur, quæ honorem locis Deo di
haberi poſtulat. Ideò duplex eſt in illa
fuſione peccatum, ita ſi quis è Capucino
familiâ non ieiunaret feriâ ſexta qua
temporum, duo peccata ſine dubio c
mitteret, alterum contra Eccleſiæ man
tum quod ex virtute temperantiæ ori
alterum contrà votum ex motiuo religio
emiſſum.

LECTIO IX.

De circunſtantiis peccatorum.

I. QVAERES I. Quid ſit peccator
circunſtantia? R. Eſt accidens
conditio quæ non eſt de illor
ſubſtantia, ſed ea comitatur. Explico d
nitionem ſubſtantia furti v.g. eſt ablatio
alienæ inuito domino: quod autem res

ſit ſacra vel in loco ſacro auferatur, eſt quid accidentale ipſi furto in ſe ſpectato, nam poteſt actu committi ſine illis conditionibus; vt ſi quis furetur rem prophanam in loco non ſacro: quare tales conditiones dicuntur comitari actionem furti, quod fit cum illis, non tamen eius eſſentiam conſtituere, cum ſine illis eſſe poſſit.

II. Quæres 2. Quot ſint hujuſmodi circunſtantiæ. R. quatuor.

1. Impertinentes, quæ nihil addunt malitiæ peccati, vt occidere manu dexterâ aut læuâ.

2. Minuentes, quæ peccati grauitatem minuant, vt furari altero impellente, vel inopiâ cogente.

3. Notabiliter aggrauantes, vt per horam turpem animo cogitationem verſare puta luxuriæ aut vindictæ.

4. Mutantes ſpeciem, vt conſanguineam vel alterius vxorem cognoſcere.

LECTIO X.

De cauſis Peccatorum.

I. QVAERES 1. Quænam ſint peccati cauſæ. R. Si propriè loquamur, vnicam eſſe, nempè voluntatem, quæ bonum aut malum ſuo amplectitur arbitrio. Notandum tamen eſt malè illam operari, vel propriâ malitia vel ex-

traneâ quadam impulſione.

II. *Quæres* 2. quando nam voluntas ex malitiâ peccet. R. Cum intellectus nullâ ignorantiâ laborat, nec appetitus ſenſitiuus vlla vehementi paſſione vrgetur.

III. *Quæres* 3. Grauitatem ac periculum hujuſce peccati. R. 1. Eſſe peccatorum omnium maximum vt pote maximè voluntarium, ſi quidem in eo perpetrando voluntas malum ex ſeipſa proſequitur, nec ad illud amplectendum, vlla paſſione vel aliquo alio mouetur.

2. Eſſe omnium periculoſiſſimum cum firmiùs ac diuturniùs voluntati adhæreat; nam facilius eſt pœnitere de peccato ex paſſione quam ex malitia profecto; cum paſſionis impetus citò deſinat.

VI. *Quæres* 4. Fructus doctrinæ traditæ. R. Ecce duos 1. cum voluntas ſit vna & vera peccati origo malè à nobis Satanam aliaſue creaturas, cum in illud incidimus, accuſari. Ille igitur error vitandus eſt, de quo etiam populus admoneri debet.

2. Cognitam peccati malitiæ grauitatem vt pote Demonum iniquitati ſimillimam, ſuper omnia fugiendam eſſe.

LECTIO XI.

De alijs peccati cauſis, ac præſertim de ignorantia.

I. QVAERES 1. An præter voluntatem, aliæ peccatorum cauſæ aſſignentur. R. Quamuis propriè loquendo, peccatum à ſola voluntate, vt diximus, oriatur; aliæ tamen illius cauſæ communiter tradi ſolent, quæ voluntatem ad malum aliqua ratione mouent vel impellunt. Sunt autem duplicis generis, nimirùm internæ vt ignorantia in intellectu, paſſiones in appetitu ſenſitiuo, & externæ, numero quatuor, videlicet, dæmones, homines, creaturæ, peccata capitalia.

II. Quæres 2. An omnis ignorantia ſit cauſa peccati. R. Nequaquam, ſed ſolum illa, quæ vincibilis aut culpabilis appellatur. Quod vt melius capias.

Aduerte celebrem ignorantiæ, diuiſionem; ſi quidem alia eſt ignorantia juris ſiue naturalis, ſiue diuini aut humani, quà nempe ignoratur aliqua ex legibus diuinis humanis vel naturalibus. Alia dicitur ignorantia facti, qua laborat ille ruſticus, qui ſuperſtitiones quidem prohibitus eſſe nouit, ignorat tamen rem à ſe bona fide agi ſolitam, eſſe ſuperſtitionem. His poſitis dico ignorantiam vincibilem eam eſſe, quam

mediocri ſaltem diligentia ſuperare neglexiſti, vt ea quæ ſcire teneris, ac de quibus aliquam audiuiſti mentionem, intelligeres; ideòque vincibilis appellatur; quia re ipſa vinci potuit; cum vt ſupponimus aliquam ignoratæ rei vel de illa ſcienda obligationis cognitionem habueris, vnde fit etiam vt eadem culpabilis nominetur ex aduerſo illa dicitur ignorantia inuincibilis, quæ vinci nullatenus potuit, vt cum nullam de lege aliqua cogitationem, dubiumuè habuiſti, nihil vmquam de illa audiuiſti. Quare etiam vocatur inculpabilis, ideòque à peccato excuſat nec omninò illius cauſa dici poteſt.

III. Quæres 3. Quomodò diuidatur ignorantiâ vincibilis. R. In affectatam & craſſam. 1. Prima in illo reperitur, qui munus ſuum eo animo noſſe refugit, vt ab illius obeundi onere liberetur: ità qui ſe variis negotiis & contractibus implicant, cum ad ſacrum tribunal, conſcientiam exoneraturi accedunt, inſcios non peritiores Confeſſarios de induſtria conueniunt; ne forſan ea quæ ſcire non curant, intelligere cogantur; ergò ſi aliquam reſtitutionem omittunt, fruſtrà ſe ignorantiâ tuebuntur, quam in hoc caſu affectatam & inexcuſabilem eſſe conſtat. Alterâ verò laborant illi qui ſuo ſtatui neceſſaria noſſe plurimum, negligunt; hæc item nullam excuſationem admittit, veraque peccati cauſa cenſenda eſt: ità multos vbique reperias, qui præcipua fidei noſtræ myſteria vt Dei vnius & trini, in-

carnati verbi, Euchariſtiæ, prorſus ignorant; quod Chriſtianæ Doctrinæ diebus feſtiuis explicari ſolitæ non interfuerint.

IV. *Quæres* 4. Quis ſit huius lectionis fructus. R. Vt ſedulò plebeij moneantur, ignorantiam, qua ſe tutos apud Deum fore confidunt, vitio ipſis eſſe vertendam; ſi nempe illa quæ ſcire tenebantur & potuerunt, non ea qua par erat diligentia ediſcere ſtuduerint.

LECTIO XII.

De paſſionibus, item peccati cauſis.

I. QVAERES I. *Qua* ratione paſſiones ſint cauſæ peccati. R. Duplici. 1. Quatenùs imaginationem perturbant, quæ deinde intellectui officit, ne de propoſitis objectis rectè iudicet: Par enim eſt ratio intellectus cum imaginatione, ac guſtus cum lingua; ſi quidem lingua noxij humoris fluxione laborans, guſtum malè affectum reddit, omniaque videbuntur amara ſi fluxio ex atra bile oriatur, aut ſaporem alterum præferent iuxtà humoris qualitatem. Ità ſi diuitias, voluptates, mundi pompam, &c. Iucundiſſima eſſe imaginatio repræſentet. Paria de illis iudicia feret intellectus, & falſa rerum imagine deceptus errorem ſuum detegere prohibebitur.

II. 2. In quantum paſſiones voluntatem alliciunt, quia cum ſit potentia cæca & intellectus face ducatur, ſi ei proponat intellectus. Rem pulchram & bonam, facilè illam amplectitur.

Quæres 2. An toties peccetur quoties paſſionum motus exurgunt? R. 1. Sic paſſionem interdum eſſe violentam, rationiſque vſum præuenire, vt omne peccatum excludat, ita contingit in ſubitis iræ motibus quos primò primos vulgô nuncupant. 2. Sæpius minuere peccatum. 3. Poſſe tamen accidere vt peccati malitiam augeat, ſi nempè aliquem cædas eo fine, vt ad maiorem iracundiam prouoceris.

VI. Quæres 3. Huius lectionis fructus? R. Imaginationem ſedulò eſſe cohibendam cum ex illius perturbatione, magna iudicii peruerſitas oriatur; quare vitanda ſunt ea omnia quæ illam vehementer excitare ſolent, puta oculorum aſpectus, tactus, aliæque ſenſuum illecebræ, & occaſiones proximæ.

LECTIO XIII.

De cauſis Peccati externis ac 1. de dæmone.

I. ILLAS eſſe numero quatuor ſuperius annotaui, prima verò eſt dæmon de quo.

Quæres 1. *Quonam modo ſit cauſa peccati?* R. *Quatenùs* Deo ità permittente. 1. *Quidem* imaginationi falſas rerum ſpecies exhibet, quæ intellectui propoſitæ illius lucem obſcurant, ſicque voluntati fucum faciunt. 2. Commouet appetitum ſenſitiuum, excitando paſſiones locali humorum corporis motu. *D. Th. 1. 2. q. 80. a. 2.* Hic autem duo diligenter obſerua, fidelem, vt loquitur Apoſtolus, Deum non pati, vt vmquam ſupra id quod ipſo adiuti poſſumus, à Sathana tentemur, quin imò longè minores eſſe tentationis quam oblati auxilii, vires. *1. ad Chor. 10 v. 13.* 2. Idcircò diabolum non eſſe propriè peccati cauſam, ſed tantùm externam ac merè inducentem.

II. Quæres 2. An verum ſit, omnia peccata hominum ex diaboli ſuggeſtione proficiſci? R. 1. diabolum occaſionem eſſe omnis peccati, quatenùs primos parentes ad eam præuaricationem induxit, à qua omnes fœdiſſimam peccandi procliuitatem

ideò minori diligentià tibi cauendum eſſe.

LECTIO XIV.

De reliquis peccati cauſis exterioribus.

QVAERES 1. Quænam illæ ſint? R. 2. Peccati cauſam exteriorem, eſſe homines cum prauo exemplo, tùm verbis & conſiliis.

3. Creaturas rationis expertes, quæ variis illicebris ad peccandum obiectiuè inducunt.

4. Peccata, vt vocant, capitalia, quæ ſunt aliorum præcipui fontes & capita.

Quæres 2. Quid ex iſtis addiſcamus. R. Eum, qui alios exemplo aut verbo ad peccatum inducit, longè miſerrimum eſſe, quippè qui Diaboli artem exerceat mali artificis ſocius infœlix.

LECTIO XV.

De peccati mortalis effectibus ac 1. ex par Dei.

I. QVÆRES 1. Quot ſint pecca mortalis effectus? R. Propè inn meri explicabo tamen aliquos, m dò priùs aduerterim ex nouem capitib peti poſſe. Nimirùm 1. ex parte Dei, ſacroſanctæ humanitatis Chriſti Domini 3. Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, 4. Ang lorum, 5. Sanctorum, 6. Eccleſiæ, 7. an mæ noſtræ, 8. corporis, 9. Dæmonum.

II. Quæres 2. quinam ſint effectus pe cati mortalis ex parte Dei? R. Duo in pr mis, auerſio ſeu receſſus à Deo & conuerſi ad creaturam iuxta illud Ieremiæ c. 2. v de peccatore Deus ita conqueritur: *Du mala fecit populus meus, dereliquerunt m fontem aquarum viuentium & foderunt ſib ciſternas diſſipatas.*

III. Quæres 3. quodnam ex his malis gra uius ſit? R. 1. Nempe receſſus à Deo, iuxt mentem B. Franciſci Saleſij ſermone in Dominicam poſt Pentecoſten: in hoc, in quit, receſſu præcipuum peccati malum ſi tum eſt. Quod ex ſacrâ ſcripturâ his verbi aureis egregiè demonſtrat: admirandan prorſus iudico deſcriptionem, quam de pec catoribus habet vir non minùs patienti

quam prophetiâ illuſtris Iobus, *Qui dixerunt*, inquit, *Deo recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.* O eximium loquendi modum, ô deſcriptionem doctrinâ & pietate plenam, quæ peccatores hac circumlocutione ſignificat, qui dixerunt Deo, recede à nobis. *Iob. 21. v. 14.*

IV. Quæres 4. quâ ratione intelligi poſſit grauitas huiuſmodi effectuum, nempe auerſionis à Deo & conuerſionis ad creaturam? R. Si duas illorum circunſtantias notatu digniſſimas expendamus. Nimirùm quomodò & cur peccator à Deo ſuo recedat. Quomodò id eſt 1. cum magno contemptu, 2. pudendâ ingratitudine, 3. incredibili perfidiâ, & 4. horrendâ iniquitate.

V. Cur, nimirùm 1. vt ſordidæ voluptati & futilibus nugis adhæreat, 2. vt partes Sathanæ Dei & ſalutis noſtræ inimici ſequatur.

VI. Quæres 5. quos ex iſtâ lectione fructus eruemus? R. Hos duos 1. eſt ſingularis admiratio, quam nobis B. Fr. Saleſius l. 3. c.3. tract. de amore diuino ſuppeditat. Quis vmquam ſibi perſuadere poſſet rationalem creaturam ob leues culpæ illecebras à ſuo creatore ac ſummo bono velle recedere, ſanè obſtupuit cœlum. Et Deus ipſe, niſi perfecta fœlicitas obſtaret, deliquium ob tale facinus pateretur, vt olim mortali carne indutus, acerbâ crucis morte deceſſit ad nos ab illâ miſeriâ liberandos. Alter eſt, maximus peccati horror.

tranea quadam impulſione.

II. *Quæres* 2. quando nam voluntas ex malitia peccet. R. Cum intellectus nulla ignorantia laborat, nec appetitus ſenſitiuus vlla vehementi paſſione vrgetur.

III. *Quæres* 3. Grauitatem ac periculum hujuſce peccati. R. 1. Eſſe peccatorum omnium maximum vt pote maximè voluntarium, ſi quidem in eo perpetrando voluntas malum ex ſeipſa proſequitur, nec ad illud amplectendum, vlla paſſione vel aliquo alio mouetur.

2. Eſſe omnium periculoſiſſimum cum firmiùs ac diuturniùs voluntati adhæreat; nam facilius eſt pœnitere de peccato ex paſſione quam ex malitia profecto; cum paſſionis impetus citò deſinat.

VI. *Quæres* 4. Fructus doctrinæ traditæ. R. Ecce duos 1. cum voluntas ſit vna & vera peccati origo malè à nobis Satanam aliaſue creaturas, cum in illud incidimus, accuſari. Ille igitur error vitandus eſt, de quo etiam populus admoneri debet.

2. Cognitam peccati malitiæ grauitatem vt pote Dæmonum iniquitati ſimillimam, ſuper omnia fugiendam eſſe.

LECTIO XI.

De alijs peccati cauſis, ac præſertim de ignorantiâ.

I. QVÆRES 1. An præter voluntatem, aliæ peccatorum cauſæ aſſignentur. R. Quamuis propriè loquendo, peccatum à ſola voluntate, vt diximus, oriatur; aliæ tamen illius cauſæ communiter tradi ſolent, quæ voluntatem ad malum aliqua ratione mouent vel impellunt. Sunt autem duplicis generis, nimirùm internæ vt ignorantia in intellectu, paſſiones in appetitu ſenſitiuo, & externæ, numero quatuor, videlicet, dæmones, homines, creaturæ, peccata capitalia.

II. Quæres 2. An omnis ignorantia ſit cauſa peccati. R. Nequaquam, ſed ſolum illa, quæ vincibilis aut culpabilis appellatur. Quod vt melius capias.

Aduerte celebrem ignorantiæ, diuiſionem; ſi quidem alia eſt ignorantia juris ſiue naturalis, ſiue diuini aut humani, quà nempe ignoratur aliqua ex legibus diuinis humanis vel naturalibus. Alia dicitur ignorantia facti, qua laborat ille ruſticus, qui ſuperſtitiones quidem prohibitus eſſe nouit, ignorat tamen rem à ſe bona fide agi ſolitam, eſſe ſuperſtitionem. His poſitis dico ignorantiam vincibilem eam eſſe, quam

carnati verbi, Euchariſtiæ, prorſus ignorant; quod Chriſtianæ Doctrinæ diebus feſtiuis explicari ſolitæ non interfuerint.

IV. Quæres 4. Quis ſit huius lectionis fructus. R. Vt ſedulò plebeij moneantur, ignorantiam, qua ſe tutos apud Deum fore confidunt, vitio ipſis eſſe vertendam; ſi nempe illa quæ ſcire tenebantur & potuerunt, non ea qua par erat diligentia ediſcere ſtuduerint.

LECTIO XII.

De paſſionibus, item peccati cauſis.

I. QVAERES 1. Qua ratione paſſiones ſint cauſæ peccati. R. Duplici. 1. Quatenùs imaginationem perturbant, quæ deinde intellectui officit, ne de propoſitis objectis rectè iudicet: Par enim eſt ratio intellectus cum imaginatione, ac guſtus cum lingua; ſi quidem lingua noxij humoris fluxione laborans, guſtum malè affectum reddit, omniaque videbuntur amara ſi fluxio ex atra bile oriatur, aut ſaporem alterum præferent iuxtà humoris qualitatem. Ità ſi diuitias, voluptates, mundi pompam, &c. Iucundiſſima eſſe imaginatio repræſentet. Paria de illis iudicia feret intellectus, & falſa rerum imagine deceptus errorem ſuum detegere prohibebitur.

II. 2. In quantum paſſiones volunt-
tem alliciunt, quia cum ſit potentia cæ
& intellectus face ducatur, ſi ei proponat in
tellectus. Rem pulchram & bonam, faci
illam amplectitur.

Quæres 2. An toties peccetur quoti
paſſionum motus exurgunt? R. 1. Sic pa
ſionem interdum eſſe violentam, rationi
que vſum præuenire, vt omne peccatum
excludat, ita contingit in ſubitis iræ moti
bus quos primò primos vulgò nuncupant
2. Sæpius minuere peccatum. 3. Poſſe ta
men accidere vt peccati malitiam augeat, ſi
nempè alium cædas eo fine, vt ad maiorem
iracundiam prouoceris.

III. Quæres 3. Huius lectionis fru-
ctus? R. Imaginationem ſedulò eſſe co-
hibendam cum ex illius perturbatione
magna iudicii peruerſitas oriatur; quare
vitanda ſunt ea omnia quæ illam vehe-
menter excitare ſolent, puta oculorum aſ-
pectus, tactus, aliæque ſenſuum illecebræ,
& occaſiones proximæ.

LECTIO XIII.

De cauſis Peccati externis ac 1. de dæmone.

I. ILLAS eſſe numero quatuor ſuperius annotaui, prima verò eſt dæmon de quo.

Quæres 1. Quonam modo ſit cauſa peccati? R. Quatenùs Deo ità permittente. 1. Quidem imaginationi falſas rerum ſpecies exhibet, quæ intellectui propoſitæ illius lucem obſcurant, ſicque voluntati fucum faciunt. 2. Commouet appetitum ſenſitiuum, excitando paſſiones locali humorum corporis motu. Hic autem duo diligenter obſerua, fidelem, vt loquitur Apoſtolus, Deum non pati, vt vmquam ſupra id quod ipſo adiuti poſſumus, à Sathana tentemur, quin imò longè minores eſſe tentationis quam oblati auxilii, vires. 2. Idcircò diabolum non eſſe propriè peccati cauſam, ſed tantùm externam ac merè inducentem. D. Th. 1. 2. q. 80. a. 2. 1. ad Chor. 10 v. 13.

II. Quæres 2. An verum ſit, omnia peccata hominum ex diaboli ſuggeſtione proficiſci? R. 1. diabolum occaſionem eſſe omnis peccati, quatenùs primos parentes ad eam præuaricationem induxit, à qua omnes fœdiſſimam peccandi procliuitatem

ideò minori diligentiâ tibi cauendum eſſe.

LECTIO XIV.

De reliquis peccati cauſis exterioribus.

QVAERES 1. Quænam illæ ſint? R. 2. Peccati cauſam exteriorem, eſſe homines cum prauo exemplo, tùm verbis & conſiliis.

3. Creaturas rationis expertes, quæ variis illicebris ad peccandum obiectiuè inducunt.

4. Peccata, vt vocant, capitalia, quæ ſunt aliorum præcipui fontes & capita.

Quæres 2. quid ex iſtis addiſcamus. R. Eum, qui alios exemplo aut verbo ad peccatum inducit, longè miſerrimum eſſe, quippè qui Diaboli artem exerceat mali artificis ſocius infœlix.

nam prophetiâ illuſtris Iobus, *Qui dixerunt*, inquit, *Deo recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.* O eximium loquendi modum, ô deſcriptionem doctrinâ & pietate plenam, quæ peccatores hac circumlocutione ſignificat, qui dixerunt Deo, recede à nobis. Iob. 21. v. 14.

IV. Quæres 4. quâ ratione intelligi poſſit grauitas huiuſmodi effectuum, nempe auerſionis à Deo & conuerſionis ad creaturam? R. Si duas illorum circunſtantias notatu digniſſimas expendamus. Nimirùm quomodò & cur peccator à Deo ſuo recedat. Quomodò id eſt 1. cum magno contemptu, 2. pudendâ ingratitudine, 3. incredibili perfidiâ, & 4. horrendâ iniquitate.

V. Cur, nimirùm 1. vt ſordidæ voluptati & futilibus nugis adhæreat, 2. vt partes Sathanæ Dei & ſalutis noſtræ inimici ſequatur.

VI. Quæres 5. quos ex iſtâ lectione fructus eruemus? R. Hos duos 1. eſt ſingularis admiratio, quam nobis B. Fr. Saleſius l. 3. c.3. tract. de amore diuino ſuppeditat. Quis vmquam ſibi perſuadere poſſet rationalem creaturam ob leues culpæ illecebras à ſuo creatore ac ſummo bono velle recedere, ſanè obſtupuit cœlum. Et Deus ipſe, niſi perfecta fœlicitas obſtaret, deliquium ob tale facinus pateretur, vt olim mortali carne indutus, acerbâ crucis morte deceſſit ad nos ab illâ miſeriâ liberandos. Alter eſt, maximus peccati horror.

quâ Deum ob eandem cauſam de hominum creatione pœnitentem, ac dolore cordis intrinſecùs tactum repræſentat. Geneſ. 6. v. 6.

III. 2. Eorum quoque indignationem prouocat.

IV. Et 3. eorumdem protectione ac ſuffragiis priuat.

V. Quæres 3. quinam ſint effectus peccati mortalis ex parte Eccleſiæ, 1. triumphanti mala mox recenſita infert, 2. ignem Purgatorij accendit qui patientem excruciat, 3. excitat hæreſes, ſchiſmata & cœteras calamitates quæ militantem affligunt.

VI. Quæres 4. quid me doceant hæc omnia? R. Vt peccatum deteſteris.

LECTIO XVII.

De effectibus culpæ mortalis ex parte animæ.

QVÆRES 1. Effectus peccati mortalis ex parte animæ? R. Ecce tibi quinque 1. eſt macula quâ eam fœdat. Hæc autem macula conſiſtit in illius decoris priuatione, quem anima rationalis à Dei gratiâ mutatur.

Dices, quomodò contrahitur huiuſmodi macula? R. Id S. Th. 1. 2. q. 86. a. 1. hac ſimilitudine luculenter exponit. Vt veſtis, aliudue corpus nitidum ex contactu ſordidi corporis inquinatur nitoremque ſuum amit-

tit, pariter anima, quæ peccando creaturis adhæret, ſpirituali amoris illiciti tactu inficitur.

2. Animam pœnis æternis addicit, & ideò ſpoliat iure omni quod in patriam cœleſtem habebat.

3. Eam gratiâ, donis Spiritus ſancti, virtutibus infuſis, exceptâ fide ac ſpe omninò priuat. quod admirabilis Fr. Saleſius l. 4. de amore diuino c. 3. explicat ſimilitudine ductâ ex hiſtoriâ rebellionis quam Abſalon inſtituit aduerſus Dauidem, pater inquit, infœlix ab vrbe Ieruſalem cum omni amicorum turmâ exire coactus eſt, relictis in eâ Sadoch & Abiathar Sacerdotibus. Egregium verò miſeriæ peccantis exemplum: qui ſtatim ac mortali culpâ inquinatur, charitas ab eo cum omni virtutum ac donorum copiâ recedit, nihilque aliud in animâ ſupereſt, præter Sadoch videntem, id eſt fidei donum, & Abiathar id eſt ſpei dotem, quæ duæ virtutes in afflicta ciuitate remanent, vt fœderis arcam, nempe Chriſtiani titulum baptiſmo adeptum, in ea cuſtodiant. Dixi exceptâ fide ac ſpe; quod intellige, modò peccatum commiſſum non eis repugnet; nam ſi directè illis opponatur, vt infidelitas fidei, deſperatio ſpei; conſtat per eiuſmodi peccata, has etiam virtutes amitti.

l. 2. Reg. c. 15. a. v. 24.

4. Magnum intellectui damnum infert; nam 1. vires eius debilitat: 2. rationi caliginem ignorantiæ & erroris effundit.

5. Voluntati plurimùm nocet: quia 1. minuit natiuam eius inclinationem ad bo-

num. 2. ei magnam in actus vitioſos procliuitatem tribuit, cum in eam paſſiones illecebris plenas excitet.

Quæres 2. Fructus hinc eruendos ? R. 1. Stuporem noſtrum admirari debemus; qui tantus eſt, vt veſtis alicuius ſordes non ſine graui moleſtiâ patiamur, & omni prorſùs induſtriâ diluere curemus : animæ verò maculas & parùm vitare ſtudeamus, & contractas, in eâ hærere ſinamus.

2. Mirari etiam oportet, quare homines acerbiſſimos & æternos inferorum cruciatus, puniendæ mortali culpæ deſtinatos, leuiter pertimeſcant, qui tamen ab exiguis & momentaneis huius vitæ doloribus vehementer abhorrent.

LECTIO XVIII.

De effectibus peccati mortiferi ex parte corporis ac dæmonum.

I. QVÆRES 1. Effectus peccati mortiferi ex parte corporis ? R. Duos præcipuè aſſignari, 1. ei mortem accelerat, 2. illud etiam diuinæ iuſtitiæ flagellis obnoxium reddit.

II. Quæres 2. Eiuſdem effectus ex parte dæmonum ? R. Eſſe hos quatuor, 1. iniquam peccatoris cum dæmone ſocietatẽ nectit, 2. peccatorem Diaboli mancipium efficit. Imò quod durius eſt, 3. filium, 4. triumphi ma-

II. Dices, clariùs adhuc explica nocumentum accidentale charitati per culpam venialem illatum? R. Quatenus debilitat vel etiam impedit eius operationes & fructus quod tribus exemplis valde familiaribus declaro quæ de l. 4. c. 2. aurei tractatus de amore Diuino exſcripſi. 1. vt præſens adamas magnetem impedit ne ferrum trahat, quamuis hanc ei facultatem non adimat, cum ſimul ac remotum eſt impedimentum, pari virtute operetur; ita peccatum veniale charitati quidem vim agendi non ſubtrahit, ſed eam aliquatenùs intricat & ſterilem efficit. Alterum à cineribus deſumitur qui prunarum ignem occultant, ita vt ne quidem eius fulgor appareat, ſed non ideo extingunt: pari ſe ratione habet venialis macula erga ſacrum charitatis ignem. 3. ex frigidâ fluxione depromitur, quæ ſpirituum vitalium & animalium actionem inhibens, corpori paralyſim infert; pariter leuior noxa impediens charitatis operationes, non occidit quidem animam, ſed quaſi paralyticum reddit.

III. Quæres 2. quid ex hactenus dictis colligendum eſſe cenſeam? R. Vt peccatum veniale formidemus, nec more imprudentium dicamus cum ſe illius occaſio præbuerit: leuis eſt culpa, ideoque non ita ſcrupulosè vitanda.

LECTIO XX.

De altera peccati venialis effectu.

I. QVAERES alterum peccati venialis effectum? R. quod ad mortale diſponat, idque ratione triplici.

1. Ea remouendo quæ animam ab illius commiſſione abducerent: qualia ſunt peculiaria Dei auxilia cum interna tum externa, & quædam cum Deo familiaritas quæ à ſanctâ charitatis amicitiâ naſcitur: verùm culpa venialis ex magno Auguſtino ità decori animæ officit, vt ideo caſtis diuini ſponſi amplexibus indigna fiat. *Serm. 11. de Sanctis.*

II. 2. Ea velut admouendo quæ in mortale peccatum trahere poſſunt, v. g. tentationes aliaſque criminis illecebras.

3. Augendo procliuitatem in malum, quod maximè præſtat ſi ſæpiùs iteretur, id verò Eccleſiæ oraculum Auguſtinus hac egregiâ ſimilitudine illuſtrat. Nauis ita poteſt arenâ repleri, vt eam, licet ſingula grana parum oneris afferant, ingens tamen illorum copia ſubmergat: quam minutiſſima ſunt grana arenæ, quæ ſi ampliùs in nauem mittantur, mergunt illam vt pereat, inquit, D. Auguſtinus l. de 10. chordis c. 11. pariter quamuis culpæ veniales animam ſpirituali vita orbare non valeant, in eum tamen numerum excreſcere poſſunt, vt vix

gratiæ iacturæ vitetur : non quod multa peccata venialia conſtituant vnum mortale, hoc enim eſt impoſſibile, quamtumuis multiplicentur : ſed quia, vt rectè docet D. Thomas, augmentata diſpoſitione vel habitu per plures actus peccatorum venialium, intantum poteſt peccandi libido creſcere, vt facilis ſit caſus in peccatum mortale ; qui enim conſueuit voluntatem ſuam in minoribus debito ordini non ſubiicere, diſponitur ad hoc quod voluntatem ſuam non ſubiiciat in rebus grauioribus. *1. 2. qu. 88. a. 3.*

LECTIO XXI.

De gradibus quibus peruenitur ad peccatum.

I. QVÆRES 1. Quinam ſint huiuſmodi gradus ? R. Iſti quatuor nimirùm tentatio, cogitatio, delectatio & conſenſus, 1. nam in primis tentatio à dæmone, carne aliaue creatura immiſſa, proponit imaginationi & intellectui obiectum vetitum, quod ſuis illecebris delectationem in appetitu ſenſitiuo concitat, cui accedente conſenſu voluntatis peccatum conſummatur. Ita pius Thomas à Kempis l. 1. c. 13. de imitatione Chriſti expreſsè tradit his verbis primo occurrit menti ſimplex cogitatio, deindè fortis imaginatio, poſteà delectatio, & motus prauus, & aſſenſio ſicque paulatim ingreditur hoſtis malignus ex

toto, dum illi non reſiſtitur in principio.

II. Quæres 2. quænam in peccato animam firment & obſtinationi viam ſternant? R. Hæc quinque.

1. Ingrati animi vitium quo Deo de nobis optimè merito nullas referimus gratias, quin imò tam communibus quàm peculiaribus beneficiis ab illo acceptis horrenda peruerſitate abutimur.

2. Nimium rerum huius ſæculi ſtudium, quod affectum diuinorum excludit.

3. Mos in animo verſandi friuolas & inutiles cogitationes.

4. Peſſima conſuetudo aliorum peccata vulgandi, qua fit vt noſtrorum pudorem omnem amittamus.

5. Orationis ac piæ meditationis obliuio & contemptus.

Lectio Vltima.

De remedijs Peccatorum.

I. QVAERES I. quænam ſint peccati remedia? R. Ea eſſe duplicis generis: alia quidem peccato ſanando inſeruiunt, nempè contritio perfecta, & Sacramentum Pœnitentiæ: alia præcauendo nimirùm hæc 5.

1. Eſt ingens conatus animi ad veteres habitus expellendos, quos peccatum etiam condonatum in anima relinquit: quamuis

enim peccati macula remiſſione deleatur, manet tamen adhuc in anima quædam procliuitas in malum. Ponamus hominem exempli gratia, diù blaſphemiis, libidinibus aliiſque deditum; ille quidem ab omni culpa legitimè confeſſus abſoluitur: ſed non ideò liber eſt à prauis habitibus quos iterati criminum actus produxerunt, qui habitus velut priorum actuum veſtigia ad ſimiles actus inclinant. De modo autem expellendi malos habitus, dicetur quæſito ſequenti.

2. Occaſiones peccati fugere.

3. Sæpiùs audire vel legere Dei verbum.

4. Attentè meditari quatuor vltimos fines: naturam, cauſas, effectus peccati: maximè acerbiſſimam Chriſti Domini paſſionem; ſunt enim hæc meditationis argumenta omnium vberrima & vtiliſſima.

5. Frequenter nec ſine fructu diuinæ Chriſti menſæ accumbere.

II. Quæres 2. quonam pacto mali habitus expellentur? R. Si eis cogitatione verbo & opere obnitantur; v. g. ſi aliquis plura auaritiæ peccata commiſerit, ſeu nimiâ beneficiorum Eccleſiaſticorum cupiditate, ſeu furtis, vſuris.

1 Debet ſæpiùs meditari auaritiæ ſtupiditatem, quæ nos, vt cum B. Gregorio loquar, miniſteriis noſtris ſubeſſe cogit, neque enim eſt propter diuitias homo, vt eis ſeruiat, ſed diuitiæ proptèr hominem ſunt vt iis vtatur. 2. in morte omnia hæc relinquenda. 3. Debet etiam frequenter auaritiæ illiuſque fructibus detrahere: contemptum

verò diuitiarum aliaſue virtutes oppoſitas prædicare. 4. Sibi quoque vim inferat vt copioſas eleemoſynas largiatur: beneficiis abrenuntiet quæ iuxta conſcientiæ leges poſſidere non poteſt, & omninò liberalitatem ſectetur.

TRACTATVS III.

DE LEGIBVS.

LECTIO I.

De legis definitione.

I. QVÆRES 1. quid ſit lex? R. Eſt regula ſeu conſtitutio in bonum publicum à ſuperiore communitatis lata, quæ obligat ſubditos ad ſui obſeruationem, cum ritè illis promulgata fuit. Explico definitionem, dicitur 1. regula, quia lex debet eſſe iuſta, paſſimque talis credenda eſt.

2. In bonum publicum lata; neque enim ſuperiores ſuâ poteſtate gaudent vt ſubditis noceant, ſed potiùs vt illorum commoda curent.

3. A ſuperiore communitatis, quia lex eſt actus iuriſdictionis in ſocietatem publicam: quare paterfamilias, ſi exactè loquamur, non poteſt domeſticis ſuis leges decernere ſed præcepta; quamuis enim œconomicâ poteſtate gaudeat, non tamen politicâ ſeu iuriſdictione, quæ ſolum publicas & perfectas communitates reſpicit, non autem imperfectas, vel vt clariùs dicam, partes communitatum perfectarum.

Dixi 4. quæ obligat vt diſtinguerem leges à ſuperiorum conſiliis.

5. Cum ritè promulgata illis fuit: quia nemo ad id quod ignorat, teneri poteſt.

Obſerua tamen 1. non opus eſſe vt lex ſingulis promulgetur, ſed tantùm proceribus aut pleriſque, vel etiam in locis publicis quò maior populi multitudo conuenire ſolet.

2. Neceſſe neceſſarium, vt ſcripto intimetur; cum viua, vt aiunt, vox abundè ſufficiat.

II. Quæres 2. An vltra legis promulgationem, eius acceptatio requiratur? R. 1. Quod ad leges diuinas attinet, non requiri huiuſmodi acceptationem, cum Deus vtpotè omnium creator in omnes homines dominium deſpoticum habeat, quale nimirùm eſt Domini ad ſeruum.

2. Si autem de humanis legibus quæras? R. Probabilius eſſe illas cum iuſtæ fuerint ſeclusâ etiam acceptatione obligare, modo ea ſit ſuperiorum voluntas. Quia ſuperiores habent facultatem condendi leges nullâ ha-

bitâ ratione approbationis ſubditorum, alioqui ſubditi maiori autoritate pollerent, quod planè abſurdum eſt. Dixi, modo ea ſit ſuperiorum voluntas: nam ſi legem à ſe conditam obligare nolunt antequam à ſubditis acceptetur, nemo in tali caſu ad eam obſeruandam teneretur ante huiuſmodi acceptationem.

Dices quænam eſt re ipsâ ſuperiorum intentio? R. 1. Illos paſſim, ſed in primis Eccleſiæ Præſules, velle ſubditos ad legum ſuarum acceptationem obligare; quam ſi dare abnuant, peccati reos eſſe concedimus.

2. Cenſeri tamen nolle adſtringere poſteritatem illorum qui leges non acceptarunt. Quia 1. id magis conſentaneum videtur ſuauitati regiminis. 2. Alioqui ſubditis peccati occaſio præberetur, ac ſuperiorum poteſtas, quæ ob inferiorum ædificationem & commodum inſtituta fuit, cederet in eorum ruinam. Vnde colligas, eos, qui Concilij Tridentini decreta in Regno Galliæ minimè acceptata non ſeruant, nullius culpæ reatum incurrere: quamuis illi, qui eadem ipſis olim promulgata recipere abſque legitimâ causâ noluerunt, grauiſſimè deliquerint.

LECTIO

LECTIO II.

De legum diuiſione.

QVAERES 1. Quomodò leges diuidantur? R. 1. Diuiduntur in naturalem & poſitiuam. Illa eſt quam lumine rationis dictante ſequi tenemur; puta quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris: iſta nobis ab aliquo ſuperiore iniungitur.

2. Lex poſitiua, alia eſt diuina, quæ nempè Deum habet authorem: alia verò humana, nimirùm ab hominibus lata.

3. Diuina ſubdiuiditur, in Moſaicam quæ à Deo quidem præſcripta, à Moïſe velut eius præcone Iſraëliticis promulgata fuit, ac Euangelicam, quam Chriſtus Ieſus, dum inter homines verſaretur, indixit.

4. Humana verò alia eſt eccleſiaſtica ſeu canonica quam Eccleſiæ Præſules, ciuilis alia, quam Reges & Magiſtratus ferunt.

5. Tandem lex vniuerſim ſumpta diuiditur in affirmatiuam & negatiuam. Prior aliquid faciendum iubet, vt Dominum Deum tuum adorabis: poſterior alicuius rei omiſſionem præcipit, vt non occides.

QVÆRES 2. Quonam pacto affirmatiuam legem à negatiua diſtinguemus? R. Diligenter obſeruandum eſſe, non ita diſtingui poſſe: vt affirmatiua cenſeatur quæ verbis affirmatiuis conſtat: negatiua, quæ nega-

tiuis; hæc enim regula fallit, ſi quidem dantur leges negatiuæ, quæ verbis affirmatiuis exponuntur: v. g. Iſta, quæ vigilijs & quatuor temporibus jejunium indicit, negatiua eſt, licet affirmatiua ex terminis videatur; cum Eccleſia hoc præcepto nobis quodam actu interdicat: idem enim eſt dicere, tali die iejunabis, ac, ſemel tantum comedes.

Ex aduerſo lex iſta, nullus clericus abſque habitu clericorum incedat, affirmatiua eſt: quamuis prima fronte negatiua ex verbis appareat; cum ea quædam actio præſcribatur, nimirum geſtare habitum clericalem.

Dices quodnam inter has duas leges diſcrimen intercedit? R. Duplex. Primum ex dictis clarè deducitur: quod nempe, affirmatiua rem aliquam præcipiat, negatiua prohibeat, alterum eſt quod negatiua obliget, vt aiunt, ſemper & pro ſemper, non autem affirmatiua exempli cauſa, iſtud decalogi mandatum affirmatiuum, adorabis Dominum Deum tuum, nos minime ad Deum ſemper & pro ſemper, id eſt abſque vlla intermiſſione adorandum adſtringit, hoc enim omnem humanæ fragilitatis modum ſuperat. Sed iſtud negatiuum; non adorabis Sathanam, obligat ſemper & pro ſemper atque omni temporis momento, cum numquam liceat Diabolum adorare.

LECTIO III.

De materiâ Legum.

I. QVAERES 1. *Quænam ſit materia legum?* R. Eſſe actus humanos, bonos aut malos, quos leges imperant vel prohibent.

II. Quæres 2. Vtrum actus interni ab humana lege præcipi aut vetari poſſint? R. Non directè, nimirùm ſi præcisè vt tales attendantur, ſed ſolùm indirectè: quatenùs cum externis neceſſariò connectuntur. Nam licet Eccleſia de actibus merè internis iudicare, eorumque cauſa pœnam vllam infligere non poſſit, hoc tamen, indirectè poſſe certiſſimum videtur, quando externi ab internis neceſſariò pendent, aut ſine illis nulla ratione poni poſſunt. Atque vt rem exemplis aperiam. Eccleſia præcipiens Clericis vt Breuiarium recitent, & omnibus fidelibus vt ſemel in anno peccata Sacerdoti exponant, deuotam mentis attentionem ſine qua oratio eſſe non poteſt, iniungere cenſetur, vt etiam internum animi dolorem ac eorum declarationem peccatorum quæ in abſtruſiori mentis angulo peracta ſunt: cum abſque his duobus nulla poſſit confeſſio admitti, quæ veram ſacramenti rationem obtineat.

III. Quæres 3. quid inde colligemus?

R. Hæc duo, 1. Clericos qui diuinum officium cum graui ac libera mentis euagatione recitarunt, ad iteratam eiuſdem officij recitationem teneri: quam ſi negligant ac beneficio gaudeant, ad reſtitutionem fructuum obligantur.

2. Sacrilegè confeſſos, Eccleſiæ præcepto de confeſſione annua, minimè ſatisfeciſſe & ideò ad repetendam confeſſionem teneri.

LECTIO IV.

De illis qui legibus parere tenentur.

1. QVæres 1. Quinam leges obſeruare debeant? R. *Qui vſu rationis gaudent ac legitimæ poteſtati ſubduntur.* Dixi 1. qui vſu rationis gaudent, ſi enim illo careant, vt pueri nondum adulti, aut mentis impotes, nullis omninò legibus alligantur, cum ſatis conſtet eam eſſe legiſlatorum intentionem; vnde illi quos in exemplum adduximus, poſſunt licitè veſci carnibus aut ouis in quadrageſima; ſi tamen probabiliter dubitetur, an puer rationis vſum attigerit, & ſupponatur aliunde ſeptennis, non ei poſſent cibi vetiti porrigi, quia ſeptennio completo, rationis vſus adeſſe præſumitur, quamuis non ſemper ita contingat.

Dixi 2. Et legitimæ poteſtati ſubduntur

vt obſerues eos qui alicuius ſuperioris iuriſdictioni non ſubſunt, legibus ab eo ſancitis non teneri. Quare Turcæ & alij qui numquam baptizati ſunt, etſi Eccleſiæ præcepta violent, vt abſtinentiam carnium diebus quadrageſimæ, nullum ideò peccatum committunt: cum enim extra Eccleſiam, vtpote nondum baptizati, ſupponantur, ab eius legibus & authoritate ſunt liberi.

Quæres 2. An Superiores legibus à ſe vel deceſſoribus latis obedire teneantur? R. Negatiuè ſi de vi coactiuâ loquamur, cum ad huiuſmodi obſeruationem cogi non poſſint, nec pœnas tranſgreſſoribus decretas incurrant. Affirmatiuè verò, ſi de obligatione directiuâ ſeu quadam æquitate ac decentiâ ex ipſo iure naturæ ortâ, ſermo ſit.

Dixi 1. vi coactiuâ non teneri, quia ex dictis quæſito huius lectionis primo vt quis aliquâ lege adſtringatur, debet legiſlatoris authoritati ſubeſſe.

Dixi. 2. vi tamen directiuâ obligari, eſt enim æquitati valdè conſentaneum, vt ſuperior exemplo magis quam verbo, ſubditos ad legum obſeruationem accendat.

Quæres 3. huiuſcè lectionis fructum? R. Cum habentes vſum rationis ad leges obſeruandas teneantur, monendos eſſe parentes, vt à liberis iam adultis miſſam diebus feſtis piè audiri curent; ac eoſdem tempore vetito, lacticinijs, ouis; carnibus veſci non patiantur.

LECTIO V.

Ad quas leges peregrini obligentur,

QVAERES 1. tenenturnè peregrini leges ſuæ patriæ obſervare, cum verſantur in locis vbi illæ non vigent? R. Nequaquam 1. Quia leges aut conſuetudines locorum ſunt quaſi affixæ ſingulis locis, vnde ſubditos alibi verſantes obligare non poſſunt. 2. *Ita* S. Ambroſius & Auguſtinus canone illâ diſt. 12. citati, exiſtimant: qui poſterior refert Ambroſium à ſe aliquando conſultum reſpondiſſe, cum Romam venio, ſabbatum ieiunio, cum medionali ſum, non ieiuno: quo die ieiunium mediolani non ſeruabatur.

quæres 2. An peregrini tenentur ſeruare leges locorum per quæ tranſeunt, ſi huiuſmodi leges in ſuâ patriâ non vigeant? R. Vt hæc quæſtio clarius enodetur aduerte peregrinos in locis extraneis verſantes, multiplicis generis eſſe poſſe 1. *Ita* ut ſint viatores qui hâc tranſire dumtaxat vel ſaltem ibi paucos dies commorari velint. 2. vt ibi perpetuum domicilium figere cupiant. 3. Vel maiorem anni partem degere ad varias res agendas 4. Aut minorem puta tres quatuorvè menſes. 5. Ità vt vagi ſint ac nullibi fixum habeant domicilium.

His præmiſſis dico 1. Viatores, paſſim ad

Digitized by Google

leges locorum per quæ tranſeunt obſeruandas teneri, paſſim inquam, ſi enim exactè loquamur, cum incolæ illius loci non ſint, legibus in eo vigentibus directè adſtringi nequeunt, vndè tantum ratione ſcandali quod incolis loci ſubminiſtrarent, obligari cenſentur.

Dico 2. Illos, qui domicilium eo loci figere cupiunt, procul dubio teneri ad leges ibi vigentes, cum reuerâ incolæ cenſeantur.

Dico 3. Eos qui per maiorem anni partem alicubi degere volunt, puta vt litem perſequantur, teneri legibus talis loci, quia duplex domicilii genus à Doctoribus aſſignatur, aliud abſolutum, parœciale aliud, 1. ab incolis loci contrahitur, alterũ ab iis qui maiorem anni partem in eo loco tranſigere cupiunt. Quod poſtremum domicilii genus parœciale dicitur, quia hominem reddit parœcianum, iuſque illi tribuit omnia ibidem Sacramenta percipiendi (ordine ſolum excepto) ac ſepulturâ gaudendi Eccleſiaſticâ. Vnde oritur eiuſdem territorij legibus parendi obligatio. Itá ſcolares, famuli, mercatores qui per maiorem anni partem alicubi commorantur, eo loci parœciale domicilium contrahunt.

Dico 4. Qui minorem anni partem in loco aliquo tranſigunt, teneri ad leges illius loci; nam cum ex dictis viatores huiuſmodi legibus adſtringantur, idem potiori iure de iſtis affirmari debet.

Dico 5. Vagos etiam obligari ad leges lo-

eorum per quæ tranſeunt: quia hoc expedit eorum ſaluti & communitatum bono, quod ſanè poſtulat vt ipſarum leges ab omnibus ibi verſantibus obſerventur.

Quæres 3. quinam ſit huius lectionis fructus? R. Vt Eccleſiæ Præſulibus nullo vitio vertatur, cũ pœna pecuniaria vel alterius generis afficiunt extraneos legum ſuæ Diœceſeos tranſgreſſores V. G. Qui nundinas agunt, pecus vendunt aut merces exponunt in aliqua paræcia, vbi loci patronus annua feſtiuitate celebratur.

LECTIO VI.

De obligatione legis iniuſtæ.

QVAERES I. Vtrum lex iniuſta obliget? R. Et Dico 1. non debemus abſque vrgenti ratione legem iniquam æſtimare, vel etiam ſuſpicari, niſi certò de illius iniquitate conſtet.

2. Quod ſi liquidò non conſtet, ſed ſolum dubitetur, iuſta lex præſumi debet, cum fauere ſuperioribus æquum ſit.

3. Si autem de legis iniuſtitia conſtet, eam nemo tenetur implere, niſi fortè hinc graue ſcandalum aut aliud reipublicæ damnum pertimeſcat. Dixi 1. eam à nemine ſeruandam, quia cum iniuſta ſupponatur, non recta ratio agendorum ſed potius aberratio cenſenda eſt.

Dixi 2. niſi obſtet ſcandalum: nam omnia bono publico cedere debent.

Quæres 2. Quot modis lex iniqua eſſe poſſit? R. Quatuor 1. Cum legi diuinæ repugnat. 2. Cum bono publico aduerſatur 3. Cum ſuperioris facultatem excedit.

4. Cum materialiter, vt vocant, iniuſta eſt. Quod accidit cum falſa præſumptione nititur: ſi quidem lex pari modo ſe habet in hac parte, ac iudicis ſententia; quam falſa preſumptione innixam reus implere non tenetur. ponamus enim ioannem à iudice dãnatum ad aureos decem Petro ex commẽtitia ſingrapha petenti ſoluendos, iudex quidem probabilem ſed falſam omninò ſententiam dat, cui ioannes idcirco non tenetur in conſcientia obedire.

LECTIO VII.

De iuſtarum ligum obligatione.

I. QVAERES 1. An omnes iuſtæ leges ſub pœna peccati obligent? R. Ita eſſe, humanis illis exceptis quas purè pœnales vocant.

II. Quæres 2. Quid per legem pœnalem intelligamus? R. 1. Dari leges humanas quæ preceptiuæ ſimul ac pœnales vocantur, nimirum illas quæ iubent aut prohibent aliquid, pœna cenſuræ, vel alterius rationis intentata.

2. Dari quoque leges merè pœnales, quæ huiuſmodi ex tribus circunſtantijs, æſtimari poſſunt. 1. Si res vetita ex ſe mala non fuerit. 2. Bono publico minimè noceat. 3. Superior nolit eam in conſcientia id eſt ſub pœna peccati obligare, ſed pœnam dumtaxat infligere.

III. quæres 3. Ad quod peccatum obligent humanæ leges? R. *Iuxta* probabiliorem ſententiam, leges etiam ciuiles ad peccatum mortale interdum obligare, non modo ad pænam impoſitam vel arbitrariam ſubeundam, niſi merè pænales ſint.

Dices quonam pacto dignoſcemus, humanæ legis tranſgreſſores mortalem culpam aut venialem incurrere? R. Id eſſe colligendum ex mente legiſlatoris, materiæ grauitati adiuncta, nam ſi hæc duo in aliqua lege reperiantur, ea non poteſt ſine crimine violari, ſecus dicendum ſi hæc duo aut vnũ ex illis deſint. *Ita* qui feſtivo die ſeruiliter duas horas operaretur, peccati letalis reus eſſet quia talem eſſe mentem Eccleſiæ feſti ſanctitas perſuadet, aliundè materia grauis æſtimatur, ſed qui ſervili operi vnum quadrantem inſumeret, ſolum venialiter peccaret tum ob materiæ leuitatem, tum quod Eccleſia cenſeatur nolle grauius obligare.

Digitized by Google

LECTIO VIII.

An dentur humanæ leges quæ in foro dumtaxat exteriori obligent aut vice verſa.

I. QVÆRES an dentur humanæ leges in foro tantum externo, id eſt coram hominibus obligantes, non autem interno, id eſt in conſcientia & coram Deo, vel contra.

R. Dari huiuſmodi leges, maximè illas, quæ præſumptione nituntur; earum autem duo ſunt genera interdum enim ſuperiores quædam fieri iubent aut prohibent, aliquam in ſingulis caſibus adeſſe circunſtantiam præſumentes, quia paſſim adeſſe ſolet: E. G. ſtatuit princeps ſoluendum eſſe lucrum, quod intereſſe vocant, creditori debitorem in ius vocanti: quia præſumit creditorem ideo repetere debitum, vt ipſi, commercio vel alia ratione licita fructum aliquem pariat; vnde abnuentem ſoluere debitorem eiuſmodi lucro multat vt creditoris lucrum ceſſans aut damnum emergens ex ſolutionis mora, compenſetur.

II. Contingit etiam aliquando ſanciri aut vetari quædam à ſuperioribus, vt multiplici fraudi aliiſque incommodis, quæ in variis rebus accidere poſſent, occurratur; ita ius ciuilè, teſtamenta, quæ in ſcriptis vel clauſa vocant, irrita eſſe ſanxit, niſi adhibiti fuerint 7. Teſtes, quod præſumat va-

rias in eis fraudes poſſe committi, ſi huiuſmodi ſolemnitates defuerint.

His autem ſuppoſitis dico ſi præſumptio cui lex innititur falſa ſit, id eſt, ſi quod à legiſlatore præſumitur in aliquo ſingulari caſu non contigerit, lege in conſcientia non adſtringimur; vndè ſi creditor debitum repetens, nullum damnum patiatur aut nullo lucro ceſſante priuetur, puta ſi pecuniam in arca ſeruare velit, nihil vltra ſortem accipere tutâ conſcientia poteſt, quamuis intereſſe ei iudex addixerit. Cum enim legiſlatoris præſumptionem hic veram non eſſe conſtet, lex in ea fundata creditori nulla ratione ſuffragabitur, quarè nec vi illius vſuras accipere poteſt, nec eas debitor ſoluere tenetur. Pariter ſi Petrum hæredem à Ioanne ſcriptum, quamuis in teſtamento iuris ſolemnitate carente, ſupponas; dico eum iuxta probabiliorem ſententiam, hereditatem ſeruare poſſe, cum teſtamentum, in foro interno validum ſit, tametſi nullum in foro exteriori, lex enim in iſto caſu falſa nititur præſumptione, ſi quidem vt ſupponimus, *Ioannes*, Petrum abſque vlla fraude hæredem inſtituit, hæres item qui non confecit inuentarium, teſtatoris legata ſoluere non tenetur ſi vires hæreditatis excedant ſimiliter qui abſque vlla culpa Theologica domum incendiſſet eique multam iudex ad reſarciendum damnum irrogaſſet, ab huiuſmodi onere in foro conſcientiæ abſoluitur, quod in hoc caſu lex vel ſententia falſæ præſumptioni innitatur, caueant illi ſolum ne ſibi forte plus æquo indulgeant.

Digitized by Google

III. Alterum genus legis obligantis in foro conſcientiæ tantum, non autem in foro externo, eſt huiuſmodi cum ſuperiores politici legem aliquam tulerunt ad lites amputandas, qua priuant creditores actione ſeu iure debitum legitimum repetendi, ac debitoribus ius excipiendi concedunt, V. G. conſtitutiones regiæ in gallia decernunt mercatorem qui non putauerit intra certum tempus rationem cum ſuis debitoribus, omni iure debita repetendi Caſurum; quod tamen in foro conſcientiæ non eſt ratum, nam illi debitores mercatori debitum ſoluere coram Deo tenentur.

LECTIO IX.

An leges humanæ pœnales ante ſententiam iudicis obligent.

I. QVÆRES an obligent in conſcientia humanæ leges pœnales, ad ſubeundam pœnam ipſo facto inflictam, ante ſententiam iudicis? R. Vt huius dubij ſolutio benè percipiatur nota 1. dari pœnas quæ ſinè aliqua rei actione non poſſunt executioni mandari, vt ſi lex aliquem ipſo facto ad reſtituendum aſtringat. Dari etiam alias quæ ſinè vlla rei actione impleri poſſunt vt cum lex aliquem contrahendi aut beneficium acquirendi facultate priuat.

Nota 2. Ex ijs pœnis, quæ ipſo facto incurruntur & abſque rei actione impleri nequeunt, alias eſſe grauiſſimas, qualis cenſetur officij vel beneficij priuatio, bonorum omnium iactura & alias eſſe leuiores, vt quæ ad fructuum reſtitutionem obligat Beneficiarios non reſidentes aut Breviarium non recitantes.

His ità præmiſſis, dico pœnas grauiſſimas quæ niſi reus aliquid agat, executioni mãdari nequeunt ante ſententiã iudicis non obligare, quamuis lex pœnam decernat ipſo facto incurrendam; alias enim leges nimia ſeueritate conſtarent: ità reus lœſæ maieſtatis alteriuſuè delicti, cuius bona, lex ipſo facto principi adiudicat, non tenetur ea fiſco deferre, nec illa niſi poſt iudicis declarationem amittit.

Dices quonam pacto dignoſcemus eam eſſe legiſlatoris mentem, vt pœnam reus ante iudicis ſententiam ipſo facto incurrat? R. Id colligendum ex verbis ipſius legis, nam ſi vel iſtis aut ſimilibus vtatur, ipſo facto, abſque aliâ declaratione, abſque aliâ monitione, aut reſtituere teneatur, reſtituat in conſcientia, non faciat fructus ſuos perſpicui argumenti eſt legiſlatorem velle vt pœnam reus non expectata condemnatione ſubeat.

Digitized by Google

LECTIO X.

De modo parendi legibus.

I. QVAERES I. An teneamur aliquid agere vltrà ſubſtantiam actus à lege preſcripti? R. Nequaquam, obſeruandum tamen eſt modum implendi legem aliquando pertinere ad eius ſubſtantiam, aliàs non res exemplo declaratur: Eccleſiæ clericos in ſacris cõſtitutos aut beneficio gaudentes ad officij diuini recitationem obſtringit, atqui attentio eſt legitimus rectè orandi modus, nam eâ carens oratio nomine orationis prorſus indigna foret, ergo modus implendi legem, in hoc caſu ad illius ſubſtantiam ſpectat. Idem aſſerendum eſt de præcepto annuæ confeſſionis, nam ſi quis abſquè dolore confiteretur, modus huic confeſſioni deeſſet eſſentialis, vt potè quæ contritione carens, ad Sacramenti rationem non pertingat, ex aduerſo qui tempore Paſchali ſacram Euchariſtiam indignè ſuſciperet, peccati quidem lethalis reatum incurriſſet, mandatum Dei violando quo ſanctè ad hoc tremendum Miſterium accedere iubemur; ſed Eccleſiæ præcepto ſatisfeciſſet, quia eius ſubſtantiam licet non modum impleuiſſet, quæ in ſolâ corporis Domini manducatione conſiſtit.

II. Dices, intendit Eccleſia vt dignè huic

ſacre conuiuio accumbamus, ergo cum iſte huic Eccleſiæ intentioni non paruerit, nec eius mandato paruiſſe videtur ? R. Finem præcepti non cadere ſub præceptum.

III. Quæres 2. An requiratur intentio ſatisfaciendi legi ? R. id non eſſe neceſſarium, ſed ſufficere vt rem à lege præceptam exequaris ; vndè fit, eum qui ex deuotione miſſam die feſtiuo audit : proponens aliam iterum audire vt Eccleſiæ præceptum obſeruet, minimè peccaturum, quamuis alteri miſſæ intereſſe noluerit ; tunc enim ſatis eſſet, vt auditâ miſſâ Eccleſiæ mandato ſatisfeciſſe vellet : imò licet obliuiſceretur, nec quidquam de iſtâ voluntate cogitaret, nullatenus tamen peccaret, niſi forſan expreſſè diceret apud ſe, nolo hactenus auditâ miſſâ Eccleſiæ præcepto paruiſſe, aliam iterumque audire, nam ita ob formalem Eccleſiaſticæ legis contemptum, grauiſſimè peccaret.

LECTIO XI.

De legis abrogatione.

I. QVAERES 1. Quotnam modis lex deficere poſſit ? R. Quatuor 1. reuocatione. 2. Lege contrariâ. 3. conſuetudine legitimè introductâ, & 4. infra recenſendo.

Quæres 2. Quid intelligam per conſuetudinem legitimè introductam ? R. eam quæ

conſtat hac duplici conditione. Prima eſt vt non aduerſetur iuri naturali aut diuino; cum enim ab hominibus conſuetudo inducatur, iuri naturali aut diuino, quæ vtraque humano ſuperiora ſunt, derogare non poteſt vnde ſequitur fæminas quæ nudum pectus geſtant, malè ſe conſuetudine tueri; quia ſcandalum proximo generant, quod vtroque iure naturali ac diuino prohibetur. Altera eſt vt notabili temporis ſpatio viguerit.

II. Dices aſſigna illud ſpatium? R. 1. Cum ſuperior videt conſuetudinem ac tolerat, modico tempore opus eſſe, vt eâ lex abrogari cenſeatur. 2. At ſi conſuetudinem ſuperior ignoret; dico eâ legem non acceptatam poſt decennium abrogari, ſiue lex ciuilis, ſiue Eccleſiaſtica fuerit. acceptatam vero & ciuilem, poſt decennium, Eccleſiaſticam vero poſt annos 40. vt fert opinio probabilior, extingui.

III. Quæres 3. Quartum abrogationis modum? R. Cum omnia motiua, quæ ad legem ferendam impulerunt, pro totâ communitate ceſſant; ratio eſt, quia tunc temporis ſuperior nihil de legis obligatione curat; Dixi tamen 1. Cum omnia motiua ceſſant, etenim ſi aliqua tantum ceſſarent: non ideò lex abrogaretur; vndè colligas eum, qui ieiunijs alijſque aſperitatibus, carnis ſuperbiam domuiſſet, vel inſigni gratiæ dono ſenſu libidinis omni careret, vt Doctori Angelico poſt meretricem titione fugatam contigiſſe legimus, eum inquam, Eccleſiaſticâ ieiunij lege non fore abſolutum, licet

enim afflictatio carnis Eccleſiam ad ieiuniũ præſcribendum impulerit, non tamen ſola; cum ob alias etiam cauſas, puta ob virtutes comparandas, maiorem meriti cumulum acquirendum, ad id iubendum inducta fuerit.

IV. Dixi 2. Cum ceſſant omnia legis motiua pro tota communitate; nam ſi pro vno tantum vel altero ceſſent, lex adhuc vigere non deſinit. Vnde inferas Clericum huius diœceſeos cum ſclopo venantem, ita tamen vt ſe à nemine videri, proindeque nulli fore ſcandalo certus eſſet; grauiter peccaturum; quamuis enim ſynodale decretum ferreas fiſtulas, & alia id genus Clericis ob ſcandalum vetuerit: illud quidem motiuum pro iſto clerico ſed non pro aliis ceſſat.

V. Quæres 4. Quinam ſit huius lectionis fructus? R. Notandum eſſe; quod licet fine legis ceſſante, lex modo explicato deficiat, non ideò tamen abrogari legem eius causâ effectiuâ deſinente, ſeu quod idem eſt, defuncto legiſlatore, vt Suares l. 1. de legibus 1. cap. obſeruat. Quare illi Clerici multum hallucinantur, qui vt ſuæ viuendi licentiæ aſſententur, decreta Epiſcopi ſynodalia eo mortuo abrogari contendunt.

TRACTATVS IV.

In Decalogum.

LECTIO I.

De definitione Decalogi.

I. QVÆRES 1. Quid ſit decalogus? R. 1. Eſſe nomen græcum, quod venit ab his duabus vocibus nempè δέκας ſeu decem, & λόγος id eſt ſententia & effatum: quia decem præceptis conſtat.

R. 2. Eſſe ſummam legum omnium quas Deus hominibus impoſuit. Dicitur 1. ſumma, quod omnia, quæ Chriſtus in Euangelio mandauit, expreſsè non contineat, ſed ad illum, ea facilè reuocentur. 2. legum quas Deus quod ipſe Deus Angelorum miniſterio decalogum in tabulâ duplici eaque lapideà deſcriptum Moyſi dederit; quarum tabularum prior tribus primis mandatis ad Deum pertinentibus conſtabat, poſterior verò ſeptem aliis, quæ ad proximum ſpectant: quare decalogus omnia chriſtiani munia ſummatim continet, non ſecùs ac ſymbolum omnia credenda, &

oratio dominica, petenda complectitur.

II. Quæres 2. *Qua ratione decalogus omnia chriſtiani officia complectatur?* R. 1. ex D.Th. 1.2. q. 1000. art. 5. notandum eſſe, quod ſicut humanæ leges ordinant hominem ad communitatem ciuilem, ita diuinæ ordinant homines ad communitatem ſeu rempublicam ſub Deo quæ dicitur Eccleſia. Vt autem in aliqua communitate rectè homines viuant, operæ pretium eſt vt reipublicæ capiti ac membris debita ſingulis officia præſtent; ideò decalogus chriſtianis modum præſcribit quo ſe tum erga Deum, tum erga proximum bene gerant. Quia verò tria ſuperiori ſubditus debet, nimirum fidelitatem, reuerentiam & obſequium, hæc Deo tribus primis decalogi præceptis Chriſtianus exhibere tenetur: nam 1. ſubditi fidelitas in eo poſita eſt vt nullum alium à ſuo, principem agnoſcat, & hoc 1. præcepto iniungitur: vnum cole Deum. 2. Reuerentia principi à ſubdito debita exigit vt nullâ eum afficiat iniuriâ, quod ſecundo præcepto iubetur, nec iures vana per ipſum. 3. Subditus obſequium Regi præſtare debet ob gratiam protectionis acceptam, quare tertium præceptum ſabbati obſeruationem iubet, ad creationis beneficium recolendum.

III. R. 2. Cum eodem Angelico Doctore, vt quis erga proximum ſe rectè gerat, alia quidem illi peculiaria, & alia generalia officia reddere debet. Peculiaria debentur illis, quibus potiori nomine de-

mur, nimirùm parentibus, vnde quarto præcipitur habeas in honore parentes. Generalia omnibus exhibenda poſtulant vt nemini opere, verbo ac mente noceamus. Quia verò illi, opere nocere poſſumus 1. in propria perſona ideò quinto vetatur homicidium. 2. In perſona ei coniuncta, proinde ſexto mœchia prohibetur, 3. in bonis, vnde ſeptimum furto interdicit.

Et quia proximo nocumentum verbis inferri poteſt, ideò falſùm teſtimonium octauo vetatur. Ac tandem quia cogitatione eidem nocere poſſumus, idcircò duobus vltimis præceptis, alterius boni vel vxoris concupiſcentia prohibetur.

LECTIO II.

De neceſſitate obſeruationis decalogi.

1. QVAERES I. An ſit neceſſarium ſeruare mandata Dei? R. Vt clariùs reſpondeam, ſuppono dari tria neceſſitatis genera, 1. alia dicitur naturalis quæ in rationis expertibus reperitur; agunt enim naturæ inſtinctu, aut externa impulſione quæ ad agendum cogit, ſiquidem omni prorſus libertate carent. Sed cum iſta neceſſitas in hominibus locum non habeat, non eſt illis hoc ſenſu neceſſarium, diuina ſeruare mandata. 2. Altera dicitur moralis vel obligationis, quæ ſcilicet oritur

ex præcepto Superioris; conſtat autem hoc ſenſu diuinæ legis obſeruationem eſſe omninò neceſſariam.

3. Datur alia neceſſitas ex ſuppoſitione finis v. g. ſi cupiat ægrotus ſanus fieri, medico parere debet, ita pariter ſi Chriſtianus æternam ſalutem conſequi velit, Dei mandata cuſtodiat neceſſe eſt.

II. Quæres 2. Vtrum ad ſalutem neceſſarium ſit, vt omnia & ſingula ſeruentur? R. Ita ſanè: nam vt ait D. Iacobus in ſua epiſtolâ canonica, c. 2. v. quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendit autem in vno factus eſt omnium reus; non quod ei tranſgreſſio ſingulorum imputetur, ſed quia vnius dumtaxat commiſſione, gratiæ iacturam faciat, ac ſi omnia perpetraret, huius autem doctrinæ ratio eſt: quia ille, qui per peccatum mortale violat vnum Dei mandatum, æque bene charitatem amittit ac ſi omnia violaret, proindequè ſupplicijs æternis dignus euadit.

Dices poteſt diligi Deus, quamuis omnia eius mandata non ſeruentur: plurimos enim reperias, qui potius mori deligerent, quam vacare præſtigijs, ſanctum Dei nomen iniuriâ afficere, alia deniquè præcepta tranſgredi, vno dumtaxat excepto puta 6. An eos proindè Deum amare negabis? R. Eum qui omnia mandata præter vnum obſeruat, quid quid ore profiteatur, Deum re ipſa non diligere, audi quæſo hac de re F. Saleſium l. 10. c. 9. Aurei tractatus de amore diuino egregie diſſerentem in hæc verba

hæretici eo nomine cenſentur, quod ex articulis Fidei magis arridentes vltro eligant alios autem repudient. Catholici verò ſunt qui ſine vllo delectu omnem Eccleſiæ fidem amplectuntur. Atqui eadem eſt charitatis ratio, in qua hæreſis eſſe videtur, ſi quis ex Dei præceptis eligat quæ obſeruet ac violet idem enim qui dixit non occides, pariter dixit non mœcaberis.

III. Dices iterum ergo verum non eſt illos qui tranſgrediuntur aliquod Dei præceptum, cœtera ipſius gratia implere? R. Veriſſimum eſſe, quidquid dicant, eos magnopere decipi: nec propter Deum abſtinere ſi quorumdam violatione abſtineant.

Si quis enim diceret nolle ſe mihi brachium, quia me diligit, amputare, mihi tamen euelleret oculum, quomodo à brachij abſiſſione mei gratiâ crederem abſtinere cũ oculum mihi non minus carum eripiat,

IV. Quæres 3. quid indè colligemus? R. Vt multorum errorem aduertamus qui ſe iuſtos exiſtimant cum aliqua tantum Dei mandata implent. Huiuſmodi verò ſunt qui dicunt in ſacro tribunali ſe neminem occidiſſe, nec quid piam eſſe furatos.

LECTIO III.

Quod Dei mandata non ſint obſeruatu impoſſibilia.

I. QVAERES 1. An ſit impoſſibilis obſeruatio mandatorum Dei? R. nequaquam: illa enim cum auxilio Dei, qui non deſerit niſi deſerentes ſe, impleri poſſunt.

Dices, at ſi non ſint impoſſibilia, difficillima tamen eſſe fatendum eſt? R. Sanè deciperis, nam ſolum illis difficilia ſunt qui medijs congruis vti abnuunt, quibus facilis eorum obſeruatio redditur.

Quæres 2. quænam ſint illa media? R. Hæc duo 1. eſt vt intellectus eorum ſuauitatem meditari ſtudeat, de qua eximius doctor loco ſupra laudato hæc habet aiunt mulos & equos ficubus oneratos ſtatim oneri ſuccumbere, ficubus quidem dulcior eſt lex Domini, ſed carnalis homo qui ſponte factus eſt ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, animo cadit nec vires vllas reperire poteſt vt amabile ac leue iugum Domini tollat.

Deindè vt idem intellectus perſuadere nitatur, fictitiam eſſe hanc Dei mandatorum difficultatem & á ſola imaginatione ortam; idem enim hic ferè accidit, quod in medicamentis, quæ ob ſolum nomen perægrè ſumimus

mimus. 3. Vt cogitemus ſolo Dei & proximi amore opus eſſe, vt Dei mandata ſeruentur, quod ſatis ex l. 1. n. 4. Liquet; at nihil eſt facilius & homini naturæ accommodatius, quam Dei ad cuius imaginem creatus eſt, & proximi, eiuſdem conditionis ſocij, amor, cum ipſas etiam belluas, eiuſdem naturæ conſortes amare videamus & 4. maxima eorum pars iubet vt abſtineamus, atqui facilius eſt abſtinere quam agere.

II. Alterum medium quo Dei præcepta facilia redduntur, eſt vt voluntas diuino amori ſe applicet: quia vt ea quæ nobis à manu non amica deferuntur, malam in partem accipimus, ita legis iugum ab eo quem diligimus impoſitæ, delectat, ideoque obedire placet ac plurimum indè gloriamur, vt Iacob geneſis 29. contigiſſe legimus, cui videbantur pauci dies nimirum quibus ſeruiebat ſocero ſuo Laban, præ amoris magnitudine quo Rachelem diligebat.

Quæres 3. quem fructum ex iſta lectione decerpemus? R. Vt eorum ſermonem deteſteris, qui dum peccatis ex prauo ac roborato habitu commiſſis blandiuntur, hæc aut ſimilia garriunt, ab huiuſmodi peccato abſtinere non poſſum, in hunc ſcopulum vel inuitus trahor, quidquid enitar, moris torrentem ſequi oportet.

TRACTATVS V.

De 1. Præcepto.

LECTIO I.

De Fide.

I. QVAERES 1. Ad quid Dei præcepto obligemur? R. Ad fidelitatem erga Deum hæc enim eſt prima & præcipua ſubditi erga regẽ ac potiori iure, creaturæ erga creatorem obligatio.

Quæres 2. Qua ratione Deo fidelitatem ſeruamus? R. Harum 4. virtutum exercitio nempe fidei, ſpei, charitatis & religionis.

II. Quæres 3. Quid ſit Fides? R. Virtus Thæologica quâ firmiter credimus omnia Eccleſiæ à Deo reuelata, Dei ſummâ veritate ſubnixi dictum eſt 1. Theologica, quod detur humana Fides, qua verbis hominis aliquid affirmantis, aſſentimur. 2. Omnia Eccleſiæ 9. Nam credimus quidem ac præcipuè ob Dei authoritatem, qui myſteria credenda reuelauit, ſed etiam credimus ob Eccleſiæ autoritatem tanquam infallibilis regulæ, quæ fidelibus credenda proponit

III. Quæres 4. quinam hinc fructus eruendus ſit? R. ex Fidei definitione, illius excellentiam diſcimus, ideòque frequentes illius actus exercendos, maximè quoties Apoſtolorum Symbolum recitatur.

LECTIO II.

De diuiſione ac neceſſitate Fidei.

I. QVÆRES. 1. Quomodo diuidatur fides? R. 1. In implicitam & explicitam. Illa eſt, quando confusè credimus quidquid Eccleſia credit, iſta, cum idem diſtinctè percipitur ac creditur. 2. in formatam & informem, iſta in peccatoribus, illa cum charitate in ſolis iuſtis reperitur:

II. Quæres 2. An fides ſit neceſſaria? R. Et dico 1. Duplicem aſſignari neceſſitatem, medij ſcilicet ac præcepti, neceſſitas medij eſt cum aliquid ita ſpectat ad ſalutem, vt abſque illo quamuis inculpabili ignorantia vel obliuione aut impotentia prætermiſſo ſalus obtineri nequeat; neceſſitas præcepti, eſt earum rerum quæ ideo ſaluti neceſſariæ ſunt, quia præceptæ ſunt: attamen ignorantia, obliuione aut impotentia obmiſſæ, conſecutioni ſalutis non obſtant.

Dico 2. Fidem implicitam eſſe priori neceſſitate neceſſariam id eſt medij, non autem explicitam, niſi præcipuorum fidei myſteriorum; qualia ſunt vnitas ac Trinitas Dei,

incarnatio Verbi, eiuſdem Incarnati paſſio & mors, tandem quod Deus ſit bonorum remunerator & impiorum vltor. Hæc eſt opinio communior & probabilior Theologorum.

III. Dices, numquid reperire eſt plurimos hæc omnia inuincibiliter ignorantes, quid igitur fiet de illis? R. Forè damnandos perinde ac ſi numquam abſque ſuâ culpâ baptizati fuiſſent. Cœterùm ſuâ culpâ peribunt: quia vt ait Filiucius tract. 22. cap. 2. n. 29. ſi conformiter ad naturæ legem rationiſque dictamen vixiſſent, eos Deus mirâ prouidentiâ ad veritatis agnitionem perduxiſſet: quare non ob peccatum infidelitatis æterno ſupplicio punientur, cum eos inculpabilis error excuſet, at propter alia peccata quæ à lumine rationis deuiando commiſerint: quod ſi ſecuti eſſent, procul dubio ad fidei cognitionem veniſſent.

IV. Quæres 3. Huius lectionis fructus? R. Hos duos accipe. 1. Quidem Eccleſiaſticos viros, in primis parochos eorumque vicarios, in iudicio Dei reos maximè futuros, ſi plebem fidei principiis erudire neglexerint.

II. Eos in ſacro tribunali non eſſe abſoluendos, qui precipua fidei miſteria neſciunt, niſi prius de illis inſtruantur: imò expedire aliquando eiſdem abſolutionis gratiam denegare, ſi magna vſos negligentiâ deprehendas ad fidei rudimenta ediſcenda.

Digitized by Google

LECTIO III.

De peccatis Fidei oppoſitis.

QVAERES quot ſint peccata fidei oppoſita? R. Tria hæc 1. ignorantia rerum, quas ſcire poſſumus ac tenemur 2. Apoſtaſia, à fide nimirum cum ab authore fidei Domino Ieſu Chriſto receditur; dixi à fide vt eam ab apoſtaſia quæ dicitur à religione diſtinguerem, vt cum religioſus profeſſus, ſtatum deſerit religioſum. III. Peccatum hæreſis quæ eſt contumax alicuius articuli fidei diſſenſus, contumax inquam, ſi enim aliquis falſo & ignorantia inculpabili crederet aliquid fidei repugnans abſque vlla omninò contumacia, ſed cum animo ad errorem deponẽdum diſpoſito, non committeret hæreſim formalem, ſed tantum materialem, quæ non eſt reuera peccatum.

Dices, qui mente non crederet aliquem fidei articulum, eſſet ne hæreticus? R. Ille peccaret hæreſi mentali quæ mortale ac graue peccatum eſt, ſed nulla excommunicatione feriretur, quod excommunicatio & aliæ cenſuræ non incurrantur ob peccata merè interna, cum iuxta commune Doctorum effatum Eccleſia non iudicet de internis.

LECTIO IV.

De ſpei definitione & ad quid ea obligemur.

I. QVAERES 1. quid ſit ſpes? R. Virtus Theologica qua certo ſalutem expectamus cum Dei gratia & noſtra cooperatione.

II. Quæres 2. in quo conſiſtat eius obligatio? R, In duobus præceptis affirmatiuis, & totidem negatiuis. Affirmatiua ſunt 1. vitam æternam ſperare 2. perpetuam damnationem timere negatiua ſunt 1. de ſalute non deſperare. 2. nec eam conſequi præſumere ſine mediis à Deo ſtatutis.

III quæres 3. Quis ſit huius lectionis fructus? Frequentes actus ſpei chriſtianis eſſe conſulendos, qua de re tamen vix vllus eſt qui cogitet.

LECTIO V.

De diuini timoris diuiſione.

I. QVAERES 1. Quomodo diuidatur timor Dei? R. 1. In naturalem & ſupernaturalem; naturalis eſt quem fulgura, tonitrua, fulmina, tempeſtates ac ſimiles inopinati euentus in hominũ quantumuis impiorũm animis excitant: nam

cum natura in his caſibus omnem diſcurſum præueniat, homines ſubito metu exterrentur & oculos manuſque ad Cœlum tollunt, ſupernaturalis eſt donum Dei quo eius gratia incuſſo ſalubriter excitamur.

11. In bonum, ſatis ex ſe notum & malum: huius autem poſterioris duo ſunt genera 3. eſt quod nec voluntatem nec affectum peccandi excludit, talis eſt Diaboli timor, qui ſępius nocere deſiſtit ne ſacris Eccleſiæ exorciſmis agitetur, ita damnati ad triremes præfectum remigum libenter occiderent, quamuis remigium deſerere ictuum formidine non audeant, ſimilis eſt illius clerici timor qui cum ſclopo venatum iret, cauponas frequentaret, ac ſine clericali habitu incederet niſi præſulis metus obſtaret.

Alterum eſt in efficax & prorſus inutile, quale fuit Præſidis illius Fælicis qui audiens Paulum Apoſtolum de futuro iudicio diſſerentem, treme factus eſt vt act. 24. narratur, ſed in auaritia permanſit, idem quotidie in plurimis accidit qui cum ſacris concionibus non ſine metu ac lacrymis interſint non ideò tamen peccata ſua deſerunt.

11. quæres an ſuperſit alia timoris diuiſio? R. Timorem adhuc diuidi in ſeruilem & filialem ad quem reducitur initialis, Seruilis eſt eorum qui Deum offendere metuunt ne pœnas æternas incurrant aut cœli gaudis priuentur filialis, cum Deo diſplicere timemus vt potè amantiſſimo patenti noſtro, cui ſummam debemus obſeruantiam, initialis eſt cum filialis ſeruili adiungitur, ita

in hac vita ſummum perfectionis apicem habituram, ideoque ſeruilem timorem ſemper in anima remanſurum: quod vir admirabilis Franiſcus Saleſius in aureo tractatu de amore Dei l. 2. c. 17. eleganti ſimilitudine exponit, nobilis mulier quæ ſericum acu pingit, quamuis acum in opere abſoluto relinquere nolit, quandiu tamen aliquid eius perfectioni deeſt, ſi alijs hinc negotijs auocetur, eam in opere relinquit. Pari omninò ratione, quandiu prouidentia Dei, virtutum, maximè, charitatis opus in animis efficit, timorem vſque ſeruilem in eis manere ſinit, donec adulta iam & perfecta charitate hanc indè pungentem acum tollat eamque vt ità loquamur in gomo deponat: quia verò charitas in hac vita eum numquam præſtantiæ cumulum aſſequetur, vt omni periculo vacet, ideò ſemper timoris ope indigemus.

III. Quæres 4. Quinam ſit timoris ſeruilis in anima remanentis vſus? R. 1. in ea charitatem ſeruat ac fouet velut arborem cortex. 2. eidem vehementibus tentationibus agitatæ ſuccurrit, nam etiam aliquando ſanctior & robuſtior iuſtorum charitas ita pertinaciter vrgetur, vt timoris ſeruilis opem accerſere cogatur, & huiuſmodi tentationes, ſeriò pœnarum inferni aliorumque terribilium metu fugare debeat.

IV. Quæres 5. fructum ex iſta lectione colligendum? R. vt ſeruilis timoris neceſſitatem & vtilitatem maximam præſertim dum tentatio premit, agnoſcas.

LECTIO VII.

De peccatis ſpei oppoſitis.

I. QVÆRES I. Quænam peccata ſpei Theologicæ opponantur? R. Hæc duo, nimirum, deſperatio & præſumptio.

Quæres 2. quid ſit deſperatio & vnde oriatur? R. 1. deſperatio eſt cum omnem ſalutis expectationem amittimus, falſa quadam æſtimatione decepti, nempè delicta noſtra in tantam exſurgere grauitatem, vt veniam à Dei miſericordia conſequi non poſſimus vel certè Deum non illâ erga nos eſſe beneuolentia præditum, vt auxilia obtinendæ ſaluti neceſſaria conferre velit.

II. R. 2. Duos huius peccati fontes tradi ad Thoma 1. 2. q. 2. a. 4. prior eſt luxuries quæ animis pudendo corporearum voluptatum amore infectis æternorum bonorum faſtidium parit, & à ſpe vnquam illis fruendi auocat.

III. Altera deſperationis origo pigritia dicitur, quæ valde animum deprimens, quominus æterna & ſublimia ſpectet, impedit & aſſecutionem eorum impoſſibilem eſſe perſuadet.

IV. Quęres 3. quid ſit præſumptio & quænam ſint illius cauſæ? R. 1. Præſumptio eſt cum ita ſalutem à gratia expectamus

vt nihil de bonorum operum exercitio curemus, vel cum ſalutem a bonis operibus potius quam à Dei gratia præſtolamur.

V. R. 2. Duas huius peccati cauſas afferri, prior eſt vana gloria, cum enim ob præſumptionem viribus noſtris vltra earum facultatem immerito nitamur, ad eam nos temeritatem vanæ gloriæ cupiditas incendit altera eſt ſuperbia, quatenus diuinæ poteſtatis aut miſericordiæ nimium fidentes, peccatorum remiſſionem ſine peracta pœnitentia, vel æterni gaudij fruitionem ſine merito nos aſſecuturos credimus; ad eum enim ſperandi exceſſum ſuperbia excitamur qua nempè tanti nos facimus, vt Deum nos quantumvis peccatores, nec punire nec paradiſo excludere velle putemus.

VI. Quæres 4. quinam erit huius lectionis fructus? R. Grauiſſimi damni cognitio quod quatuor hæc vitia nimirum luxuria, pigritia, vana gloria & ſuperbia efficiunt.

LECTIO VIII.

De charitatis Dei natura & precepta.

I. QVÆRES 1. *Quid ſit charitas?* R. Virtus qua Deum ſuper omnia & proximum vt noſmetipſos Dei cauſa diligimus.

II. Quæres 2. quid ſit Deum ſuper om-

nia diligere? R. id duo ſignificat 1. Vt Deus tamquam vltimus finis diligatur, quamuis enim Deum amare ac bona opera exercere poſſimus vt tandem cæli gaudijs fruamur; paradiſum tamen vt finem vltimum & præcipuum ſine graui peccato intendere non poſſumus, ſed tantum vt minus præcipuum vnde ſequitur non poſſe nos in vlla recreata finem vltimum conſtituere, quin grauiter peccemus, ideoque illum qui ſemper in hoc mundo viuere cuperet, reum maximè fore.

2. amare Deum ſuper omnia ſignificat cum magis appretiatiuè quacumque re alia diligere, non tamen intenſiuè, ad hoc enim minimè tenemur rem ita explico, mater, quæ duos habet filios, maiorem alterum puta viginti annos natum, alterum minorem tres circiter menſes, iuniori quidem mille oſculis & huiuſmodi beneuolentiæ indicibus blanditur, at verò cum maiori paulò durius agere videtur, ſi quidem illum æſtui, frigori, belli etiam periculis modò ſperet honorofico munere donandum, exponit, reuera tamen quãuis intenſiori affectu paruulum diligat maiorem natu amore perfectiori vt pote magis appretiatiuo proſequitur, ſi enim ei optio daretur vtrũ illorũ perire mallet puerulum ſanè morti obiiceret, grandioremque familiæ hæredem conſeruaret; pari omnino ratione ſenſibilem Dei amorem non tenemur experiri ſed eius beneuolentiam quacumque re creata pluris facere, ita ut ſi noſtra eſſe optio aut Deo grauiter diſplicendi aut omni voluptate ac bo-

no creato carendi, mallemus vtique pati omnium aliorum potius quam Dei gratiæ iacturam, debemus igitur Deo cuncta creata poſtponere non autem illum affectu intenſiori quam omnia creata diligere.

III. Quæres 3. Quem ex iſta lectione fructum eruere oporteat? R. Triplicem 1. Operæ pretium eſt agnoſcere quanta iniuria Deum afficiant, qui ex mortali corpore numquam egredi vellent, ac lubenter omni ſpe cœlorum gaudijs fruendi cederent, modo ſemper in hac vita morarentur.

2. Monendi ſunt homines ſcrupulis agitati, ne proinde mirentur, ac de propria ſalute timeant, quod vehementem Dei amorem in ſe non experiantur, quandiu ſincerum Deo placendi affectum in ſe ipſis agnoſcent.

3. Ideoque obſeruandum eſt eam optimam eſſe charitatis notam, cum potius homini quam Deo malumus diſplicere, illiuſque beneuolentiam rebus omnibus ante ponimus.

LECTIO IX.

Quandonam & quo tempore obliget præceptum charitatis erga Deum.

QVAERES 1. Quandonam actus charitatis erga Deum elicere teneamur? R. 1. Varias eſſe Doctorum

pulis materiam pr...beas, magnum tamen eis eſſe habendum honorem ob inſignium virorum authoritatem qui docent illas, præſertim tres priores. Ex ijs verò motiua deromere debemus, quibus nos alioſque ad Dei amoris actus iterandos hortemur, non olùm ore tenus vt fortè in matutinis ac ſeorinis precibus accidit, ſed intimo cordis ffectu.

LECTIO X.

De vitiis charitati oppoſitis.

QVAERES 1. Quænam vitia charitati erga Deum opponantur? R. Præſertim duo 1. eſt odium Dei. 2. vltimum vitium capitale nimirùm ace-

I. Quæres 2. Quid ſit acedia & quos ...tus habeat? R. 1. acedia eſt quædam ...ntatis triſtitia vel tædium quo impe...r officia pietatis implere ob laborem ...uem re ipſa in eorum exercitio reperi... aut quem adeſſe imaginamur. Dixi 1. ...itia & nam vt propter amorem Dei, ...iuinis ac pietatis operibus delectamur ...aduerſo de illis acedia triſtamur, quæ ...rea dilectioni Dei repugnat. Dixi 2. ...orem, nam ſi de rebus diuinis tædio ...emur propter Dei gloriam indè mi...i, tunc eſſet odium Dei.

III. R. 2. ſex aſſerũtur effectus acediæ quos Angelicus Doctor poſt Gregorium magnú eius filias vocat 1. Eſt malitia ſeu rerum ſpiritualium odium. 2. Rancor id eſt quædam indignatio erga homines pios qui nos verbo aut exemplo ad bonum hortantur. 3. Puſillaminitas quæ animum bene operandi adimit. 4. obtinendæ ſalutis deſperatio, 5. Torpor in obſeruandis Dei mandatis, 6. euagatio mentis & ad res malas auocatio.

IV. Quæres 3. huius lectionis fructus. R. 1. agnoſce quam graue ſit & quanto dignú odio, acediæ vitium, cum tot prauos effectus pariat. 2. te ipſum intuere an vllo ex his vitijs labores.

LECTIO XI.

De Religionis Definitione eiuſque actibus.

I. QVAERES 1. Quid ſit religio. R. eſt virtus moralis qua debitum Deo cultum vt primo principio id eſt omnium creatori ac gubernatori exhibemus, definitionem explico dicitur 1. virtus moralis, vt à triplici virtute Theologica diſtinguatur, quæ virtutes ita nominantur quod Deum directe ac immediate reſpiciant religio vero non item ſed tantum illius cultum id eſt ſigna interna & externa quibus Deo redditur honor vnde ad Theologicas

virtutes multum accedit proindeque omnes morales præſtantia ſuperat. 2. dicitur debitum Deo cultum, &c. nam vt regi honorem, obſequiũ tributaque debemus quippe qui regimini ac ſaluti noſtræ inuigilet, pari ratione Deo, a quo noſtra creatio, conſeruatio, vita, omne denique bonum omnino pendent, ſummam & lubentiſſimam venerationem vt noſtræ demiſſionis indicium ac tributum exhibere tenemur.

II. Quæres 2. quinam ſint huius virtutis actus? R. Duplicis generis alij quidem in-erni, ſcilicet deuotio & oratio, alij verò xterni, numero ſex, adoratio, ſacrificium, blatio, votum, iuramentum, adiuratio, am iſtis omnibus religionis actibus Dei elſitudinem & excellentiam profitemur: in ius rei argumentum, deuotione reddimur ompti ad omnia quæ ad Dei obſequium ertinent; oratione ab eo nobis neceſſariã ſcimus, adoratione ei ſigna reuerentiæ hibemus; ſacrificio aliquid in eius honom offerimus: oblatione illi decimas, pritias & alia id genus deferimus vt inde mitri qui eius altari ſeruiunt, ſuſtententur, to ipſi aliquid eius honori conducens polemur: iuramento ipſius nomen ac verim aſſumimus, ad ea quæ dicimus conanda. Tandem adiuratione, illius etiam nen adhibemus vt homines ad aliquid ndum ob reuerentiam ipſi debitam inamus.

ices, ſed numquid his actibus externis lem & gratiarum actionem addis? R. Id

non eſſe neceſſe quia illi duo actus ad orationem eos complectentem reuocantur.

LECTIO XII.

De Adoratione.

I. QVÆRES 1. Quid ſit adoratio? R. Actus quo alicui honorem propter eius excellentiam deferimus; obſeruandum verò eſt duplicem dari excellentiam, increatam aliam quæ ſoli Deo conuenit, aliam creatam quæ creaturis angelicis & humanis competit.

II. Quæres 2. Quotuplex genus adorationis aſſignetur? R. Triplex nimirùm. 1. Latriæ quæ eſt cultus ac ſummum vni Deo debitum obſequium propter eius ſummam & increatam excelleutiam. 2. Duliæ, quæ eſt cultus Angelis viriſque ſanctis exhibitus propter eorum creatam excellentiam & ſanctitatem à Deo honorum omnium fonte deriuatam. 3. hyperduliæ, qui honor ſanctiſſimæ Virgini redditur ob eius admirandam ſanctitatem & Dei Matris dignitatem eximiam.

III. Quæres 3. Daturnè aliud adorationis genus? R. Ita nimirùm abſolutæ & reſpectiuæ: illam perſonæ quæ honorem ſecundum ſe mereatur, puta, Deo, Angelis & Sanctis exhibemus: iſta creaturis ratione carentibus tribuitur, non quidem earum

Digitized by Google

gratiâ, ſed alterius cui honor illis exhibi-
tus re ipſa defertur. Ita crucem latriæ cultu
reſpectiuo aut relatiuo colimus, & Sancto-
rum imagines duliæ cultu etiam reſpectiuo,
nimirùm ob relationem ad Sanctos quos
repræſentant.

LECTIO XIII.

De peccatis Religioni oppoſitis.

QVÆRES 1. Quænam peccata virtuti religionis aduerſentur? R. Superſtitio, tentatio Dei, ſacrilegium, ſimonia, ad quam reuocatur confidentia, & blaſphemia.

Quæres 2. Quid ſit ſuperſtitio? R. Cum alicui creaturæ diuinus cultus exhibetur, aut Deus modo indebito colitur.

Quæres 3. Quot modis creaturæ diuinus cultus reddatur? R. 4. Idololatriâ, diuinatione, vanâ obſeruantiâ & magiâ; nam 1 Diabolum vt Deum colunt eſtque idololatria, vel eum conſulunt vt res ignotas detegat eſtque diuinatio, vel 3. vt in quacumque actione dirigat ecce vanam obſeruantiam. 4. quia interdum Diabolus honoratur vt in rerum inſolitarum ac peſſimarum executione auxilium præbeat tunc magia dicitur: vnde 4. ſunt ſuperſtitionis ſpecies quibus creaturæ diuinus cultus exhibetur.

Quæres 4. Quot modis Deo cultus inde-

bitus tribuatur ? R. Duobus ſi ei 1. falſus honor deferatur aut 2. ſuperfluus. Deo autem falſus honor exhiberetur 1. ſi falſus eſſet ratione ſignificationis vt accidit Iudæis qui ritibus Moſaicis vtuntur futurum Chriſtum prænunciantibus : cum enim iam Meſſias venerit, non poſſunt illæ ceremoniæ venturum prænuntiare itaque falſas eſſe conſtat. 2. ſi Deo falſus exhiberetur cultus qui verum ac legitimum fraudulenter imitaretur, vt cum fidelibus miracula commentitia prædicantur, vel falſæ Sanctorum Reliquiæ adorandæ proponuntur, ac 3. falſus Deo cultus redderetur, ſi materia vel forma Sacramentorum mutarentur ſubſtantialiter ſpecie Deum honorandi, vt fit ab huius ſæculi hæreticis in nefandâ ipſorum cœnâ.

II. 2. Deus ſuperfluè colitur, cum religionem collocant in aliquibus rebus circunſtantiis quas Eccleſia non obſeruat, & quæ vanæ ac ridiculæ ſunt. Puta ſi quis Miſſam celebret cum nouem aut tredecim candelis nec pluribus, aut cum filo cerato talis aut talis longitudinis, vel ſi Miſſæ alios ritus adiungat præter eos qui à miſſali iubentur.

III. Quæres 5. Vtrum hæ omnes ſuperſtitionis ſpecies ſint peccata mortalia ? R. 1. Idololatriam, diuinationem, magiam, procul dubio grauia eſſe peccata. 2. quod ſpectat ad vanam obſeruationem, dicetur infrà. 3. conſtat etiam eas ſuperſtitionis ſpecies quibus Deo falſus exhibetur cultus, magna & lethalia eſſe delicta. 4. de illis verò quibus ſuperfluè Deus colitur ita di-

inguendum eſt : nam 1. ſi hæc fiant bonâ
de ac ſeclusâ omni prauâ intentione, ve-
ialiter ſolùm peccatur ob eam bonam fi-
lem ac leuem irreuerentiam. At 2. ſi prauâ
tentione fiant v. g. ſi quis miſſas in hono-
em aliquorum Sanctorum cum certo can-
elarum numero celebrari curet vt à Deo
indictam inimicorum qui de ipſo detraxe-
int, accuſatique innocentiam aliquo mi-
culo declarari obtineat, tunc præter ſu-
erſtitionis peccatum, alia duo grauia nem-
tentationis Dei ac odij in aduerſarium
ommittuntur.

IV. Dices peccaretnè mortaliter Sacerdos
i aliis vteretur in Miſſa ritibus ab illis
ios Miſſale præſcribit? R. Ita ſi ritus hu-
ſmodi Miſſam notabiliter immutarent; ſi
iter, venialis tantum eſſet culpa.

V. Quæres 6. Huius lectionis fructum?
Cum peccata ſuperſtitionis Deo cultum
erfluum exhibentis frequentiſſima ſint,
eri Eccleſiaſticos viros hac de re plebem
ius erudire.

LECTIO XIV.

De peccato Diuinationis.

QVAERES 1. Quid ſit diuinatio? R.
Cum aliquis ope dæmonum inqui-
rit rei occultæ cognitionem, quæ
uraliter haberi non poteſt.

Quæres 2. quâ ratione huiuſmodi cognitio acquiri poßit? R. Duplici 1. dæmonem expreſsè conſulendo & inuocando, puta verbis 2. tacitè dumtaxat & implicitè, nimirùm aliquid vſurpando nihil ex naturâ ſuâ inſeruiens cognitioni rerum occultarum, quæ aliter quàm ope dæmonum ſciri nequeunt. Vtrumque declaratur exemplis.

Quidam, vt theſaurum abſconditum reperiant, contionibus vti ſolent quibus à dæmone locum, vbi theſaurus latet, ſibi detegi poſcunt. Item puellæ nubiles, in vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ, à Ioue aut Dianâ ſeu potius diabolo, futurum ſibi maritum in ſomnis oſtendi petunt. Atque in his & ſimilibus caſibus dæmon expreſsè conſulitur.

Qui verò, vt ſciant quota ſit hora, eaque ſono annuli indicetur, vana quædam verba vſurpant, vel qui ad furem deprehendendum, cribrum farinarium additâ quorumdam verborum prolatione vertunt, implicitè dæmonem inuocant. Et ſic de cœteris.

Dices at ſi quis hæc agens nolle ſe dæmonem inuocare teſtetur? R. Perinde eſſe ac ſi reipsâ conſuleret; quia cum illa dicat & agat, quæ olim dæmon edocuit primum hariolum à quo deinde ars nefanda propagata eſt, nihil proteſtatio eius impedit, quo minùs dæmonem tacitè ſaltem inuocare cenſeatur.

Quæres 3. huius lectionis fructum? R. Vt aduertamus illorum errorem qui ſibi falſo perſuadent nec diuinatione: nec alio ſuperſtitionis genere pactum re ipſa cum dæ-

ione iniri, modo ſe id nolle teſtentur, tamuis, ea in quibus pactum tacitum con-netur, vſurpent.

LECTIO XV.

De ſuperſtitione ſomniorum.

QVAERES 1. qua ratione ſuperſti-tio committi poſſit in ſomnijs? R. duplici 1. ſi quis per ſomnia velit juirere cognitionem eorum, quæ huma-modo ſciri non poſſunt; v. g, cui nam rito nuptura ſi mulier, vt precedenti le-one diximus. 2. ſi quis putet ſomnium m rem aliquam præteritam vel futuram unciare, cum tamen 1. res illa naturali-ex ſomnio colligi nequeat; vt ſi aliquem uis conſanguineis mortuum aut moritu-credas, quod tibi dentem ab eſſe ſom-ieris, nam conſanguinei obitus non po-ab huiuſmodi ſomnio naturaliter oriri. indicia probabilia deſint, quæ ſom-ı à deo immiſſum perſuadeant.

. Quæres. 2. Quibuſnam indicijs cog-emus, vtrum à Deo vel à Dæmone ıia noſtra proficiſcantur

1. ſi ea nos ad peccatum, vel etiam ali-temerarium inducant: ut 2. Si ex il-ıimus perturbetur minusque ad bo-amplectendum affectu exiſtat, à Dæ-tunc oriri conſtabit! R. 2. Sin autem

difficile fuerit hæc in aliquo ſomnio indicia deprehendere tunc in dubio preſumes à dæmone immiſſum, nam ſi à DEO profectum eſſet, ipſe ilius authorem ſe manifeſtè oſtenderet.

Quæres 3. an ſit peccatum mortale fidem adhibere ſomnijs? R. & dico 1. eum qui ſomnia, vt n. 1. huius lectionis diximus, ſibi accidere curaret, grauiſſimè peccaturum.

Dico 2. aliis etiam ſomniis fidem adhibere ſine peccato mortali non poſſumus: excipe tamen hos duos caſus 1. ſi excuſemur ignorantiâ 2. ſi fidem eis integram non præſtemus, tunc enim culpa ſolum venialis eſt.

Quæres 4. cuiuſnam peccati reus ſit qui propter aliquod ſomnium, mali ac ſiniſtri quidpiam pertimeſcit: v. g. quia ſomniauit ſe veneno necandum ab aliquo, cauet ob eam cauſam à cibo quem ille attigerit vel miſerit? R. 1. Si firmam ſomnio fidem non præſtet, ſolum peccare venialiter. 2. Eum tamen hæc agere ſolitum à mortali culpa excuſari vix poſſe: cum talis agendi ratio fidem ſomniis adhibitam probabiliter indicet.

Quæres 5. Huiuſce lectionis fructum? R Somnia eſſe negligenda; imo licet à DEO proficiſci quædam indicia ſuadeant, paſtorem tamen aut Confeſſarium adeundum fore vt eorum conſilio dirigamur in viam ſalutis & pacis.

Lectio

Digitized by Google

LECTIO XVI.

De vana obſeruatione.

I. QVÆRES 1. Quid ſit vana obſeruatio? R. Eſt ſuperſtitionis ſpecies quâ ad aliquid agendum vel omittendum iis mediis vtuntur, quæ omninò inutilia ſunt nullamque vel ex naturâ ſuâ, vel à Deo virtutem habent in hunc finem. Definitio patebit ex dicendis.

II. Quæres 2. quotnam ſint eius ſpecies? R. Hæ tres nimirùm 1. ars quæ notoria dicitur, nempè cum ſcientiam infuſam quibuſdam ieiuniis, verbis, figurarum inſpectionibus, & huiuſmodi nugis adipiſci conantur. 2. obſeruatio ſanitatum, quâ certis verbis, ſignis ac ritibus friuolis, ad curandos hominum vel animalium morbos vtuntur. 3. obſeruatio euentuum, cum ex re fortuitò occurrente aliquid ſiniſtri vel proſperi coniicimus euenturum, indeque actus noſtros dirigimus; puta ſi quis fauſtum vel infauſtum euentum colligat ex iis perſonis quæ manè ipſi domo exeunti primum occurrent.

III. Quæres 3. quibuſnam indiciis vana obſeruatio deprehendetur? R. His quatuor 1. cum tota verborum virtus in aliqua futili circumſtantiâ ponitur: v.g. ſi putes tot orationes dominicas ante ſolis ortum recitan-

das vt morbus aliquis curetur. 2. ſi nomina barbara & characteres ignotos adhibeas, vt paſſim in iis chartulis reperire licet, quibus ad pellendas febres vtuntur. 3. cum inde oritur effectus inutilis ac vanus, vt ſi ad aliquorum verborum prolationem annulus moueatur. 4. cum admiſcentur apocryphæ & falſæ hiſtoriæ, puta Dominum S. Petro quædam ridicula dixiſſe.

IV. Quæres 4. Diſcrimen inter obſeruantiam euentuum ac diuinationem? R. Duplex, nam 1. diuinatione ſigna inquiruntur ad res occultas cognoſcendas: euentuum autem obſeruantiâ ex rebus fortunâ occurrentibus aliqua coniiciuntur. 2. Diuinatio præcipuè tendit ad cognoſcendum, obſeruantiâ verò ad ſuos actus dirigendos vti ſolent.

V. Quæres 5. quem fructum hæc lectio ſuppeditet? R. 1. Singularem eorum commiſerationem qui rebus huiuſmodi fidem adhibent ac operam dant. 2. magnum deſiderium illos errore liberandi, tum vanitatem huius vitij detegenda quatuor illis indiciis recenſitis, tum præſertim oſtendendo illius grauitatem, cum virtuti Religionis Deique cultui directè aduerſetur.

Digitized by Google

LECTIO XVII.

De Magia.

QVÆRES I. Quotuplex ſit magia? R. Duplex, altera dicitur naturalis, quâ ſcilicet res miræ ſolâ ...arum naturalium virtute fiunt, vt ſi oua ...baculum perforatum nemine impellente ...um ducas.

... Altera diabolica, quâ nempè obſe...um dæmoni exhibent, non quod Deus ...latur, ſed vt inde vel lucrum aut volup...m capiant, vel aliis aliquo maleficio ...eant, ſiue quantum ad animam, vt ſi ... ope dæmonis ad malum puta libidinem ...icatur, ſiue quantum ad corpus aut bo... vt ſi eadem ope in morbos, mortem, ...idines & ſimilia incurrat.

II. *Quæres* 2. An liceat magum alium ...rogare vt maleficium tollat? R. & dico ...raue committi peccatum ſi roges vt ma...ium alio maleficio tollat, quia cum ma...ium res ſit intrinſecè mala, nullius ope...d illud agendum vti poſſumus, quin eius ...cato cooperemur.

...co 2. ſi certus ſis maleficium abſque ma...io tolli poſſe, ac ſola v. g. ligaminis ...tione, tutò licere vel per alium, vel etiã ...teipſum illud tollere: quia non eſt hoc ...monem inuocare: aut cum illo vllum ini-

re pactum, ſed potius eſt aliqua eius opera diſſoluere,

IV. Dices, ſed cur id non liceat? cum ab vſurario, ſi pecunia egeam, mutuari poſſim: vel à Turca pro maiori cautione iuramentum expoſcere, quamuis veriſimile ſit eum per nefâdum Mahometem iuraturum? R. Diſcrimen eſſe: quia maleficium agere malum eſt ex naturâ ſuâ, & ideo numquam licitum, ſed pecuniam ab vſurario vel iuramentum à Turca rogare non eſt de ſe malum: poſſet enim vſurarius mutuum dare ſine vſuris ac Turca per verum Deum iurare ſi vellet.

LECTIO XVIII.

De alijs peccatis Religioni oppoſitis.

I. QVAERES, 1. Quænam ſint alia peccata religioni oppoſita? R. Hæc quatuor: tentatio Dei, Sacrilegiũ, ſimonia, ad quam reducitur confidentia, & blaſphemia.

II. Quærès 2. Quid per tentationem Dei intelligã? R. actionem Religioni contrariã quã fit aut dicitur aliquid ſine iuſto motiuo vt aliquam Dei perfectionem, potentiam v. g. & iuſtitiam experiamur. Cuius peccati reos eſſe diximus ſupra l. 13. n. 4. qui à Deo miracula poſtulant, vt ipſorum innocentia declaretur.

Digitized by Google

[I] I I. quæres 3. Quid ſit ſacrilegium? R.
[.]t rerum ſacrarum prophanatio intelligi-
[.]is autem per res illas ſacras 1. perſonas,
[.]nirum clericos, religioſos, tum nouitios
[.]n profeſſos, & alios caſtitatis voto ad-
[.]ictos 2. loca, vt Eccleſias, monaſteria,
[.]nodochia, & alia loca ſacra 3. Res Dei
[.]ſequio dicatas, puta vaſa ſacra, veſtes
[.]ras: aliamuè templorum & altarium ſu-
[.]lectilem, ſacramenta, Scripturam ſacram
[.]decimas ex mente Filiucij.
[.]V. Quæres 4. qua ratione Sacrilegiũ com-
[.]ttatur? R. 1. ratione perſonarum triplici-
[.]committi. 1. Si percutiantur vt habet ca-
[.]n, ſi quis ſuadente c. 17. q. 4. 2. cum eiuſ-
[.]di perſonæ vel ſola mente carnaliter de-
[.]tantur vel peccatum libidinis opere com-
[.]nt, 3. cum trahitur clericus ad forum ſæ-
[.]are vt laïci magiſtratus iudicium ſubeat,
[.]: enim ius canonicum prohibet.
[.]. R. 2. Sacrilegium committi ratione
[.]orum ſex modis. 1. Voluntario aut ca-
[.]li homicidio c. propoſuiſti de conſecra-
[.]ne Eccleſiarum 2. humani ſanguinis ef-
[.]one c. vnico de conſecratione Eccleſ. in
[.]iam homicidium aliquando contingit ſi-
[.]ſanguinis effuſione, vt cum aliquis ſtran-
[.]atur 3. humani ſeminis effuſione ibidem.
[.]ſepultura excommunicati. c. conſuluiſti
[.]conſ. Eccleſ. 5. Sepultura non baptizati
[.]. Eccleſ. de conſ. diſt. 1. eſt autem ob-
[.]notandum his quinque ſacrilegij generi-
[.]paſſim Eccleſias & cœmeteria pollui, vt
[.]: in materia Euchariſtiæ videbimus.

VI. Et 6. loca ſacra furto prophanantur can. quiſquis cauſa 17 idque tribus modis 1. furto rei ſacræ in loco ſacro 2. furto rei non ſacræ in loco ſacro 3. furto rei ſacræ in loco non ſacro. 2. tamen furti ſpecies iuxta grauiſſimos aut. vt Leſſ. l. 2. de iuſt. & iure c. 14. n. 45 intelligenda eſt ſolũ de furto earũ rerũ quæ apud Eccleſias habẽtur depoſitæ, atque hunc eſſe germanum prædicti canonis ſenſum affirmant, hac nimirum ratione fulti, quod ſanctitas Eccleſiarum alijs furtis non directè violetur vt neque detractione ac ſimilibus peccatis.

VII. R. 3. ratione rerum Sacrarum committi per illarum abuſum & irreuerentiam. Cœterum de ſimonia & confidentiâ peculiarem quæſtionem inſtituimus.

LECTIO XIX.

De Blaſphemia.

I. QVæres 1. Quid ſit blaſphemia. R. Eſt conuicium in Dei vel ſanctorum honorem iactatum.

II. Quæres 2. Quot modis committi poſſit? R. 3. 1. ſi tribuantur Deo quæ illi non competunt: puta ſi quis diceret non debere Deum iniquorum proſperitatem ferre; hoc enim eſſet illum imprudentiæ damnare quæ maximus eſt defectus 2. Denegando Deo quod ei conuenit: vt ſi quis di-

Digitized by Google

it Deum hoc vel illud non poſſe, de rebus
umanis ei curam non eſſe, &c. 3. creatu-
e concedendo quæ Deo ſoli conueniunt:
: inſani amatores ſolent qui amorum ſuo-
ım ludibria diuinitates vocant.

III. Quæres 3. an ſit peccatum mortale?
.. 1. ita ex ſe cum Deum lædat in re nota-
ili, videlicet honore. 2 interdum tamen eſſe
eniale, vt ſi non proferatur ſeriò, at eâ ſo-
ım ratione, vt indè qui adſunt non multum
:andaliſentur, quippe qui nouerint ſine con
:mptu aut magnâ irreuerentiâ proferri.

IV. Quæres 4. peccatne peccato blaſ-
hemiæ qui proximo vel creaturis rationis
xpertibus maledicit? R. 1. non eſſe pecca-
ım blaſphemiæ niſi fiat cum ordine ad Deũ
l eſt niſi maledicat illis quatenus ſunt ope-
ı Dei, quod tamen ferè numquam accidit
. homini maledicere charitati proximi ad-
erſari.

Quæres 5. quale peccatum ſit maledicere
:eaturis? R. 1. Maledicere hominibus eſſe
eccatum mortale ſi hæc tria concurrant. 1.
oluntas deliberata, 2. deſiderium mali gra-
is 3. motiuum peſſimum ingentis odij v.g.
uod ſi vnum ex iis deſit veniale tãtum eſt.

V. R. 2. Eum qui creaturis ratione ca-
:ntibus maledicit, vt plurimum nonniſi
enialiter peccare, nec adhuc præciſè quia
ıaledicit; cum enim vector V. G. equum
ıum poſſit occidere, vtique poterit deuo-
ere: ſed propter iræ motum aliamue cir-
unſtantiam. Quod ſi maledicat creaturæ
uę in bonis eſt proximi ex odio illius, &c.

9. peccatum eſſe mortale aut veniale iuxta odij grauitatem.

TRACTATVS VI.

De 2. Præcepto.

LECTIO I.

De iuramenti definitione.

1. QVÆRES 1. Quid ſit iuramentum? R. Cum adducitur Deus in teſtem rei quam eſſe vel fore aſſerimus. Explico definitionem; dicitur 1. In teſtem quod intellige vel expreſſè, vt ſi dicas per Deum hoc eſt aut non eſt, vel tacitè, vt ſi iures per creaturas in quibus bonitas, excellentia, & aliud ſimile Dei attributum ſingulariter elucet, v.g. per hunc diem, per hunc ſolem ita eſt. Dicitur 2. rei quam aſſerimus, nimirùm verbo aut aliquo ſigno puta ſi manum ad cœlum tollamus, vel ſanctum Euangelium aut ſacras reliquias tangamus: nam ſigna verborum loco habentur.

Quæres 2. Iuratnè ſic loquens, per fi-
meam ita eſt ? R. 1. Expendendum eſſe
ua fide loquatur an humana vel chriſtia-
æ diuinâ. Si de priori videlicet humanâ,
iurat, idem enim eſt ac ſi diceret fide
i viri, nobilis, presbiteri, &c. quo lo-
ndi modo Deus in teſtem non adduci-
ſed verum dici dumtaxat aſſerimus, vt á
probo, nobili, ſacerdote dici par eſt. Si
ıatur de fide chriſtianâ, quâ nempè
credimus verum eſt iuramentum.
. 2. Cum illi ſaltem maximam partem,
ſolent ita loqui hanc duplicis fidei di-
ctionem ignorent, ſeque has voces pro-
ndo te ipſa iurare putent, verè etiam
re proindeque, ſi deſint conditiones quæ
mentum licitum reddunt, peccare.
I. Quæres 3. An iuret qui dicit, in conſ-
tia, in veritate certè hoc eſt vel non
? R. Illas voces in conſcientia, in ve-
te non eſſe iuramenta cum iis Deum in
em non adducant. 2. Nec iſtam vocem
è, niſi adſit intentio, aut te hanc pro-
ndo iurare putes; ita enim aliqui cre-
t quod nihil certius Deo ſit: atqui ſuffi-
ntentio vt quis verè cenſeatur iurare
ad id verba expreſſa neceſſaria ſunt.
. Quæres 4. iuratnè dicens, tibi iuro ita
? R. non præciſè vi huiuſmodi verbo-
niſi adeſſet intentio iurandi.
. Quæres 5. Verum dicens coram Deo
eſt, vel ita eſſe teſtor iurare cenſeatur?
cum diſtinctione: ſi enim hæc dicat abſ-
vlla intentione iurandi & per modum

ſimplicis aſſertionis, non iurat, quod idem de iſtis locutionibus aſſerendum eſt, Deus ſcit. Deo huius rei veritas patet, ſi vero hæc proferat, vt dicta ſua Dei teſtimonio confirmet, iurare notum eſt.

R. Et dico. 2. Paſſim eos qui ſic loquuntur habere intentionem iurandi ac ideò re ipſa iurare.

LECTIO II.

Explicantur aliæ iuramenti formulæ.

1. QVæres 1. Iuraretnè qui diceret, per caput, per mortem, per corpus, per ſanguinem, addendo nomen Dei? R. 1. Iuxta quorundam authorum ſententiam, huiuſmodi verba eſſe blaſphemias, cum illis Deo tribuantur ea quæ non habet.

R. 2. Probabilius tamen eſſe iuramenta, cum reuera Deus videlicet Chriſtus vt homo capite, corpore, ſanguine conſtet ac verè mortuus ſit.

R. 3. Eos qui hæc verba vſurpant, ferè ſemper indignabundos proferre nihilque affirmando vel negando, vndè ſæpius particulam illam, per, omittunt: nec Deum proinde teſtē adhibere cenſentur, quarè dicimus illas locutiones non eſſe tunc iuramenta, ſed potius quaſdam execrationes ac impotentis iræ motus, idem paſſim de hac voce, per Deum, aſſerendum, quamuis

quando ſit iuramentum, cum ſcilicet in
proferenda aliquid negatur vel affirma-
.

Quæres 2. Eſtnè peccatum has locutio-
s Gallicas vel his affines vſurpare, cap-
dy, pardy, mardy; &c.

R. 1. ſi ex intentione iurandi proferantur
ſe iuramenta, quia vt ſuperiori lectione
ximus non tam verba quam intentio iu-
menti rationem perficiunt, accedit hæc
erba eſſe. Ita iuramento affinia, vt paſſim
b audientibus tanquam integra iuramenta
amantur: nam pardy, quaſi per Deum in-
elligunt, &c.

R. 2. Hæc verba ſolum ex indignatione
rolata, non eſſe quidem iuramenta, ſed ta-
men peccata execrationis.

Quæres 3. Legitimam iſtarum vocum
explicationem renegare Deum, iurare,
blaſphemare: has enim vulgus confundere
ſolet, ità dicitur in confeſſione terram, po-
ſtem, Diabolum renegaui, &c.

R. Non modo plebem, ſed alios etiam
pleroſque in hac materia non ſatis accuratè
loqui? quare operæ pretium eſt genuinam
horum verborum ſignificationem addiſcere.

Dico igitur 1. quod ad blaſphemias ſpe-
ctat recurrendum eſſe ad vltimam lectio-
nem præcedentis tractatus.

Dico 2. renegare Deum, vt vulgo dici-
tur, idem eſſe ac Deum & Religionem chri-
ſtianam eiurare: quo ſenſu vulgus deſerto-
res Chriſtianos qui fidei & baptiſmo renũ-
ciarunt ad Turcarum impietatem ſectandam

renegatos appellat: ergo cum dicitur renego Deum, niſi res ita ſe habent, idem eſt ac ſi diceret: nego Deum eſſe niſi hæc ita ſint. Vnde conſtat eos qui ſe accuſant in confeſſione terram, peſtem, aut Diabolum renegaſſe, impropriè loqui? hoc enim ſignificat eos per huiuſmodi res iuraſſe, aut illa verba execratoriè protuliſſe.

LECTIO III.

De iuramenti diuiſione.

1. QVAERES 1. *Quomodo diuidatur iuramentum?* R. 1. *In* aſſertorium & promiſſorium. *Illud* eſt cum rem aliquam præſentem aut præteritam affirmamus puta hoc eſſe vel non eſſe. Iſtud cum aliquid pollicemur, V. G. hoc faciam, huc me conferam, quod per hanc Dei claritatem promitto, &c.

2. In execratorium & comminatorium. Prius eſt cum aliquis Deum non modo indicti ſui teſtem aſſumit, ſed etiam in vltorem ſi mentiatur, V. G. Deus me perdat, Dæmon me arripiat niſi hæc ita ſint, poſterius eſt cum alicui pœnam comminamur, vt nos ad eam infligendam iuramenti reuerentia obſtringat, vt ſi mater filio dicat, per hanc lucem vapulabis. obſerua interdũ aliquam imprecationem iuramento comminatorio adiungi, vt cum eadem mater

t, perdat me Deus, niſi te verberibus am, ſi hoc vel illud egeris.

[I I, In illud quod fit per Deum & il- quod fit per creaturas, quæ duo iura- ıti genera ſatis patent ex n. 1. lectionis.

Quæres 2. Cenſeturnè ſemper iurare qui creaturas iurat? R. non, ſed tantum ndo iurat per illas creaturas in quibus optimi maximi bonitas; amplitudo, eſtas, aliæuè perfectiones elucent, idque intentione adducendi Deum in teſtem, tenus in illis peculiariter agit & reſidet; timè cum Dei nomen additur, puta di- do per hanc Dei terram cum autem iu- ır per creaturas in quibus attributa di- ı ſingulariter non effulgent, tunc ea non iuramenta, vt ſi quis diceret, per ca- porri, eſt ita, ſemper autem intellige ni- eſſet intentio iurandi.

LECTIO IV.

conditionibus neceſſarijs vt iuramentum ſit licitum.

QVAERES 1. an iuramentum ſit de ſe malum? R. Nequaquam, imo eſt actus religionis, proindeque bonum s ſi debitæ conditiones adſint.

ices, numquid Chriſtus Dominus iura- tum omninò prohibuit Math. 5. ego m dico vobis non iurare omnino? R.

prohibuiſſe tantum hoc loco nè quis iuret ſine neceſſitate & qualibet occaſione data, vt omnes Doctores exponunt.

Quæres 2. Quænam requirantur conditiones vt iuramentum ſit licitum? hæ tres à Ieremia c. 4. recenſitæ, iurabis: viuit Dominus, in iuſtitia, in iudicio & veritate. *V*eritas exigit vt pro re vera iures, nam ſi pro falſa, peccas peccato periurii. *I*udicium poſtulat vt cum neceſſitate ac reuerentia iures, neceſſitate quidem, id eſt, in re non leuis ſed grauioris momenti: ac reuerentiâ, quatenus iuramentũ non iteretur, vt pleriſque mos eſt, qui cum falſi alicuius criminis accuſantur aut ſuſpecti ſunt, iuramentum magna animi commotione Deique irreuerentiâ ſœpius repetunt: iuſtitia denique prohibet ne quis iuret pro re mala & vetita, nam alioqui Deum teſtem iniquitatis redderemus, puta ſi quis iuraret ſe aliquem percuſſurum vel occiſurum.

*Q*uæres 3. Quinam erunt huius lectionis fructus? R. Duo 1. omnes eſſe admonendos ſiue in pulpitis, ſiuè in colloquiis familiaribus, iuramenti repetitionem quamuis pro veritate, illicitam eſſe cum Dei aliquam irreuerentiam præferat: deindè verò æquum ſit ac pietati chriſtianæ conſentaneum, vt iam teſtimonio veritati exhibito, aliquid humilitati & patientiæ tribuatur, 2. aliquorum errorem proſcribendum, qui licet cum tribus dictis conditionibus coram iudice iurare illicitum putant.

LECTIO V.

Qualenam peccatum ſit iurare ſine illis conditionibus vel aliqua illarum.

QVÆRES. 1. Qualenam peccatum ſit contra veritatem iurare? R. ex ſe mortale, quamuis fiat in re leui, aut cauſa vel etiam cum bono fine; ratio uia Deus in mendacij teſtem adducitur l illi grauem iniuriam irrogat. Hæc mnium Doctorum ſententia.

Dices tamen ſi quis votum de re leui, de oratione Dominica ſemel recitanniſſum violet, venialiter ſolum peccat, a communem doctrinam, quid igitur e eſt vt falſum iurans in materia leui er iocum grauiter peccet? R. quia in rei leuitas aut grauitas inſpicitur cum one ad honorem Dei cuius gratia proeſt. In iuramento autem ſola rei iuraritas attenditur, cum illo Deus in vetem adducatur; atqui conſtat poſſe rem am plus minuſuè honori diuino cō dunon autem parum aut multum veram

Quæres 2. peccaretnè mortaliter m dubiam aut veram cum iuramento ret? R. Ita propter eandem rationem orte deſit plena deliberatio, vel alicui negligentia vſus ſit ad huiuſmodi

rei dubiæ veritatem indagandam.

IV. Quæres 3. quale peccatum ſit ſine iudicio iurare? R. ex ſe tantum veniale quia non fit Deo grauis irreuerentia, & plerumque id ex animi leuitate proficiſcitur.

Quæres 4. vtrum iurare ſine iuſtitia ſit graue peccatum R. mortale eſſe aut veniale iuxta leuitatem aut grauitatem rei nam v.g. iurans ſe peccatum mortale commiſſurum peccat mortaliter, ſi quidem grauem Deo infert iniuriam qui eum peccati mortalis teſtem adhibet, iurans autem aliquod peccatum veniale, ſolum venialiter peccat, cum leuis hæc irreuerentia cenſeatur.

LECTIO VI.

De peccatis iuramenti promiſſorij.

I. QVAERES I. Eſtnè peccatum & quale, cum te aliquid facturum iuras quod tamen agere non intendis, vel à te fieri non poſſe iudicas aut valdè dubitas? R. ex ſe mortale ſiuè res illa ſit licita, ſiuè illicita. Iuras enim falſum ac proindè Deum teſtem mendacij reddis. Vndè ſequitur ſartorem qui ſe ad talem diem feſtū aut Dominicum veſtem confecturum iurat, licet promiſſis ſtare nolit, aut ſtare non poſſe certò ſciat vel plurimum dubitet, mortaliter peccare. Item, cum qui ſe aliquid furaturum iurat, rei quantitas nihil

inò refert, aut aliud malum ſeu leue ſeu
ie acturum, cum tamen furari aut aliud
re non intendat; omnes enim iſti Deum
dacij teſtem efficiunt.
nò eſt obſeruandum, quod aliquibus
è paulò durius videbitur cum tamen
iſſimum ſit, eum qui ſe rem aliquam
urum iurat quæ ſolum venialis culpa eſt
lo tunc eam exequi velit, peccare ſolum
ialiter, vt oſtendimus l. præcedenti n.
peccare tamen mortaliter ſi rem exe-
non intendat, quia tunc iurat contra
tatem.
Quæres 2. quem fructum ex hac lectio-
colligemus? R. Sedulò eſſe obſeruan-
, alioſque ad huiuſmodi obſeruatio-
hortandos, quàm graue peccatum ſit,
falſam adhibito iuramento affirmare,
d duobus modis contingit 1. ſi falſum
ras 2. ſi rem aliquam te acturum promit-
citra intentionem exequendi, quod om-
tificum generi aliiſque permultis fami-
e eſt.

LECTIO VII.

De obligatione iurantium.

QVAERES 1. Tenemurnè in conſ-
cientia, iuramentum implere, ſeu
facere vel omittere quod iurauimus?
1. Minimè ſi eius materia illicita ſit, vt

cum iuraſti actionem aliquam turpem, vel quæ ſine peccato executioni mandari nequit, nam tantum abeſt vt tunc obliget iuramentum, quin potius illud non implere teneamur. Ratio eſt quia materia iuramenti debet eſſe aliquid licitum non verò prohibitum, ſiquidem iuramentum iniquitatis vinculum eſſe non poteſt, ergo Herodes iureiurando Herodiadi facto nullatenùs adſtringebatur, ac proinde Ioannem Baptiſtam iniquè occidi iuſſit; qui etiam iurauit ſe numquam vicini aut conſanguinei domum à quo læſus fuit, ingreſſurum, tenetur potiùs retractare quam ſeruare promiſſum.

R. 2. Iuramentum quo maius bonum impeditur, non obligatc. Ideoque ſi iuraſti aliquid conſiliis Euangelij repugnans, vt non dare alicui mutuum, pauperi eleemoſynas non erogare, &c. Secluſa omni alia circunſtantia, non teneris ſeruare iuramentum, quia illius materia maiori bono repugnat, ideóque nulla eſt.

R. 3. Nec obligare iuramentum de re indifferenti & quæ talis manet factum. Deus enim homines ad aliquid vanum & inutile non cenſetur velle adſtringere, ideòque huiuſmodi iuramentum materiâ legitimâ caret, vnde colliges 1. mercatorem qui iurauit merces ſuas non minoris vendere, iuramento minimè adſtringi. 2. nec qui iurauit numquam ampliùs in illa domo vel cum tali perſona ludere, niſi propter aliquem bonum finem iuraſſet, puta quod illi eiuſmodi perſona vel domus, proximam peccandi occa-

ſionem prebeant, ſi quidem in hoc caſu materia non amplius indifferens æſtimabitur, atque ideò reſponſ. ſubiunximus de re indifferenti quæ talis manet.

Quæres 2. An teneat implere iuramentum promiſſorum citrà intentionem iurandi factum? R. Non, vi iuramenti præcisè, cum nullum fuerit: ſæpiùs tamen poſſe nos ad rem promiſſam implendam obligari, vt ita ſcandalum quod ex iuramenti violatione oriretur, impediamus.

Queres 3. *Quid* ſi iurauerim abſque intentione ſeruandi promiſſum? R. Teneris implere iuramentum ſi vniuerſim loquamur, quia intentio exequendi quod iuras, non eſt de iuramenti ſubſtantia, quippe quæ in hoc ſolùm poſita ſit vt Deus in teſtem adducatur.

*Q*uæres 4. Teneorne ſeruare iuramentum ex metu graui iniuſto emiſſum, puta latroni decem aureos adhibito iuramento promiſi vt me incolumem dimitteret, vel pollicitus ſum adhibito iuramento ad carcerem redire, in quo tamen iniquè detinebar.

R. Duas eſſe Doctorum opiniones, communior eſt, te in his caſibus & ſimilibus teneri ſtare promiſſis, ne alioqui Deum mendacij teſtem efficias. Verum alij Doctores putant te ad id non teneri: quam opinionem hæc circunſtantia probabiliorem redderet, nempè ſi iuramentum vi fuiſſet extortum, nam tunc cenſeris noluiſſe iurare. Obſeruandum tamen eſt in huiuſmodi caſi-

bus poſſe peti diſpenſationem iuramenti vt lect. 11. n. 2. dicemus.

Quæres 5. An iuramentum cum fraude vel dolo emiſſum obliget? R. 1. Negatiuè, ſi quæſtio fuerit de fraude aut dolo ſubſtantiali, id eſt ſi veriſimilius ſit quod agnito errore non iuraſſes: v. g. adulterinum adamantem aureis decem emere promiſiſti quē tamen legitimum putas. Ratio eſt quia tunc iuramentum non cenſetur voluntarium, fuit enim quaſi conditionatum, promiſiſti ſcilicet decem aureos, modo legitimus adamas eſſet.

R. 2. Fusè de dolo ac fraude agetur vbi de contractibus.

Quæres 6. Suntnè alij caſus in quibus iuramentum promiſſorum ſeruare non teneamur? R. Eſſe permultos, nimirùm quoties promiſſis ſtare non tenemur, iuramentum enim promiſſi quod eo firmatum eſt naturam imitatur, cum iuxta iuris regulam, acceſſorium ſequatur naturam principalis, atqui cum de reſtitutione agetur, videbimus homines aliquando non teneri promiſſa implere. Ergo.

LECTIO VIII.

obligatione iuramenti comminatorij.

VAERES teneamurnè implere iuramentum comminatorium? R. Vt hoc melius percipias nota 1. interdum ho-
:s pœnam intentare iuſtam, vt ſi parens ludimagiſter puero verbera minentur.
rdum verò iniuſtam, vt brachij, vel ius membri mutilationem, capitis ob-
m &c.

ota 2. Minas interdum adhiberi ex iu- correptionis motiuo, aliàs verò ex ira npotenti animæ motu.

im dico 1. Eum qui iurauit ex bono cor- tionis fine, pœnam aliquam iuſtam in- ere, teneri ad iuramentum implendum iamque infligendam. Alias enim 1. Deũ mendacij teſtem adduceret. 2. Iſtud iu- nentum omnes habet conditiones quibus ;itimum iuramentum conſtare debet, 1. dicium ſiquidem ex correptionis motiuo ſtum eſt, ergo etiam cum neceſſitate quæ 2. conditio. 3. Iuſtitiam prudens enim imaduerſio errantium ſubditorum, non odo iuſta & legitima eſt verum etiam ex :bito adhibenda.

Dico 2. Eum qui minas iniuſtæ pœnæ aliquem iactauit, puta mutilationis membrorum, obtritus capitis, mortis &c. non

bus poſſe peti diſpenſationem iuramenti vt lect. 11. n. 2. dicemus.

Quæres 5. An iuramentum cum fraude vel dolo emiſſum obliget? R. 1. Negatiuè, ſi quæſtio fuerit de fraude aut dolo ſubſtantiali, id eſt ſi veriſimilius ſit quod agnito errore non iuraſſes: v. g. adulterinum adamantem aureis decem emere promiſiſti quē tamen legitimum putas. Ratio eſt quia tunc iuramentum non cenſetur voluntarium, fuit enim quaſi conditionatum, promiſiſti ſcilicet decem aureos, modo legitimus adamas eſſet.

R. 2. Fusè de dolo ac fraude agetur vbi de contractibus.

Quæres 6. Suntnè alij caſus in quibus iuramentum promiſſorum ſeruare non teneamur? R. Eſſe permultos, nimirùm quoties promiſſis ſtare non tenemur, iuramentum enim promiſſi quod eo firmatum eſt naturam imitatur, cum iuxta iuris regulam, acceſſorium ſequatur naturam principalis, atqui cum de reſtitutione agetur, videbimus homines aliquando non teneri promiſſa implere. Ergo.

Digitized by Google

LECTIO VIII.

De obligatione iuramenti comminatorij.

QVAERES tenemurnè implere iuramentum comminatorium? R. Vt hoc melius percipias nota 1. interdum homines pœnam intentare iuſtam, vt ſi parens aut ludimagiſter puero verbera minentur. Interdum verò iniuſtam, vt brachij, vel alterius membri mutilationem, capitis obtritum &c.

Nota 2. Minas interdum adhiberi ex iuſto correptionis motiuo, aliàs verò ex ira & impotenti animæ motu.

Iam dico 1. Eum qui iurauit ex bono correptionis fine, pœnam aliquam iuſtam infligere, teneri ad iuramentum implendum pœnamque infligendam. Alias enim 1. Deũ in mendacij teſtem adduceret. 2. Iſtud iuramentum omnes habet conditiones quibus legitimum iuramentum conſtare debet, 1. Iudicium ſiquidem ex correptionis motiuo factum eſt, ergo etiam cum neceſſitate quæ eſt 2. conditio. 3. Iuſtitiam prudens enim animaduerſio errantium ſubditorum, non modo iuſta & legitima eſt verum etiam ex debito adhibenda.

Dico 2. Eum qui minas iniuſtæ pœnæ in aliquem iactauit, puta mutilationis membrorum, obtritus capitis, mortis &c. non

teneri iuramento, cum illius materia ſit illicita, vt ex l. præcedenti conſtat.

Dico 3. Nec teneri qui ſolo iræ impetu iurauit, nam etiam in hoc caſu materia iuramenti cenſetur vetita cum pœnarum minæ vltionis animo intentatæ fuerint.

Dices, qua ratione intelligemus homines corripiendi non vlciſcendi animo fuiſſe minatos? R. Colliges inde probabiliter, nimirùm ſi ſe ita nouerint affectos, vt ſecluſâ paſſione, non eam pœnam intentaſſent.

LECTIO IX.

De peccato ex iuramenti promiſſorij aut comminatorij violatione contracto.

QVAERES 1. Peccatnè mortaliter aut ſolum venialiter qui iuramentum promiſſorium violat? R. Et dico 1 peccare mortaliter iuxta probabilem ſententiam, licet materia iuramenti ſit leuis puta ſi quis pauperi ſe aſſem daturum iuraſſet, non enim Deum mendacij teſtem efficere debemus.

Dico 2. Aliquos authores putare, huiuſmodi violationem fore tantum venialem ſi non integra iuramenti materia, ſed ſolum pars eaque leuis omittatur, ita ſi Petrus eidem pauperi 60. aſſes promiſiſſet, nec niſi 59. ſolueret, iuxta iſtos authores, venialiter tantum peccaret, quamuis iuxta maiorem

Doctorum numerum etiam mortaliter peccaret, quia ſemper Deum mendacij teſtem redderet.

Quæres 2. quale peccatum ſit, non implere iuramentum comminatorium? R. 1. Nos hic agere dumtaxat de licito ac valido iuramento, iuxta ſuperiori l. n. 1. dicta nam ſi de illicito quæras, puta ſi quis aliquem occidere iurauit &c. conſtat illius violationem non eſſe peccatum, imò non eſt propriè violatio cum eiuſmodi iuramentum defectu veræ materiæ ſit nullum.

R. 2. eum peccare mortaliter qui aliquem non punit, cum adhibito iuramento minatus eſt, niſi ratio quæ ad minandum induxit iam deficiat, alias enim Deus mendacij teſtis fieret: atque in hac parte eodem modo Philoſophandum eſt de iuramento comminatorio ac de promiſſorio. Dixi niſi ratio, &c quia tunc temporis illius obligatio deſinit, quippè quod cum illâ tacita conditione cenſeatur emiſſum, modo ſcilicet ratio eius inductiua non ceſſet.

Dices, quandonam ceſſare putanda eſt? R. cum nulla eſt pœnam infligendi ratio quod maximè in tribus his caſibus accidere poteſt. 1. Quando reus veniam petit cum aliquo pœnitentię ſigno ac probabili emendationis nota 2. Quandò colligitur ex circunſtantijs non profuturam animaduerſionem ſed potiùs nocituram 3. ſi grauis familiæ perturbatio inde timeatur, vt mariti & vxoris diſſidium, aut quid ſimile.

LECTIO X.

Quomodo iuramenti obligatio ceſſare poſſit.

QVAERES quo modis obligatio iuramenti deſinat? R. tribus 1. quidem mutatione materiæ, puta ſi quod iuraſti fiat impoſſibile vel illicitum ob ſuperioris prohibitionem, vel aliam cauſam.

2. Irritatione, commutatione aut diſpenſatione ſuperioris, in hoc enim par eſt iuramenti ac voti ratio, & vtrumque hanc tàcitam conditionem habet adiunctam, ſi velit aut nolit ſuperior, cum enim Eccleſiæ præſules à christo regimen animarum acceperint, authoritatem quoque iuramenta & vota irritandi commutandi, relaxandi accepiſſe cenſentur cum adeſt iuſta cauſa.

3. Illius ceſſione in cuius fauorem iuraſti quia iuramentum in fauorem alterius præſtitum ita intelligitur, ſi nempe is cuius intereſt non cedat iure ſuo.

Dices, numquid ita Deus mendacij teſtis erit, aut ſaltem ille qui remittit obligationem, dicetur diſpenſare? R. neutrum. Dico enim 1. Deum non fore mendacij teſtem quia obligatio reddendi Deum veritatis non mendacij teſtem quam Petrus iuramẽto ſuo contraxit, priori obligationi cum Ioanne v. g. contractæ innititur, vndè iſta deſinente, illa quoque poſterior deſinit cum

ex vulgari iuris effato, acceſſoriium ſequatur naturam principalis: ergo Petrus liber ab obligatione reddendi Deũ veritatis teſtem, non peccat ſi Ioanni promiſſa non ſeruet quippè cum Ioannes Petro ius ſuum remiſerit.

Dico 2. eum qui cedit ità iure ſuo, non diſpenſare, cum diſpenſatio ſit actus iuriſdictionis quæ in ſolis dumtaxat Eccleſiæ Præſulibus reperitur, ſed tantum ius ſuum cedere & aliquam dominij rationem exercere quam habet in rem ſibi promiſſam, ità cum Petrus Ioanni pecuniam adhibito iuramento promiſit, Ioannes in eiuſmodi pecuniam habet aliquod ius & dominium ſaltem incohatum qua propter de iure illo cedens nullum iuriſdictionis actum exercet.

LECTIO XI.

An ab eo iuramentum exigere poſſis quem probabiliter aut certò peieraturum credis.

QVAERES 1. an liceat exigere iuramentũ ab eo quem probabiliter peieraturũ credis? R. id licitum eſſe ob iuſtã cauſam 1. quia iuraturus poteſt rectè iurare ſi velit, vnde ſi peieret, ipſi tantum vitio verti debet 2. quia vt ſuppono iuramentum ob iuſtam rationem exigitur, nec illud exigens cupit vt alius peieret, ſed tan-

tum eius peccatum permittit quod ex iuſto motiuo interdũ fieri poteſt ita quis vrgente neceſſitate à ſibi noto fœneratore mutuatur, itá Dominus vt famuli fidem exploret in aperta arca pecuniam exponit.

Quæres 2. quænam ſit illa iuſta cauſa? R. cum noſtra magnopere intereſt, quod tamen in particulari definiri non poteſt, ſed ex varijs perſonarum, negotiorum, & c. circunſtantijs æſtimandum erit.

Quæres 3. poſſuntnè mercatores Chriſtiani à Turcis iuramentum exigere vt fidem datam in commercio ſeruent, quamuis eos per impium Mahumetem iuraturos ſciat? R. 1. poſſe tum quia iuſtam habent cauſam exigendi, tum quia Turcæ ſi vellent, per Deum verum non Mahumetem iurare poſſent, 2. diligenter eſſe notandum, poſſe quidem ab illis exigi vt iurent, non autem vt iurent per Mahumetem cum iſtud poſtremum ex ſe & intrinſeca ratione malum ſit.

Quæres 4. quem fructum ex iſta lectione colligemus? R. Duplicem prior eſt vt obſeruemus ac plebem commiſſam doceamus eos qui abſque graui cauſa & ob rem exigui momenti alios iurare compellunt: vel ad iurandum inuitant, Dei vindicis iram prouocare vt B. Aug. Serm. 2. de ſanctis fuſè demonſtrat, vbi etiam refert aliquem nomine tutolimenum ab Angelo fuiſſe virgis cœſum quod ſine vrgenti ratione atque ob rem leuis momenti ab alio iuramentum exegiſſet.

Digitized by Google

Alter eſt vt pro praxi aduertas litigantes qui iuramentum ab aduerſario coram iudice præſtandum exigunt, paſſim duo vel tria peccata committere nam 1. iuramentum exigunt de rebus leuioris momenti, nec verò huius culpæ inuidiam in iudicem refundant, quippè qui bonâ fide iuramentum indixerit, tum quia cauſam grauiorem quam re ipſa ſit, putat, tum quià finem litibus jmponere cupit.

2. Interdum etiam vellent aduerſarium peierare vt eum falſi conuincant, quod grauiſſimum eſt peccatum, maximè ſi acta ſuppetant, quæ poſſint rem de qua quæritur probare tunc enim. 3. peccatum committitur, iuramentum exigendo ſine vlla neceſſitae, cum ſolo defectu probationis iudex illud indicat.

LECTIO XII.

De iuramentis quæ fiunt ex conſuetudine.

I. QVAERES I. peccatnè iurans ex praua conſuetudine, quoties iurat? R. minimè, ſi non aduertat, ratio petitur ex ante dictis in tract. de peccatis, quia peccatum eſt actio voluntaria & deliberata,

II. Quæres 2. Quandonam ille peccet? R. Quoties prauam conſuetudinem aduertens? illam emendare non nititur, atque

in hunc finem apta remedia non adhibet, quia tunc in praua conſuetudine immorari velle cenſetur.

Quæres 3. quò peccati genere peccet? R. diſtinguendum eſſe, dico igitur eum qui conſueuerit iurare falſum, peccare mortaliter, cum periurium ex dictis graue peccatum ſit, vndé fit vt eiuſmodi conſuetudinem aduertens, nec eam ſuperare conans cenſeatur voluntariè permanere in proxima peccati mortalis occaſione ideoque mortaliter peccare. Idem aſſerimus de illo, qui licet non peierare, mentiri tamen ſolitus eſt nam hinc iurandi conſuetudo, illinc mentiendi, proxima cenſetur occaſio periurij, ex Valentiâ Bonacinâ & alijs.

Dico 2. illum cui mos eſt iurare non quidē falſum, ſed tamen abſque neceſſitate ac iudicio, peccare ſolum venialiter, cum huiuſmodi morem aduertens, eum non enititur vincere, quia cum ex dictis l. 5. n. 4. peccet, ſolum venialiter qui iurat ſine iudicio, non poteſt eſſe niſi culpa venialis, proxima ita iurandi occaſio.

Dices in quo conſiſtit ille conatus? R. 1. vt verè ac intimo cordis affectu, de illis iuramentis & prauâ eorum conſuetudine doleamus. 2. Vt illum malum habitum expellere proponamus. 3. vt in hunc finem remedijs efficacibus vtamur. Qualia ſunt 1. frequens peccatorum confeſſio, 2. quædam voluntaria præſentis pœnitentiæ impoſitio, puta oſculari terram, pauperi ſtipem dare, à quodam cibo vel potu abſtinere in menſa

&c. 3. Denique orandi ſunt amici quibus vtimur familiariter vt nos quoties ita cadimus, amicâ correptione moneant.

Quæres 4. teneturnè, qui huiuſmodi iuramenta ex more vſurpat, declarare confeſſario eorum numerum. R. minimè, ſolùm enim tenetur 1. eorum numerum confiteri quæ ſciens ac prudens emiſit. 2. earum vicium numerum quibus aliquem conatum expellendi talem morem non adhibuit. Dixi aliquem, non enim tenemur omnes illos conatus iam recenſitos adhibere, cum vnus ex illis ſufficiat, quamuis ita conſulendum ſit.

Quæres 5. huius lectionis fructus? R. Hos duos accipe 1. admonendum eſſe populum vt omnes conatus adhibere non negligat ad prauum iurandi habitum expellendum. 2. pœnitentes eſſe interrogandos de duobus illis quæſito 4. notatis, pœnitentes inquam iuramentis aſſuefactos.

LECTIO XIII.

De voti definitione ac diuiſione.

QVAERES 1. Quid ſit votum? R. eſt voluntaria promiſſio qua Deo rem aliquam bonam pollicemur. 1. Dixi, promiſſio nam ſolum propoſitum non eſt votum 2, voluntaria, nam plena deliberatio voto neceſſaria eſt, vt bonum aga-

Digitized by Google

mus Deoque nos obligemus æquè ac pecca-
to vt malũ faciamus & Sathanæ obſtringamur 3. quâ Deo, ſoli enim Deo vota vtpote actus religionis fieri poſſunt, quarè ſanctis directe non fiunt, quamuis eis aliqua ratione fieri dicantur, quià coram illis 1. vt teſtibus ad maiorem reuerentiã emittuntur 2. etiam vt interceſſoribus, vt ita facilius votis à Deo petita conſequamur 4. rem aliquam bonam, ſi enim eſſet mala, votum nullum eſſet defectu materiæ, imo potiùs graue peccatum foret: 1. ſi eſſet minus bona, eâ re quæ ipſi opponitur, votum etiam non teneret vt henilatim loquendo, votum nubẽdi, cum celibatus in ſtatu clericali aut Religioſo profeſſus ex ſe melior ſit, nam tunc votum nubendi maius bonum impediens, honorem Deo non daret, vndè foret inualidum 3. idem dic ſi vouiſti rem indifferentem vt ſuprà de iuramento dictum eſt.

Quæres 2. voti diuiſionem? R. 1. diuiditur in abſolutum & conditionatum illud ſtatim atque fuit emiſſum obligat, iſtud non niſi appoſitâ conditione, modo non ſtet per nos eius ad impletio,

2. diuiditur in reale & perſonale, priùs eſt quo rem aliquam Deo pollicemur, vt dare pauperi Eleemoſinam, Eccleſiæ ornamentum poſteriori, Deo actum aliquem perſonalem promittimus vt religioſam peregrinationem inire, vel actus perſonalis omiſſionem puta hunc vel illum locum petendi qui eſt occaſio peccati, Obſerua tamen idem votum aliquando reale ſimul eſſe ac

perſonale, vndè tunc appellatur mixtum, vt ſi quis voueat piam in Montis ſerrati ſacellum peregrinationem & cuiuſdam muneris puta certæ ſũmæ alteriuſue reioblationẽ.

3. In ſimplex & ſolemne illud in ſola promiſſione Deo facta conſiſtit, vt ſi quis orationi vacãs emittat votum caſtitatis aut ingrediendi religionem iſtud in actuali traditione ac dedicatione proprij corporis libertatis quæ publicè à vices Dei gerente acceptatur, E. G. cum nouitius in aliqua religione, ſedis Apoſtoiicæ decreto munita, profitetur, ac tria vota paupertatis, caſtitatis & obedientiæ in manibus Superioris emittit.

Quæres 3. Huius lectionis fructum? R. inter propoſitum boni operis adimplendi, & votum, plurimum intereſſe quod diligenter obſeruari debet, cum ſæpius indocti ſua propoſita exiſtiment vota, vt autem hoc diſcrimen aduertatur, non tum verba ſunt attendenda, quam intentio qua ſe obligare vel non obligare voluerunt, nam ſæpè dicunt ſe aliquid Deo vel ſanctis polliceri quamuis re ipſa vouere nolint.

LECTIO XIV.

De ceſſatione voti

QVæres 1. quot modis voti obligatio deſinere poſſit? R. tribus nimirum irritatione, commutatione, diſpenſatione.

Quæres 2. quid vocas irritationem voti? R. cum aliquis ſuperior etiam ſine vlla ratione, ſed ex mero placito reſcindit votum inferioris emiſſum de re quæ ipſius poteſtati dominatiuæ ſubiicitur. Dixi 1. aliquis ſuperior, nimirũ Papa erga omnes fideles, Epiſcopus erga ſuos Diœceſanos, pater erga liberos, maritus erga vxorem, & viciſſim vxor erga maritum, herus erga famulos, tutor & mater erga pupillum. Dixi 2. de re quæ ſuperioris poteſtati dominatiuæ ſubiicitur, quia prædicti ſuperiores, nimirum Papa, Epiſcopus, Pater, coniux, &c. non habent authoritatem dominatiuum vniuerſalem, ſed limitatam & in certis caſibus dumtaxat, quare non omnia ſubditorum vota irritare poſſunt.

Dices, quænam igitur vota poſſunt ab illis ſuperioribus irritari? R. 1. Patrem & qui loco Patris ſunt, auum, auiam, tutorem ac matrem pupilli, omnia vota realia, perſonalia, mixta ante pubertatis annum emiſſa, irritare poſſe, quæ pubertas anno ætatis

decimo quarto in maſculis, duodecimo in fœminis computatur. *Ita* enim ſanxit lex canonica can. mulier 32. q. 2. & c. ſi quis de regularibus: ratio vero quæ huiuſmodi pontifices & Sinodos ad hoc ſtatuendum induxit, eſt imbecillitas iudicij quæ paſſim in pueris ante illam ætatem reperitur, atque ita ipſorum vota hanc tacitam conditionem habere voluerunt, ſi pâter aut qui Patris loco eſt, non contradicat.

2. Pater & qui vices illius gerunt, Papa, Epiſcopus, maritus, aliiq. ſuperiores omnia ſubditorum vota irritare poſſunt quæ ipſorum regimini ac iuribus nocent; ita maritus poteſt irritare votum peregrinationis aut continentiæ emiſſum à propria vxore, item vxor votum continentiæ à marito factum, herus poteſt irritare votum famuli ſui de longâ oratione diebus ſingulis recitandâ ineunda peregrinatione, &c. ſi vero inferiorum vota, iuribus ac regimini ſuperiorum minimè aduerſentur, ea non poſſunt ab illis irritari.

Quæres 3. *Q*uid ſit voti commutatio? R. cum præcedenti obligationi alia ſubſtituitur.

Dices, quinam poſſint vota commutare? R. 1. Papam omnium omninò vota per vniuerſum orbem mutare poſſe? 2. Epiſcopum item omnia in ſuo diſtrictu præter hæc quinque, nimirum vota caſtitatis perpetuæ, religionis, peregrinationis, Romanæ, Ieroſolymitanæ, Compoſtellanæ, 3. quemlibet authoritate propria in rem euidenter

meliorem poſſe vota ſua commutare.

Quæres 4. Quid ſit voti diſpenſatio? R. Cum Superior Eccleſiaſticus obligationem voti cum iuſtâ causâ Dei nomine & authoritate condonat: quâ ipſum authoritate gaudere ſuprá lect. 10. n. 2. diximus cum de iuramentis ageretur.

TRACTATVS VII.

De 3. Decalogi Præcepto.

LECTIO I.

Ad quid obliget iſtud præceptum.

QVÆRES 1. In quo poſita ſit diei Dominicæ aliorumque feſtorum ſanctificatio? R. In duobus 1. vt ab opere ſeruili abſtineas. 2. vt tremendo altaris ſacrificio interſis, iſtud enim præceptum duo virtute continet, alterum negatiuum nempè ab opere ſeruili abſtinere, alterum affirmatiuum, ſcilicet miſſæ intereſſe, hic de priori diſputabimus, nam poſterioris explicationem in materia Euchariſtiæ trademus.

Digitized by Google

Quæres 2. Quid vocas opera ſeruilia? Reſponſioni præmitto. 1. dari duo genera operum alia enim ſunt animæ opera, vt legere, ſcribere, docere, concionari, diſputare, conſulere, &c. ita dicta quod in iis exercendis anima plus agat quam corpus. Alia corporis quæ ſic vocantur quia in illis corpus magis agit quam anima.

2. Operum corporis adhuc eſſe duo genera: nam alia ſunt ex propria ratione ſeruilia vt arare terram, artem mechanicam exercere ac iuxta probabiliorem ſententiam pingere: alia non item, vt vendere & emere, iter agere, venari, piſcari, fidibus & tibiis vti &c. hæc enim opera ingenuis ac plebeiis communia ſunt.

His poſitis dicimus opera ſeruilia eſſe illa quæ immediatè, lucri temporalis gratiâ fiunt & à famulis aliiſque hominibus labori mancipatis exerceri communiter ſolent, vt ſuere, terram proſcindere &c. Dixi communiter, quia eiuſmodi exercitia etiam ab ingenuis aliquando fiunt.

Dices nonne ſunt opera ſeruilia quæ ob lucrum fiunt, aut ex quibus percipitur lucrum? R. Negatiuè ſiue ſint animæ opera ſiue corporis; vt è contrà opus non deſinit eſſe ſeruile, quamuis ex illo nullum percipiatur lucrum vel ſine intentione lucri percipiendi fiat.

Digitized by Google

LECTIO II.

An omnia opera animæ diebus Feſtis ac Dominicis licitè fiant.

QVAERES 1. An omne opus animæ illis diebus licitè fieri poſſit? R. Ita præter illa de quibus agetur ſequenti numero, & tria nominatim ab Eccleſia vetita c. 1. de feriis nimirùm 1. omnia quæ ad proceſſum iudicialem ſpectant, & fiunt vt vocabulo iuris vtamur, cum ſtrepitu iudiciali. 2. Iudicium criminale ſeu omnem ſententiam mortis alteriuſue pœnæ corporalis deniqueillam quę ſtrepitum iudicialem poſtulat. 3. Iuramentum iudiciale tum teſtium tum litigantium.

Quæres 2. Poſſunt ne his diebus Notarij contractus & alia publica inſtrumenta conficere, quippe quæ ſint animæ opera & ſine iudiciali ſtrepitu fiant? R. Minimè niſi conſuetudo à Præſulibus tolerata in contrarium ſtet, nam ius Canonicum dicto c. 1. de feriis prohibens omnes venditiones, emptiones, & ſimilia quæ ad commercium ſpectant, cenſetur etiam reliquos contractus à Notariis perſcribi ſolitos vetare. Inſuper obſeruandum eſt id expreſsè decretis ſynodalibus plurium diœceſium prohiberi cum ideò populus impediatur quin rebus diuinis vaçet, ac doctrinæ chriſtianæ & Eccleſia-

ſticis officiis interſit.

Dices, poſſuntne in aliquo caſu illa inſtrumenta conficere? R. Ita 1. ſi publica neceſſitas exigat, puta electio conſularis, vel alia populi comitia quibus adeſſe debet Notarius vt communi ſuffragio decreta in tabulas referat. Hæc tamen extra Eccleſiam ac tempus diuinis officiis addictum fieri debẽt. 2. ſi priuata cuiuſlibet neceſſitas exigat vera quidem illa non commentitia.

LECTIO III.

An opera corporis quæ non ſunt ex propria ratione ſeruilia, diebus feſtis licitè fiant.

QVÆRES I. An eiuſmodi opera licita ſint his diebus?

Vt reſpondeam clarè aduerto huiuſmodi opera eſſe duplicis generis. Alia quidem ſunt ex ſe indifferentia, vt iter agere, piſcari, venari, vendere, emere, alia ſunt periculoſa, id eſt magnam peccandi occaſionem ſuppeditant, vt ludere præſertim alea, choreas agere, cauponas frequentare. His poſitis.

Dico 1. Inter opera corporis ex ſe indifferentia quædam fieri licitè diebus feſtis modo Miſſam audias, puta iter agere, venari, piſcari.

Dico 2. Cum licitum ſit iter, dominis etiam ac nobilibus licere mulos arcis & reli-

qua ſupellectili viæ neceſſaria onuſtos ſecum ducere.

Quæres 2. Numquid emere aut vendere liceat his diebus ? Reſponſioni præmitto homines emere ac vendere duo genera rerum. 1. ea quæ per diem ex more conſumuntur vt ſunt panis, vinum , cibus , fructus, olera &c. 2. ea quæ intrà diem non conſumuntur puta merces , commeatus.

Nunc dico 1. cap. 1. de feriis omne genus venditionum & emptionum ſub nomine mercatus prohiberi vt Suares, Bonaçina & reliqui Doctores exponunt.

Dico 2. Quia rebus intra diem conſumendis homines indigent, ideò earum venditionem & emptionem ab Eccleſia in tabernis tolerari , modo ſemper audiatur Miſſa.

Quæres 3. Quid cenſeam de operibus quæ periculoſa nominaui ? R. Et dico 1. etiam regiis diplomatibus eſſe prohibita quamdiu officia diuina celebrantur quo nomine veniunt, Miſſa, concio , vel doctrinæ chriſtianæ facilior explicatio , veſperæ ac proceſſiones.

Dico 2. Sæpius eſſe mala ideòque vetita. Nempè quando ſunt proxima peccati occaſio, ita ſi quis probè nouerit ſe numquam ludo vacare quin blaſphemet, aut choreis adeſſe quin luxuriæ peccata mente committat, aut cauponas adire quin paſſim ſe inebriet vel in aliud crimen impingat. Obſerua tamen hæc & ſimilia tunc iure diuino prohiberi, non autem eccleſiaſtico præcisè.

Digitized by Google

Dices quænam motiua ſunt populo explicanda vt ab huiuſmodi noxiis recreationibus auocetur.

R. 1. quod ad ludos aleæ ſpectat, illi eſſe demonſtrandum huiuſmodi ludos. 1. ad iram iurgia & rixas. 2. ad iuramenta & blaſphemias. 3. ad fraudes. 4. ad furta vt quis habeat vnde ludat, & 5. ad otium inducere.

R. 2. Choreas verò inprimis omnem deuotionis ſpiritum his diebus maximè congruum extinguere, tum aſpectibus, tactibus & inhoneſtis cantibus luxuriæ viam ſternere.

R. 3. Denique cauponarum frequentiam eſſe paſſim originem, 1. ebrietatum, 2. grauium detractionum, & turpium verborum. 3. prodigæ effuſionis eorum quæ ſuſtentationi familiæ neceſſaria forent.

LECTIO IV.

De illis qui feſtis diebus laborantes interdum excuſantur.

QVAERES 1. Poſſuntnè coqui, lanij, piſtores & vniuerſim qui ad victum neceſſaria parant, coquere cibos, panem, & ſimilia agere diebus feſtis?

R. 1. Piſtores non excuſari à peccato ſi ante diem feſtum panem non coquant, cum id commodè potuerunt nec defuit aduertentia. 2. ſi tamen opus ſit pane, excuſari. 3.

coquos verò lanios, dulciarios piſtores, hiſque affines poſſe licitè artem ſuam diebus feſtis exercere.

II. Quæres 2. Licetnè his diebus metere, vindemiare alioſque terræ fructus colligere? R. Licere 1. cum verâ & vrgenti neceſſitate. 2. auditâ Miſſâ. 3. & obtentâ paſtoris licentiâ.

III. Quæres 3. Poſſuntnè alij licitè his diebus laborare? R. Ita nimirùm, 1. qui templa exornant vel aliud pietatis opus exercent. 2. qui ante diem feſtum Carbonariæ vel Calcariæ ignem ſubiecerunt. 3. ſub actores coriarij qui calci pelles & coria intulerunt. 4. aliique artifices quorum opificiis mora & interruptio valde noceret: nam eos Eccleſia cum tam graui detrimento non adſtringit, modò, vt diximus, miſſæ interſint.

IV. Quæres 4. Excuſanturnè vxores, liberi, famuli, quos mariti, parentes herique ad laborem cogunt? R. 1. Iuxta omnium ſententiam ſi cogantur ex feſti aut chriſtianæ religionis contemptu, nullatenùs excuſari poſſe, quin imò aſperrima quæque perpeti debent priuſquam hoc agant, cum Dei honor & religionis bonum omni bono particulari etiam vitæ præferendum ſit.

R. 2. Teneri aliquatenùs reſiſtere & Eccleſiæ prohibitionem opponere; quod ſi alij laborem vrgere non deſinant, vxorem & liberos ſi graue damnum immineat, famulos ſi ſe domo expellendos, nec dominum alibi reperturos metuant, poſſe tunc labo-

Digitized by Google

...nixi tunc, nam tenentur famuli qui à ...ta cogi ſolent, quam primum ip... domo exire & alios dominos quæ-

...uæres 5. quis fructus ex dictis eruen... ? R. Subditos à Confeſſariis monen...ſſe. 1. de obligatione quæ ipſis incum... reſiſtendi cogentibus ad laborem fe... die exercendum, atque huiuſmodi ...minos deſerendi iuxta mox dicta.

Famulos ſi non ad oculum, vt ait Apo...us, ſed quaſi domino ſeruiant, & pro ...is diebus labori ſolito diligenter inuigi...t, ab vllo vmquam hero vix dimittendos ...pter ſolam feſto die laborandi recuſa...nem.

.. Vt omnia peſſimè accidant, Deum cu...s prouidentia neminem fallit, eorum ſpei ...n defuturum.

LECTIO V.

De illis qui tranſgreſſioni feſtorum cooperari poſſunt.

QVAERES 1. Quinam ſint illi? R. Superiores Eccleſiaſtici, politici & domeſtici: à quo peccato inprimis cauere debent, cum hanc feſtorum violationem ex ſuo munere non ſolùm verbo, ſed etiam re & animaduerſione publica impedire teneantur; quippe qui à Deo authori-

tatem acceperint vt ſubditorum peccata coërceant.

Quæres 2. quomodo ſe geret Parochus in iſto caſu? R. Eius munus quatuor hominum genera reſpicere. 1. Epiſcopum diœceſanum. 2. Illius loci Dominos & Magiſtratus, 3. delinquentes, 4. populum.

I. Tenetur 1. Epiſcopum ſæpius admonere de tranſgreſſione feſtorum quæ in ſua parœcia contingit. 2. ab Epiſcopo reſcripta diligenter obſeruare.

II. Dominos & Magiſtratus inprimis monere etiam palam in Eccleſia de incumbente ipſis onere laborem illis diebus prohibendi, ac pios tum Epiſcopi, tum ſuos conatus iuuandi, vt ita rei ſedulò puniantur. Deinde illos cum ſe ſe offert occaſio alicuius tranſgreſſionis, diligenter hortari, & impellere ad eam puniendam cum nullum ſit remedium efficacius quam delicto flagranti reſiſtere.

III. Quod ad reos ſpectat. 1. vitet omnem perſonarum acceptionem, ſiue arguat, ſiue ſe malo graſſanti opponat, ſiue pœnas incurſas executioni mandari curet, nulla ratione habita diuitum, conſanguineorum, amicorum, &c. 2. illis abſolutionem deneget ſi verum huius peccati dolorem non habeant, quem non habere tribus indiciis deprehendet, 1. ſi ægrè adducantur vt credant ſuſceptum diebus feſtis ac dominicis laborem eſſe illicitum, variiſque rationibus ſe tueri præſumant, 2. ſi quantum in ipſis eſt clam laborent. 3. ſi ſæpius in idem peccatum incidant.

tized by Google

IV. Denique populum, 1. frequenter hac de re inſtituat, moneat, arguat minis etiam adhibitis. 2. dies illos obſeruet quibus plebi labor familiaris eſt, illam præcedenti dominicâ pluribus admoneat eique ſeuerè minetur. 3. patris & paſtoris zelo, nimirum cuius auſteritatem pia quædam ſuauitas mitiget, operam malo ſerpenti cauendo aut puniendo inſumat.

LECTIO VI.

Qualenam ſit peccatum diebus Feſtis ac Dominicis laborare.

QVAERES 1. An ſit peccatum mortale? R. Ita ex ſe, idque grauiſſimum. Dico ex ſe quia materiæ leuitas, exiguaque temporis mora excuſaret à mortali puta ſi quis ſolùm per quadrantem laboraret, nam hoc temporis ſpatium leue eſt.

Dices quodnam temporis ſpatium ſufficit ad mortale? Duas eſſe Doctorum ſententias. 1. eſt Filiucij & aliorum qui duas horas requirunt. 2. eſt Bonacinæ itemque aliorum qui horæ vnius ſpatium ſufficere putant.

Quæres 2. Cur dixerim huiuſmodi peccatum eſſe grauiſſimum? R. Quod id variæ rationes ſuadeant, quarum præcipuas quatuor hic exponam. 1. aliquatenus Deum directè impetit cum virtuti religionis aduerſe-

Digitized by Google

tur, proindèque grauem diuinæ maieſtati iniuriam afferat, 2. audacter & publicè committitur, ſaltem communiter, quod magnum Dei contemptum præ ſe fert, alioſque ad eius cultum aſpernandum inducit. 3. grauis omninò ſacrilegij reus æſtimaretur qui calicem vel rem aliam ſacram pollueret, ergo non minoris reus erit qui diem Dei authoritate ac deſtinatione ſacrum labore ſeruili profanat. 4. huius etiam peccati grauitas ex pœnis infertur quas Deum in ſcriptura probatiſque hiſtoriis, feſtorum tranſgreſſoribus per laborem inflixiſſe legimus.

TRACTATVS VIII.

De 4. Decalogi Præcepto.

LECTIO I.

De illis quæ hoc præcepto iubentur aut vetantur in genere.

QVÆRES 1. Quænam hoc Dei præcepto contineantur? R. Officia parentibus aliiſque hoc nomine comprehenſis exhibenda & viciſſim ab illis præſtanda inferioribus. Dixi officia, quamuis

hoc præceptum de ſolo agat honore, quia honor cœtera omnia complectitur.

Quæres 2. Quinam parentum id eſt patris ac matris nomine intelligantur? R. 1. Eccleſiaſtici, Superiores, nimirùm Papa, Epiſcopus, Parochus & ſimiles, 2. politici nempè Rex, Magiſtratus 3. tutores, curatores, magiſtri, heri, qui ponuntur in Superiorum domeſticorum numero, quales ſunt præſertim pater & mater, auus & auia.

Quæres 3. Differuntnè ſpecie peccata huic præcepto contraria, vt odium vel iniuria in patrem aut matrem illata? R. Ita cum ſpeciatim opponantur huic præcepto & virtuti pietatis ad quam hoc præcepto tenemur. Ita qui odio habuiſſet vel graui affeciſſet iniuria ſuos parentes, Epiſcopum, Parochum, aliumuè Superiorem. Teneretur non tantum confeſſario declarare ſe aliquem odio habuiſſe vel iniuria læſiſſe, puta detractione aut contumeliâ, verum etiam exprimere vtrum ipſius eſſet pater, Epiſcopus, Parochus,

LECTIO II.

De officio filiorum erga parentes ac vice verſa.

QVAERES 1. quænam ſint filiorum erga parentes officia? R. Hæc quatuor 1. reuerentia non modò exterior ſed etiam interior. 2. amor 3. obedientia in iis quæ parentes iubere poſſunt. 4. ſpirituale ac temporale ſubſidium.

Quæres 2. Quandonam peccent filij in reuerentiam parentibus debitam? R. Communiter in his tribus caſibus. 1. ſi conuiciis illos afficiant vel alia in eos verba iactent quibus ad grauem iracundiam vel triſtitiam prouocari norunt, in quo caſu mortaliter peccant. 2. ſi leuiter etiam cædant, imò ſolùm minentur de ſe mortale eſt, ob grauem illatam parentibus iniuriam, 3. ſi iam ad aliquem honoris gradum euecti, eos pauperes & humiles deſpiciant, niſi tantum exterius fiat & cum iuſta cauſa quod tamen in praxi rarò accidet.

Quæres 3. Quando in debitum amorem? R. 1. Si oderint interiùs & graue ipſis malum exoptent v.g. mortem vt bonis eorum potiantur. 2. nec eis externa beneuolentiæ ſigna exhibeant, hoc enim eſt graue peccatum, licet eos intus non oderint.

Quæres 4. Et in obedientiam? R. Si non

eis obediant. 1. in iis quæ ad bonos mores & animæ ſalutem pertinent, v. g. improborum conſortia fugiendo &c. 2. in iis quæ ad domeſticam familiæ gubernationem ſpectant, vt alicui negotio vacare, aliquam artem diſcere &c. in quibus & ſimilibus mortaliter aut venialiter peccatur iuxta materiæ grauitatem.

Quæres 5. quomodò peccent in ſubſidium? R. 1. Peccare in ſubſidium ſpirituale tripliciter. 1. ſi non curent diligenter eis adminiſtrari ſacramenta in mortis articulo vel periculo. 2. ſi prohibeant ne bonum alienum reſtituant, vel ſuæ ſalutis ſtudio pias largitiones egenis conferant. 3 ſi defunctos parentes orationihus aliiſque pietatis officiis adiuuare negligunt.

R. Et dico 2. peccare in ſubſidium temporale. 1. ſi parentibus egenis alimenta neceſſaria iuxta ſuas facultates non ſubminiſtrent, 2. ſi eoſdem infirmos non viſitent, eis non miniſtrant aut miniſtrari, & à medicis aliiſue curari non iubeant.

Quæres 6. Quænam ſint officia parentum erga filios? R. Duo hæc præſertim.

1. Vt eorum ſaluti diligenter inuigilent. 1. docendo præcipua fidei chriſtianæ miſteria. 2. proximas peccandi occaſiones amouendo, puta famulam vel aliam mulierem è domo pellendo cum quâ filius peccat vetando etiã priuata ſponſi & ſponſæ conſortia, nec ſinendo vt in eadem domo habitent. 3. probæ illis vitæ exempla monſtrando. 4. moderatè ac iuſtè corrigendo.

2. Vt eis alimenta porrigant & aliquod vitæ genus procurent.

LECTIO III.

De famulorum aliorumque ſubditorum officijs, ac viciſſim Superiorum.

QVAERES 1. Quænam ſint famulorum officia erga dominos ac vice verſa? R. 1. Famulos heris tria debere, ſcilicet amorem, reuerentiam & obedientiam? R. 2. Heros famulis ea debere quæ parentes filiis debere diximus, vno ſolùm excepto nempè illis vitæ ſtatum & alicuius artis peritiam procurare, niſi hac de re conueniſſent.

Quæres 2. quænam ſint mutua coniugum officia? R. 1. Vxorem teneri maritum, diligere, honore proſequi, eique obedire. 2. teneri maritum eadem vxori ſuo modo exhibere, obſerua tamen amoris nomine, ſuſtentationem intelligi.

Quæres 3. Quænam ſint Superiorum Eccleſiaſticorum officia? R. Et dico 1. Epiſcoporum officia præcipuè ſex numerari. 1. reſidere. 2. confirmationis & ordinis ſacramenta conferre. 3. concionari. 4. ſingulis annis cleri ſui conuentus habere. 5. propriam diœceſim ſingulis item annis viſitare aut ſaltem bienniis, ita vt pars illius quolibet anno viſitetur. 6. executionis teſtamentorum

tum curam habere.

Dico 2. Parochi officia eſſe inprimis iſta ſex. 1. reſidere. 2. per ſeipſum adminiſtrare ſacramenta vt in tractatu de Beneficiis oſtẽdemus. 3. pro ſuis ouibus orare, ac illis Miſſam diebus feſtis celebrare, aut celebrandam curare. 4. ægrotos inuiſere. 5. pauperum curam habere. 6 concionari aut catechiſmum exponere, nec omittendum eſt Synodum Tridentinam ſtatuere, vt poſſint Epiſcopi Parochos cenſuris Eccleſiaſticis cogere ad catechiſmum populo explicandum ſi per tres menſes id negligant. Vnde Bonacina diſp. 5. q. vnica puncto 2. n 31 *colligit Parochum mortaliter peccare ſi vno integro menſe continuo gregem ſuum inſtruere omittat.*

Dices, teneturnè Parochus Miſſæ fructum plebi ſuæ applicare ſingulis diebus dominicis aut feſtis? R. 1. Teneri Miſſam celebrare aut curare, vt ab alio celebretur.

R. 2 quod verò ad applicationem ſpectat. Dico 1. Synodum Triden. ſeſſ. 23. c. 1. *de reformat. hæc habere: cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre:* ſed difficultas eſt, an teneatur Parochus pro his offerre ſingulis diebus dominicis & feſtis. Ad quod.

Dico 2. Duas eſſe Doctorum ſententias prior affirmat; poſterior quam Bonacina in tract. Euch. diſp. 4 quæſt. vlt. pun. 7. n. 5. tuetur, aſſerit non teneri omninò & ſuo mu-

Digitized by Google

neri ſatisfacere, modo id feſtis ſolemnioribus agat: & inſuper diebus Dominicis vel ad minus ſemel in hebdomada, quæ opinio erit probabilior, ſi de Parochis egenis agatur.

TRACTATVS IX.

De 5. Decalogi Præcepto.

¶****o*o*§*o*§*o*o*o**¶

LECTIO I.

De illis quæ hoc præcepto vetantur.

QVÆRES 1. Quænam hoc præcepto vetentur? R. Sex. 1. proximum iniuſtè gladio, veneno aut alia ratione occidere. 2. operam ipſius morti directè vel indirectè, conferre, puta imperando, conſulendo, &c. Dico indirectè quod fieri poteſt dupliciter, 1. ſi rei illicitæ vaces, vt ſi Clericus de periculo homicidij monitus, aliquem ſclopo in venatione occideret non adhibita ſufficienti diligentia. 2. ſi rei etiam licitæ operam naues, vt cum pharmacopola non eam quæ par eſt diligentiam adhibet, herbis aliiſque deligendis ad medicinæ

conſectionem, aut cum mulier grauida proli ſeruandæ non inuigilat.

3. Percutere proximum, eiuſque percuſſionem approbare, vel ad illam cooperari.

4. Eum odio habere.

5. Verbo aut exemplo ad peccatum inducere.

6. Vllam aliquid ex iam dictis vel ſimilibus agendi voluntatem habere.

Quæres 2. Quid verò iubeat hoc præceptum? R. Vt proximo in extrema neceſſitate corporis vel animæ conſtituto ſubuenias.

LECTIO II.

De quibuſdam ad odium proximi ſpectantibus quæ hoc præcepto vetantur.

QVAERES, in quo poſita ſit obligatio qua tenetur omnis Chriſtianus proximum non odiſſe? R. In duobus 1. animum omni erga proximos odio liberum habere, 2. eis amicitiæ chriſtianæ ſigna & reliqua vitæ ciuilis officia exhibere, puta inuiſere ſi conſanguinei, vicini aut olim amici fuerint, idque in certis caſibus vt communis hominum ratio dictat, v.g. cum ipſi vel eorum vxores aut liberi ægrotant. Item ſi ab iis inuitentur ad nuptias, exequias, &c. non abnuere, & occurrentes ſalutare.

Dices, atqui non tenemur ſub peccato

I 2

inimicos ſalutare, cum hoc ſit amicitiæ non communis, ſed ſingularis indicium? R. Quamuis ſi res ſpeculatiuè penſetur, ſalutatio ſit non vulgaris amicitiæ nota quam proindè cuilibet proximo non tenemur exhibere.

Dico tamen 1. moraliter eſſe impoſſibile quin paſſim hæc ſalutandi obligatio vrgeat. 1. ſecus aliis ſcandalum paties quod vix poterit euitari, niſi forſan in maioribus ciuitatibus, puta Pariſiis, Toloſæ, idque adhuc vicini aduertent. 2. ſaltem ille quem non ſalutaueris, occaſionem indè ſumet æſtimandi te adhuc eum odiſſe quod rancorem in ipſius animo fortè conceptum, augebit.

Dico 2. ſalutationis omiſſionem, certò indicare, plerumque odium adhuc in animo vigens, quod his duabus firmiſſimis rationibus oſtendo. 1. experientiâ conſtat homines verè contritos ſalutationem inimicis non denegare, quantumuis naturæ corruptæ vitium reclamet. 2. ſi verum ſit te inimicum diligere iuxta legis Euangelicæ præſcriptum. Aliquem huius dilectionis fructum, & effectum requiro, an poteſt vlla eſſe arbor quæ omni fructu careat niſi ſterilitate, aut alio vitio laboret an ignem reperies qui ſcintillam caloremuè non emittat; denique quid eſt in orbe terrarum cuius ſe aliquis effectus non prodat.

Digitized by Google

TRACTATVS X.

In 6. Decalogi præceptum.

LECTIO I.

De prohibitis hoc præcepto.

QVÆRES 1. quænam hîc prohibeantur? R. Explicitè quidem adulterium, implicitè omnis actus & cogitatio carnalis extra liciti matrimonij vſũ. Dixi 1. Liciti matrimonij, quia ſunt matrimonia illicita in quibus actio & cogitatio carnalis vetantur. Dixi 2. extra vſum matrimonij liciti, quod multa fieri ſoleant à coniugatis illicitè.

Quæres 2. Vt aſſignem omnes actus carnales hoc ſexto Dei præcepto implicitè vetitos? R. Octò præſertim aſſignantur.

1. Fornicatio quæ inter perſonas diuerſi ſexus nullo voti, ordinis aut matrimonij nexu ligatas committitur.

2. Stuprum ſeu virginis defloratio.

3. Adulterium quod à duobus coniugatis, vel altero tantum perpetratur.

4. Raptus, qui fit cum puella, vel ipsâ inuitâ, vel inuitis parentibus abducitur.

Digitized by Google

5. Inceſtus qui eſt carnalis affinium ſiue affinitate naturali, ſiue ciuili aut ſpirituali, vel conſanguineorum commixtio.

6. Peccatum mollitiei id eſt voluntariæ pollutionis.

7. Peccatum Sodomitticum quod 1. inter perſonas eiuſdem ſexus. 2. diuerſi quidem ſexus, non ſeruato tamen ordine naturæ committitur.

8. Beſtialitas ſeu concubitus cum beſtia.

Quæres 3. Poteſtnè aliis modis hoc præceptum violari? R. Multifariam poſſe. 1. tactibus. 2. & aſpectibus inhoneſtis. 3. verbis turpibus. 4. impuræ ſcriptionis lectione. 5. cogitationibus impudicis, ſiue adſit voluntas rem cogitatam exequendi ſiue non, quod ſi deſit voluntas exequendi, tales cogitationes moroſæ vocantur, vt ſi quis malo quod executioni mandare non vult, liberè delectetur & illi cogitationi acquieſcat.

LECTIO II.

Qua ratione Confeſſarius de his peccatis interrogare debeat, eiſque mederi.

QVAERES. 1. Quonam pacto ſe geret Confeſſarius de huiuſmodi interrogans pœnitentes? R. Quinque obſeruet.

1. Verbis parcis & modeſtis vtatur quantum fieri poterit.

Digitized by Google

II. Nec tamen ea inquirere omittat quæ habitâ ratione pœnitentis ſtatus, ætatis aliorumque inquirenda iudicabit.

III. Interroget pœnitentem non ſolùm de peccatis opere externo completis, v. g. ſi coniugatam, affinem, conſanguineam, monialem &c. cognouerit, vel ſi fuerit ipſe matrimonio iunctus, in ſacris ordinibus conſtitutus &c. ſed etiam de peccatis mente, aſpectu, tactu admiſſis, puta ſi habuerit cogitationes impuras, vel aliquid impudicè viderit tetigerituè.

IV. Inquirat etiam perſonas quibus vti voluit aut reipſa vſus eſt ad praui conſilij executionem.

V. Tandem ſciſcitetur eorum numerum qui aderant cum impudica patrabat, loquebatur, canebat, legebat pœnitens, nam in iſto & præcedenti caſu numerum perſonarum deſignare teneatur.

Quæres 2. Quænam remedia conſulet huic peccato obnoxiis? R. 1. Tenetur eis abſolutionem ſuſpendere aut omninò denegare ſi verſeatur in proxima peccandi occaſione, vt fusè in tractatu de pœnitentia dicemus.

II. Conſulat aliquod vel plura ex remediis ſequentibus prout expedire videbit. 1. Ieiunium aut abſtinentiam præſertim vini, in quo vt ait Diuus Paulus eſt luxuria Eph. 5. v. 18. 2. fugam otij & omnis praui aut periculoſi conſortij. 3. frequentem peccatorum confeſſionem. 4. Dei vbique præſentis memoriam. 5. mortis iudicij & inferorum ſup-

plicij meditationem. 6. deuotionem ſanctiſſimæ Cruci, & ſacris Chriſti vulneribus habendam. 7. frequentem Deiparæ inuocationem, eam nimirum obſecrando vt per ſuam immaculatam Conceptionem tentato ſuccurrat. Quod remedium Auila inſignis vir præſentiſſimum experiebatur, ideòque pœnitentibus author erat vt ſæpiùs vrgente tentatione, corde & ore inclamarent per immaculatam Conceptionem tuam, libera me Virgo glorioſa & benedicta. 8. humilitatis amorem & praxim quod erit forte omnium optimum remedium tametſi minus notum, & minus facile iis qui non amant in vera pietate profectum.

TRACTATVS XI.

In ſeptimum Decalogi præceptum quem à reſtitutione ordimur.

LECTIO I.

De reſtitutionis definitione ac neceſſitate.

QVÆRES 1. Quid ſit reſtitutio? R. Actus iuſtitiæ commutatiuæ quo alteri ſuum bonum ablatum vel detentum reſtituitur, aut ei damnum illatum re-

paratur. Explico ſigillatim definitionem. Dixi 1. reſtitutionem eſſe actum iuſtitiæ commutatiuæ. Vbi duo ſunt obſeruanda. 1. dari duplicem iuſtitiam, nimirùm diſtributiuam & commutatiuam. Illa eſt quâ Principes aliique Superiores præmia, dignitates, munera, beneficia iuxta cuiuſque meritum largiuntur. Iſta, qui bonum alteri reſtituitur aut damnum illatum compenſatur, ita tamen vt rei acceptæ ac redditæ, illati damni eiuſque reparationis iuſta ſeruetur æqualitas. 2 alterum hic notandum & ex prioribus definitionis verbis colligendum, eſt, reſtitutionis obligationem ex ſolâ iuſtitiæ commutatiuæ læſione oriri, vnde quamuis diſtributiua lædatur aut quælibet alia virtus, nullum ideo reſtituendi onus incumbit; Princeps igitur qui virum de republica bene meritum nullo præmio affecit, eique prætulit indignum, licet peccauerit, nihil tamen reſtituere tenetur. Pariter qui egenum vel etiam patrem fame confici paſſus eſſet, nec filiis egeni, nec ſuis fratribus aliquid reſtituere teneretur; quamuis grauiter peccaſſet in priori quidem hypotheſi contra charitatem, in poſteriori contra virtutem pietatis quarto decalogi præcepto iniunctam.

Dixi 2. Bonum alterius ablatum vel detentum, quia reſtituendi onus ex duplici præſertim capite oritur. 1. ratione iniuſtæ acceptionis cum ſcilicet alteri bonum iniuſtè ablatum vel damnum illatum eſt. 2. ratione rei acceptæ, ita enim loquuntur Do-

ctores, cum ſcilicet bonum alicuius habe-tur, puta ſi quis ex obliuione pallium, librum vel aliquid aliud in tua domo reliquerit, teneris enim tunc reſtituere.

Quæres 2. An ſit reſtitutio neceſſaria? R. Ita neceſſitate præcepti, quia ſcriptura ſacra & ius canonicum eam iubent, non tamen eſt neceſſaria neceſſitate medij, niſi vt aiunt in intentione, nam qui nihil in bonis haberet, à bono alterius accepto reſtituendo excuſaretur, proindèque ſaluus eſſet modo haberet voluntatem reſtituendi ſi poſſet.

LECTIO II.

An damnum ſine peccato illatum reparare teneamur.

QVAERES, tenemurnè damnum ſine peccato illatum reparare, puta ſine intentione & aduertentiâ? Reſponſioni præmitto damnum alteri meâ culpâ tripliciter accidere poſſe. 1. ſi ex officio tenebar illud impedire: vt ſi miniſter aut judex ſim ad hoc mercede conductus, remque negligam. 2. ſi ad idem ex contractu aliquo tenebar. 3. ſi nec officio nec vllo contractu. Damnum prohibere debebam, ac de hoc vltimo caſu iam nobis ſermo eſt. His poſitis.

Dico eum, qui damnum ſine peccato in-

Digitized by Google

tulit, non obligari ad reſtitutionem, niſi ex contractu vel officio teneretur damnum non inferre, dicti autem ratio duplex eſt. 1. quia tunc damnum caſu accidit non inferentis dolo & voluntate. 2. reſtitutio pœna eſt culpæ, ergo vbi non eſt peccatum, nec pœna eſſe debet, ſeu obligatio ad reſtitutionem. Puta ſi quis incogitans vicini domum incendiſſet, aut venationi operam dans, hominem in rubo latentem quem feram eſſe putat, occidiſſet. Dixi niſi &c. quam exceptionem ſuo loco explicabimus.

Dices, qua verò ratione intelligemus damnum caſu & citrà culpam theologicam illatum eſſe? R. Duabus his notis. 1. cum ex huiuſmodi actione damnum oriri non conſueuit, id eſt cum huiuſmodi actio non eſt nata damnum inferre. 2. quamuis actio de ſe nociua fuerit, ſine vlla tamen attentione periculi, quod incogitātiâ vel obliuione non aduertimus commiſſa eſt. Hic autem tria ſunt obſeruanda. 1. vt quis eſſe in culpâ cenſeatur ideòque reſtitutioni obnoxius, non ſufficit actionem quâ damnum eſt illatum, periculo damni laborare, ſed adhuc requiritur vt damnum aliquo modo præuiſum fuerit. 2. ferè numquam in praxi contingit, ſi actio ex ſe periculoſa ſit, omnem etiam leuem damni cognitionem aut ſcrupulum abeſſe. Vnde qui magno apparatu perſata venantur, paſſim damnum illatum reſarcire debent, vtpote illius rei: mulieres etiam quæ ante ſolidum annum puerulos lectis imponunt, reas eſſe putamus, cum vix vnquam

id agant, quin aut ſuffocationis periculi, aut prohibitionis Eccleſiæ recordentur. 3. hic obſeruandum eſt, te quamuis actio de ſe non ſit illatiua damni, ſi tamen probabiliter damnum ex ea venturum præuideris, ac reipſa contigerit, ad reſtitutionem teneri. Cuius dicti ratio eſt manifeſta.

LECTIO III.

An ille teneatur ad reſtitutionem cuius animal caſu damnum intulit alicui.

QVÆRES, cum animal caſu alicui damnum dedit, teneturnè animalis dominus illatum damnum compenſare vel animal, vt loquitur ius, noxæ dedere.

R. 1. Teneri ad reſtitutionem ſi præuiderit damnum inferendum, vel ſaltem veritus ſit, nec parem ei cauendo diligentiam adhibuerit. Puta ſi equum, aſinum, ſues, &c. non recludat vel cuſtodi tradat, interim verò hæc animalia vicini ſegetibus noceant.

R. 2. Si damnum citra domini culpam illatum fuerit. Quippe qui omnem adhibuerit diligentiam, ne ſuum pecus alterius bonis damnum afferat? R. Inquam caſum eſſe difficilem, ideòque duas eſſe Doctorum ſententias quarum prior dominum ad horum alterutrum obligari cenſet, nimirùm ad ſoluendam æſtimationem damni, vel animal quod nocuit, in damni dati compenſationem,

noxæ dedendum. Quia id tum iure ciuili l. ſi ſeruus de noxalibus actionibus, tum canonico c. ſi culpa de iniuriis & damno dato, præcipitur. Poſterior verò aſſerit ad horum neutrum in conſcientia teneri ante ſententiam Iudicis, quod huiuſmodi leges nonniſi pro foro externo latæ ſint, & aliundè ſint pœnales. Dixi ante, vt innuerem teneri poſt ſententiam iudicis.

Sed inquies, hoc pauló durius videtur: nam ſi quis damnum caſu & abſque ſua culpa intuliſſet, non teneretur illud compenſare poſt ſententiam Iudicis, cum hæc ſola niteretur præſumptione, vt docet Bonácina de reſtitutione *diſp.* 1. *q.* 1. *p.* 3. *n.* 11. ergo à pari non tenebitur dominus reparare damna caſu à ſuis pecoribus illata, etiam poſt ſententiam Iudicis? R. Magnum eſſe diſcrimen inter hæc duo nam hæc vltima lex quæ iubet dominum illata per ſuum animal damna ſoluturum, vel ipſum animal nóxæ daturum, non innititur præſumptione, ſed merè pœnalis eſt, quæ in conſcientia obligat cum ea ſit legiſlatoris intentio: ſi quidem huiuſmodi lex pro bono publico lata eſt, vt homines pœnâ lege ſtatutâ deterriti ſuis animalibus caueant, ne illa forte bonis aliorum nocumento ſint, alioquin veriſimile eſt neminem curaturum vt ab inferendo damno prohiberentur animalia quod magno eſſet reipublicæ incommodo, pro cuius maximè commodis leges feruntur, quamuis inde priuati aliquid damni patiantur.

LECTIO IV.

De illo qui graue damnum intulit per peccatum veniale.

QVAERES 1. Teneturnè ad reſtitutionem qui graue damnum proximo intulit per culpam ſolùm venialem, vt ſi eum per motum iræ primo primum occideret, vel illius domum ſine pleno rationis vſu incenderet? R. Teneretur iuxta probabiliorem ſententiam, cum enim venialiter peccauerit ideòque culpam voluntariam commiſerit, ad reſtitutionem tanquam ipſius culpæ pœnam obligatur.

Quæres 2. Teneturnè ſub peccato mortali aut veniali tantum? R. Sub mortali cum vt ſupponimus damnum ſit graue: neque abſurdum eſt culpam ſolum venialem, ad notabilem reſtitutionem per accidens adſtringere, ideòque ſub peccato mortali; nam in tract. de peccatis l. 4. oſtendimus peccatum veniale per accidens variis modis fieri poſſe mortale.

Dices: ſed in hoc caſu tenebiturnè iſte totum damnum reſarcire, aut partem illius tantum? R. Partem dumtaxat damni, puta decimam, vigeſimam, trigeſimam, aliquando centeſimam dumtaxat iuxta peccati venialis grauitatem aut leuitatem; pœna enim culpæ debet æquari, cum igitur culpa

leuis ſit, vtpote venialis, pœna quoque debet eſſe leuis, idque habita ratione culpæ.

LECTIO V.

Ad quid ille teneatur qui rem alienam bona fide poſſidens dubitare cœpit eam ad ſe non pertinere; ſed ad proximum.

QVAERES I. Quem vocas bonæ fidei poſſeſſorem? R. Eum qui rem aliquam poſſidere incipiens, abſque vllo dubio ſuam eſſe putat.

Quæres 2. Ad quid tenetur ille qui rem alterius bonâ fide poſſidens, iam incipit dubitare alterius eſſe, non ſuam? R. 1. Teneri diligenter inquirere an ita ſit, quod ſi agere negligat, ac deinde rei dominum nouerit, eam illi reſtituere debet cum omni fructu percepto à tempore quo ceperat dubitare; Ioannes v. g. fundum ſibi à patre relictum bonâ fide poſſidens, cœpit non leui fundamento nixus dubitare, illum à defuncto patre iniuriâ fuiſſe acquiſitum, tunc tenetur inquirere an ita ſit, quia niſi inquirat ſe probabili periculo lædendi proximum exponit, quod ſi debitam diligentiam adhibere negligat, ac deinde certò nouerit fundum à patre iniuſtè acquiſitum, tenetur eum reſtituere cum omni fructu percepto à tempore quo cœpit dubium vſque ad præſentem diem; ratio eſt quod ab hoc tempo-

re ſit in culpâ, vtpote malæ fidei poſſeſſor.

R. 2. Si verò ſufficienti diligentiâ vſus fuerit, nec ideò conſtet an res alterius domini ſit, poſſe rem ſibi ſeruare, cum ſuo functus ſit munere, & iuxta iuris effatum in dubiis melior ſit conditio poſſidentis.

Dices, poſſetnè rem vendere? R. Poſſet modo emptorem dubij admoneret, vt ſi aliquandò verum illius dominum inuenerit eam illi reſtituat, vti emptor facere teneretur. Modo 2. eum viliori pretio vendat, nam multo minus valet in hoc caſu, æque ac res aliquo vitio laborans, vt dicetur in tractatu de emptione & venditione, cum dubium ſit eam non pertinere ad venditorem, & ideò emptor ſe periculo damni exponat, videlicet non recuperandi pecuniam pro merce traditam, & aliquod patiendi damnum in reſtitutione rei.

Quæres 3. Si bonæ fidei poſſeſſor dubitans rem aliquam ad ſe non pertinere, debitam diligentiam omiſerit vt dubium omne deponeret, atque deindè accidat vt veritatem certò ſcire non poſſit, ad quid tenebitur? R. Probabilius eſt teneri partem aliquam reddere illi ad quem dubitat pertinere, vel eam dare pauperibus ſi hominem non nouerit: ratio eſt quia cum omiſerit debitam adhibere diligentiam, in culpâ eſt, & ideò ad aliquam pœnam obligatur, dixi aliquam ſcilicet ad reſtituendum, non rem totam, ſed partem habitâ ratione dubij ac probabilitatis ſpei verum rei dominum agnoſcendi. Dixi etiam vel dandam eſſe pau-

peribus, quia vt infra dicemus, bona incerta per delictum parta, debentur pauperibus.

LECTIO VI.

De certis caſibus in quibus homo cenſetur poſſeſſor malæ fidei, & ad quid tunc obligetur.

QVAERES 1. Quandonam aliquis cenſeatur poſſeſſor malæ fidei?

R. Maximè in hoc duplici caſu 1. cum ſibi vendicat rem ab alio bonâ fide poſſeſſam quam dubitat ad ſe pertinere, tunc enim eſt poſſeſſor malæ fidei teneturque proinde ad reſtitutionem: quia conditio alterius, cui rem aufert, melior eſt, cum ſit poſſeſſor bonæ fidei, vnde illi facit iniuriam quam reparare tenetur.

2. Cum, antequam rem poſſideat ſucceſſione, donatione, emptione, credit aut dubitat ſe non poſſe illam iure acquirere, quia v. g. donator aut venditor non habet rei dominium, ſed eam furto aut aliâ iniquâ ratione adeptus eſt: ita hæres vel filius qui ante poſſeſſionem fundi dubitauit teſtatorem non eum legitimè acquiſiuiſſe, cum poſſidere incipiet, malæ fidei poſſeſſor erit, ideòque tenebitur reſtituere fundum ac fructus ex eo perceptos. Idem puta de emptore qui dubitaſſet ante emptionem, furto aut aliâ iniquâ viâ rem fuiſſe acquiſitam.

Dices, ad quid teneretur ille malæ fidei poſſeſſor, ſi adhibitâ ſufficienti diligentiâ, rei dominum non inueniret, ſed adhuc in dubio permaneret? R. 1. Non poſſet illam retinere, quia non ei fauet illud iuris axioma, melior eſt conditio poſſidentis, nam ſolùm de poſſeſſore bonæ fidei intelligitur. 2. reſtituere teneretur rem ipſam aut eius valorem ei aut illis ad quos pertinere dubitat idque ſingulis, ſi plures ſint, pro rata parte, & habita ratione dubij maioris aut minoris.

Quæres 2. Quandonam aliquis fiat malæ fidei poſſeſſor? R. Id colligi ex num. 2. l. præcedentis.

LECTIO VII.

Ad quid teneatur ille qui rem alterius quam bonâ fide poſſidebat, conſumpſit aut alienauit.

R. Teneri tantum reſtituere id in quo factus eſt ditior: quia obligatio ad reſtitutionem præſertim ex duplici capite naſcitur, *vt diximus l. 1. n. 2.* ſcilicet iniuſtâ rei alienæ acceptione & eiuſdem retentione, ſed ille de quo nobis ſermo eſt, nec rem alterius iniuſtè accepit, cùm eam vt ſupponimus bona fide poſſideat, nec retinet cùm illam ex eadem ſuppoſitione conſumpſerit aut alienauerit, ergo ad nullam

ionem obligatur. Ioannes v. g. rem
bonâ fide poſſidebat, ſuâ culpâ peri-
us eſt, aut alteri dedit, vel ludo ami-
effudit, quamuis deindè nouerit eam
non pertinere, ab omni reſtituendi
liber eſt. Dixi autem teneri reſtituere
quo factus eſt ditior, quia illud ſucce-
ico rei conſumptæ aut alienatæ.
:es, quid vocas fieri ditiorem? R. Cum
ſione boni alterius impenſæ alicui pe-
iſti quam alioqui feciſſes, v. g. ſi præ-
is Ioannes qui rem alterius bonâ fide
eſſam ludo amiſit, rei ſuæ peperciſſet,
c tenetur ad reſtituendum id omne quod
ſuo luſiſſet, niſi rem alienam impendiſ-
: quia ob rem alterius, ſuam non amiſit.
m ſi Ioannes dediſſet rem alterius, quæ
cem aſſibus valet, eiuſque gratia, do-
m valoris quinque aſſium accepiſſet, te-
retur 5. aſſes reſtituere cum iis factus ſit
cupletior. Item Ioannes inuitatus ad cœ-
m res furtiuas inſcius comedit, tenetur
ſtituere quod in domo ſua comediſſet cum
ud occaſione boni alterius habeat, vnde
5. tantum aſſes inſumpſiſſet, 5. tantum re-
tituet, ſi tamen impendiſſet 20. aſſes in cœ-
am domi ſuæ, quod in ea lautiorem victũ
colant, quam apud amicum inuitantem:
tunc ſolùm reſtituere teneretur, 10. aſſes
quos foris cœnando conſumpſit. 1. quia non
céſetur factus locupletior 20. aſſibus propter
alienam rem tametſi pepercerit illis cœnan-
do apud amicum, ſed peperciſſe cenſetur eis
vel eorum dimidiæ parti, quia minori cœ-

Digitized by Google

nâ contentus apud amicum fuit. 2. præceptum reſtitutionis obligat tantum vt ex æquo reparet damnum illatum, ſed iſte damnum, 10. aſſiũ intulit, ergo tantũ 10. aſſes reſtituere debet, ei cuius erunt dapes comeſæ apud amicum.

LECTIO VIII.

An reſtituere oporteat bonum alienum in ſpecie & indiuiduo.

QVÆRES 1. Quid ſibi velit reſtituere in ſpecie vel indiuiduo? R. 1. Hæc vocabula idem omnino ſignificare, ſed Iureconſultos vti nomine, ſpeciei, Philoſophos indiuidui, & Caſuiſtas vtroque loquendi modo.

R. 2. Reſtituere in ſpecie vel indiuiduo eſt reddere eandem rem quam accepiſti vt eandem pecuniam, eundem librum.

Quæres 2. Tenemurnè rem iniuſtè acceptam aut retentam, in ſpecie reſtituere? R. Ita, ſi extet apud nos, ſin minus reſtituendum erit illius pretium. Dixi 1. reſtituendam eſſe in ſpecie cum apud nos extat, quia proximus habet ſemper eius dominium, & vt aiunt vulgò Doctores, res pro domino clamat, quamuis ab alio poſſideatur. Dixi 2. ſi non fuerit in noſtra poteſtate, reſtituendum eſſe illius pretium, quia ſuccedit rei ablatæ vel retentæ.

Digitized by Google

ſi quis redderet proximo rem eiuſ-
aloris & omninò ſimilem, nolens re-
e in ſpecie quod illi abſtulerat, pec-
è? R. Si rem in indiuiduo reſtituere
,eamque dominus omninò ſibi reddi
, non excuſaretur à graui peccato, 1.
a charitatem nam proximo grauem tri-
m inferret, atque is eſt communis Do-
m ſenſus. 2. contra iuſtitiam, vt fert eo-
lem probabilior ſententia, quia domi-
poteſt iure velle rem ſuam, nec illius
inium amittit, quamuis ei res æqualis
tis offeratur.

LECTIO IX.

ſit neceſſarium rem in indiuiduo reſtituere, quando creuit illius valor.

Væres, an ille qui habet bonum alienum in ſpecie, debeat illud reſtituere quando creuit illius valor, vel an ſufficiat reſtituere id quod valebat tempore arti. V. g. Petrus furatus eſt Ioanni duos ummos aureos cum ſinguli ſeptem libris uronicis valerent, quæritur an ſatisfaciat eſtituendo quatuordecim libras, quamuis nummos adhuc ſeruet in arca. Item Petrus furatus eſt Ioanni vitulum pretij quatuor nummorum, quem per tres annos ſeruauit, & ità ſedulò aluit vt iam viginti quinque nūmis æſtimetur, quæro an ſatisfaciat reſti-

tuendo quatuordecim libras? R. Nequaquam ſed duos nummos & vitulum in ſpecie reſtituere teneretur: quia dominus, vt ſuperiori lectione oſtenſum eſt, numquam rei ſuæ dominium amittit quandiu eſt in rerum naturâ.

Dices 1. Si Petro conſtet *Ioannem* voluiſſe tunc temporis, cum furtum commiſſum eſt, duos illos aureos inſumere aut vitulum vendere? R. Nihil inde reſtitutioni rei in ſpecie deperit, quia ſemper verum eſt Ioannem & aureorum & vituli dominum eſſe.

Dices 2. Si Petrus teneatur vitulum reddere, æquum erit vt ei ſumptus reſtituantur quos in eo alendo conſumpſit? R. 1. In foro quidem exteriori nihil ei adiudicabitur, cum ita lege ciuili cautum ſit, 2. cum tamen eæ leges pœnales ſint, obligant tantum poſt ſententiam Iudicis, ideòque in foro interiori conſcientiæ iuſtum eſt, vt Ioannes vituli dominus, eos ſumptus Petro reſtituat.

LECTIO X.

ta quem valorem fur debeat reſtituere bonum alienum quod vendidit aut conſumpſit.

QVæres 1. Vtrum Sempronius, qui furatus Caio modium tritici cum 5. nummis vendebatur, nunc facti pœ-eus reſtituere vult eum 5. tantum libris nit, ſatisfaciat reſtituendo alterum mo-um, vel an 5. nummos reddere teneatur. R. Cum diſtinctione, nam ſi tunc Caius odium tritici conſumpſiſſet, nec ideò aliũ nere coactus eſſet, vel ſi eum ad hoc vſ-ie tempus in horreo ſeruaſſet, dico ſuffice-. vt Sempronius alium Caio modium reſti-iat, quia ſic omne illatum ei damnum re-arabit. At verò ſi tunc Caius modium tri-ici vendidiſſet aut alium emere debuiſſet il-i Sempronius quinque nummos reddere te-iebitur, quo pretio modium tunc temporis eniebat, aliàs ei faceret iniuriam.

Quæres 2. Si fur rem furto ablatam plu-ris vendiderit quam dominus vendidiſſet, teneturnè illi hunc valoris exceſſum reſti-tuere. Vt huius dubij ſolutio percipiatur ob-ſeruandum eſt augmentum valoris alicuius rei ex duplici capite oriri poſſe. 1. ex intrin-ſeco incremento rei puta cum vitulus adole-uit, nam ſi ante vno aureo vendi poterat,

nunc maioris eſt pretij 2. ex aliquo extrinſeco, vt cum triticum tali loco, vel tempore carius venit, ob annonæ penuriam, vel aliud ſimile.

R. Et dico 1. Cum res à fure vendita creuit incremento intrinſeco, tenetur integrum pretium reſtituere, quamuis rem minori pretio dominus eſſet vendıturus E.g. Caius furatus eſt *Ioanni* pullum equinum valoris decem aureorum, quem per tres annos ſeruauit, ac demum centum aureis vendidit, tenetur *Ioanni* reſtituere centum aureos; licet ipſi conſtaret *Ioannem* minori pretio venditurum, puta quia citiùs vendidiſſet aut minori cura aluiſſet. Ratio eſt quod incrementum intrinſecum pulli ſemper ad Ioannem verum illius dominum pertinuerit, ergo & pretium ex eo perceptum quod eius loco ſuccedit, vnde dicunt Doctores rem æquiualenter extare id eſt perinde eſſe, ac ſi extaret in ſpecie, ob pretium ex ea perceptum. Obſeruandum tamen eſt iuxta dicta lectione præcedenti n. 2. expenſas eſſe deducendas quæ in alendo pullo factæ ſunt.

R. Et dico 2. Cum rei valor creuit ex aliqua ratione extrinſeca, tenetur tantum domino fur pretium reſtituere quo rem ille vendidiſſet. v. g. Caius *Ioanni* furatus modium tritici cum quinque nummis valeret, & ille conſumere vellet, ſi decem nummis vendiderit, vel quia in Hiſpaniam aſportauit, vel quia hic ſubitò carior factus eſt, non tenetur Caius Ioanni reſtituere niſi quinque nummos; nam ita omne ipſi damnum

num illatum compenſat.

Dices reus ex bono alieno ditabitur? R. Id fieri poſſe non immediatè ſed mediatè, & per accidens tum propria induſtriâ, tum quia lucrum non vergit in proximi damnum cui ſupponimus abundè ſatisfieri, quod ex dicendis amplius eluceſcet, vbi oſtendemus furem qui cum alienâ pecunia negotiatus eſt non teneri ſemper lucrum ſui commercij reſtituere.

LECTIO XI.

De reſtitutione valoris boni alieni quod aliquis deuaſtauit.

QVAERES ad quid ille teneatur qui ſegetes proximi deuaſtauit, vitulum occidit, aut arbores præcidit? R. Teneri non modò ad reſtituendum valorem tritici, vituli, arborum, tempore illati damni, ſed etiam valorem fructuum quos dominus ex huiuſmodi rebus percepiſſet iuxta prudentis arbitrium, ſpectari tamen omnibus circunſtantiis, v.g. periculo grandinis, ſumptibus meſſis.

Dixi 1. Teneri ad reſtitutionem non modo præſentis valoris, ſed etiam futuri ſi damnum non fuiſſet illatum, nam cum res iſtæ fructificent, non poteſt earum deuaſtatio iuſtè alias compenſari.

Dixi 2. Spectandas eſſe varias circunſtan-

Digitized by Google

tias, neque deuaſtatorem, teneri ſoluere omnem valorem quem triticum habere potuiſſet. Quia ſeges non tanti æſtimatur quam triticum in horreo reconditum, cum ei grando vel alius caſus nocere poſſit, & inſuper deducendæ ſint expenſæ meſſis &c. idem dicendum eſt de vitulo iniuſtè occiſo aut mutilato, qui ſi tunc temporis quatuor nũmis venire poterat, non debet æſtimari vt bos triennis, quia mori poterat nec ſine ſumptibus ſeruari aliquè, vnde in his caſibus res deuaſtatæ magis æſtimandæ ſunt quàm tunc temporis valerent, & minùs quàm aliquando valituræ erant.

LECTIO XII.

De reſtitutione fructuum perceptorum ex bonis alienis.

QVAERES 1. Quot ſint genera fructuum qui ex bonis huius mundi percipi poſſunt? R. Plura. 1. ſunt fructus quos vocant naturales qui ex ſe ipſis aut ſine magna hominum cura proueniunt vt herbæ pratorum, poma, caſtaneæ, fœtus etiam plurium animalium quæ ſine magna hominum induſtria pariunt; quales ſunt cuniculi.

2. Fructus induſtriæ, quos præſertim hominum induſtria parit, vt fructus pecuniæ, quæ cum ſit omninò ſterilis ex ſua

natura, non poteſt illius lucrum niſi ex induſtria proficiſci.

3. Fructus qui mixti appellantur quia ſunt partim naturales partim induſtriales, puta vuæ, triticum, lac, oleum &c. vt etiam lucra quæ ex locatione domorum, equorum ac ſimilium rerum percipiuntur.

4. Fructus pendentes qui non ſunt adhuc collecti, velut vuæ viti adhærentes, poma, oliuæ &c, dum in arbore pendent.

5. Fructus percepti id eſt collecti quidem, non tamen in horreo vel alio loco reconditi, ſed adhuc in area aut in agro extantes.

6. Fructus qui percipi quidem potuerunt ab homine diligentiſſimo, ſed tamen re ipſa non fuerunt percepti ob negligentiam cultoris.

Quæres 2. Tenemurnè reſtituere fructus induſtriæ quos ex re aliena percepimus? R. Minimè, quamuis eos vt poſſeſſor malæ fidei perceperis v.g. ſi cum pecuniâ furto ſublatâ negotiatus fueris, quia lucrum non cenſeretur fructus alienæ pecuniæ quæ ex ſe ſterilis eſt, ſed induſtriæ tuæ. Idem æſtimandum eſt de illo qui cum alterius malleo, penicillo alioue inſtrumento aliquid lucratus eſt. Obſerua tamen furem pecuniæ, mallæi &c. teneri ad reparandum lucrum ceſſans vel damnum emergens quod earum rerum dominus paſſus eſt.

Quæres 3. Ad quid teneatur Petrus qui cadum vini furatus eſt pretij quatuor librarum ex quo aquam vaporatam nummis quatuor vendidit, item ſextarium tritici fura-

tum in agro ſuo ſeminauit vnde quatuor ſextarios collegit? R. Satis eſſe vt reſtituat rei furto ſublatæ valorem, quia lucrum excedens eſt eius induſtriæ fructus, ſed his duobus caſibus applicanda eſt monitio facta in fine ſuperioris numeri.

LECTIO XIII.

An poſſeſſor bonæ fidei perceptos è re alienâ fructus reſtituere teneatur.

QVAERES 1. Teneturnè bonæ fidei poſſeſſor, fructus naturales aut mixtos reſtituere? R. Cum diſtinctione: reſtituere tenetur fructus pendentes, quia cenſentur idem omninò cum re quâ prodeunt; fructus item perceptos reſtituere tenetur, ſi eos in ſpecie habeat; ſin minus conſumpſerit aut alienauerit, id in quo propter eos factus eſt ditior; cuius reſponſionis rationem ſuperiori lectione ſeptima dedimus. Vnde colligas Petrum teneri reddere pecuniam, vel aliud quidpiam quod ei pro merce huiuſmodi fructuum datum eſt, quia in hac hypotheſi factus eſſet ditior ex re alienâ.

Quæres 2. An idem teneretur eos fructus reſtituere quos ſuâ negligentiâ non percepit? R. Minimè cum ex dictâ lectione 7 conſtet non teneri ad vllam reſtitutionem quamuis rem alienam omninò deuaſtaſſet,

intra tempus ſuæ poſſeſſionis bonæ fi-
ei.

LECTIO XIV.

An malæ fidei poſſeſſor teneatur ad reſtitutionem fructuum rei alienæ quam detinet iniuſtè.

QVAERES, teneturnè malæ fidei poſſeſſor eos fructus reſtituere quos ipſe non percepit ex re alienâ, ſed tamen dominus percepiſſet? R. 1. Teneri, quia rei dominus in hoc paſſus eſt damnum. Vnde fit vt Petrus qui Ioannis agrum iniuſtè occupauit ei incultum reliquit, à quo tamen Ioannes decem tritici ſextarios percepiſſet, eoſdem Ioanni reſtituere teneatur, deductis tamen expenſis culturæ ac meſſis.

Quæres 2. An idem poſſeſſor malæ fidei reſtituere teneatur fructus ex alienâ re perceptos quid eam meliorauerit, ſed quis dominus minimè percepiſſet?

R. Si malæ fidei poſſeſſor meliorauerit fundum incultum videlicet eum arando ſeminando, ſtercorando, & ideò fructus ex eo perceperit quos dominus minimè percepiſſet: tenetur eos reſtituere, quia res fructificat domino ſuo; cum enim fundi habeat dominium, habet etiam omnium fructuum eidem adhærentium; expenſæ tamen in agro meliorando, & tritico colligendo, factæ deduci debent. Idem puta ſi rarum

tuendo quatuorde
ſed duos nummo
ſtituere teneretur
riori lectione oſte
ſuæ dominium am
naturâ.

Dices 1. Si Petro
ſe tunc temporis,
eſt, duos illos aure
vendere? R. Nihil
ſpecie deperit, qui
nem & aureorum &

Dices 2. Si Petru
dere, æquum erit v
quos in eo alendo c
quidem exteriori
cum ita lege ciuili c
eæ leges pœnales ſ
poſt ſententiam Iudi
teriori conſcientiæ
vituli dominus, co
tuat.

TIO XV.

t accepta pecunia vt quis
geret quod alias agere
tenebatur.

tiuè ſi pecuniam accipiens
pus ex iuſtitia teneretur,
t pecuniam gratis eſſe do-
quia in iſto caſu rem ſibi
n acciperet: vnde ſequitur
uentas reddere abnuunt ſi-
ſumma, teneri ad reſtitu-
etiam tribunos ærarios
ores vocant, grauiter pec-
ionem adſtringi, cum ali-
è vel indirectè ſiue per ſe,
iſtros ab iis quibus pecu-
etur Dixi niſi conſtet &c.
atet. Obſeruandum tamen
e vt hæc dona ſint volun-
ctè callidèque eligantur:
ibuni negant ſe habere pe-
quid promittas, vnde illis
vt tibi debitam pecuniam

uè ſi ad illud opus ex ſola
ur iuxta probabiliorem ſen-
eccans contra charitatem,
roximo damnum inferret.
ex dictis l. 1. ſola iuſtitiæ

Digitized by Google

nâ contentus apud amicum fuit. 2. præceptum reſtitutionis obligat tantum vt ex æquo reparet damnum illatum, ſed iſte damnum, 10. aſſiũ intulit, ergo tantũ 10. aſſes reſtituere debet, ei cuius erunt dapes comeſæ apud amicum.

LECTIO VIII.

An reſtituere oporteat bonum alienum in ſpecie & indiuiduo.

QVAERES 1. Quid ſibi velit reſtituere in ſpecie vel indiuiduo? R. 1. Hæc vocabula idem omninò ſignificare, ſed Iureconſultos vti nomine, ſpeciei, Philoſophos indiuidui, & Caſuiſtas vtroque loquendi modo.

R. 2. Reſtituere in ſpecie vel indiuiduo eſt reddere eandem rem quam accepiſti vt eandem pecuniam, eundem librum.

Quæres 2. Tenemurnè rem iniuſtè acceptam aut retentam, in ſpecie reſtituere? R. Ita, ſi extet apud nos, ſin minus reſtituendum erit illius pretium. Dixi 1. reſtituendam eſſe in ſpecie cum apud nos extat, quia proximus habet ſemper eius dominium, & vt aiunt vulgò Doctores, res pro domino clamat, quamuis ab alio poſſideatur. Dixi 2. ſi non fuerit in noſtra poteſtate, reſtituendum eſſe illius pretium, quia ſuccedit rei ablatæ vel retentæ.

ſi quis redderet proximo rem eiuſ-
.ioris & omnino ſimilem, nolens re-
: in ſpecie quod illi abſtulerat, pec-
: ? R. Si rem in indiuiduo reſtituere
:amque dominus omnino ſibi reddi
non excuſaretur à graui peccato, 1.
charitatem nam proximo grauem tri-
inferret, atque is eſt communis Do-
ſenſus. 2. contra iuſtitiam, vt fert eo-
n probabilior ſententia, quia domi-
:eſt iure velle rem ſuam, nec illius
um amittit, quamuis ei res æqualis
offeratur.

LECTIO IX.

*necessarium rem in indiuiduo reſtitue-
re, quando creuit illius valor.*

Væres, an ille qui habet bonum alie-
num in ſpecie, debeat illud reſtituere
quando creuit illius valor, vel an ſuf-
:eſtituere id quod valebat tempore
'. g. Petrus furatus eſt Ioanni duos
os aureos cum ſinguli ſeptem libris
:is valerent, quæritur an ſatisfaciat
endo quatuordecim libras, quamuis
os adhuc ſeruet in arca. Item Petrus
s eſt Ioanni vitulum pretij quatuor
orum, quem per tres annos ſeruauit,
ſedulò aluit vt iam viginti quinque
æſtimetur, quæro an ſatisfaciat reſti-

tuendo quatuordecim libras? R. Nequaquã ſed duos nummos & vitulum in ſpecie reſtituere teneretur: quia dominus, vt ſuperiori lectione oſtenſum eſt, numquam rei ſuæ dominium amittit quandiu eſt in rerum naturâ.

Dices 1. Si Petro conſtet *Ioannem* voluiſſe tunc temporis, cum furtum commiſſum eſt, duos illos aureos inſumere aut vitulum vendere? R. Nihil inde reſtitutioni rei in ſpecie deperit, quia ſemper verum eſt Ioannem & aureorum & vituli dominum eſſe.

Dices 2. Si Petrus teneatur vitulum reddere, æquum erit vt ei ſumptus reſtituantur quos in eo alendo conſumpſit? R. 1. In foro quidem exteriori nihil ei adiudicabitur, cum ita lege ciuili cautum ſit, 2. cum tamen eæ leges pœnales ſint, obligant tantum poſt ſententiam Iudicis, ideòque in foro interiori conſcientiæ iuſtum eſt, vt Ioannes vituli dominus, eos ſumptus Petro reſtituat.

LECTIO X.

*quem valorem fur debeat reſtituere
num alienum quod vendidit aut
conſumpſit.*

Væres 1. Vtrum Sempronius, qui
furatus Caio modium tritici cum 5.
nummis vendebatur, nunc facti pœ-
reſtituere vult eum 5. tantum libris
, ſatisfaciat reſtituendo alterum mo-
, vel an 5. nummos reddere teneatur.
Cum diſtinctione, nam ſi tunc Caius
im tritici conſumpſiſſet, nec ideò aliũ
coactus eſſet, vel ſi eum ad hoc vſ-
mpus in horreo ſeruaſſet, dico ſuffice-
empronius alium Caio modium reſti-
quia ſic omne illatum ei damnum re-
it. At verò ſi tunc Caius modium tri-
ndidiſſet aut alium emere debuiſſet il-
pronius quinque nummos reddere te-
ır, quo pretio modium tunc temporis
ɔat, aliàs ei faceret iniuriam.
ıæres 2. Si fur rem furto ablatam plu-
ndiderit quam dominus vendidiſſet,
ɪnè illi hunc valoris exceſſum reſti-
Vt huius dubij ſolutio percipiatur ob-
ıdum eſt augmentum valoris alicuius
duplici capite oriri poſſe. 1. ex intrin-
ıcremento rei puta cum vitulus adole-
am ſi ante vno aureo vendi poterat,

nunc maioris eſt pretij 2. ex aliquo extrinſeco, vt cum triticum tali loco, vel tempore carius venit, ob annonæ penuriam, vel aliud ſimile.

R. Et dico 1. Cum res à fure vendita creuit incremento intrinſeco, tenetur integrum pretium reſtituere, quamuis rem minori pretio dominus eſſet venditurus E.g. Caius furatus eſt *Ioanni* pullum equinum valoris decem aureorum, quem per tres annos ſeruauit, ac demum centum aureis vendidit, tenetur *Ioanni* reſtituere centum aureos; licet ipſi conſtaret *Ioannem* minori pretio venditurum, puta quia citiùs vendidiſſet aut minori cura aluiſſet. Ratio eſt quod incrementum intrinſecum pulli ſemper ad Ioannem verum illius dominum pertinuerit, ergo & pretium ex eo perceptum quod eius loco ſuccedit, vnde dicunt Doctores rem æquiualenter extare id eſt perinde eſſe, ac ſi extaret in ſpecie, ob pretium ex ea perceptum. Obſeruandum tamen eſt iuxta dicta lectione præcedenti n. 2. expenſas eſſe deducendas quæ in alendo pullo factæ ſunt.

R. Et dico 2. Cum rei valor creuit ex aliqua ratione extrinſeca, tenetur tantum domino fur pretium reſtituere quo rem ille vendidiſſet. v. g. Caius *Ioanni* furatus modium tritici cum quinque nummis valeret, & ille conſumere vellet, ſi decem nummis vendiderit, vel quia in Hiſpaniam aſportauit, vel quia hic ſubitò carior factus eſt, non tenetur Caius Ioanni reſtituere niſi quinque nummos; nam ita omne ipſi dam-

num

m illatum compenſat.

Dices reus ex bono alieno ditabitur? R. fieri poſſe non immediatè ſed mediatè, & r accidens tum propria induſtriâ, tum ia lucrum non vergit in proximi damnum ſupponimus abundè ſatisfieri, quod ex endis amplius eluceſcet, vbi oſtendemus em qui cum alienâ pecunia negotiatus eſt n teneri ſemper lucrum ſui commercij tituere.

LECTIO XI.

reſtitutione valoris boni alieni quod aliquis deuaſtauit.

QVAERES ad quid ille teneatur qui ſegetes proximi deuaſtauit, vitulum occidit, aut arbores præcidit? R. Te- i non modò ad reſtituendum valorem ici, vituli, arborum, tempore illati nni, ſed etiam valorem fructuum quos ninus ex huiuſmodi rebus percepiſſet a prudentis arbitrium, ſpectari tamen nibus circunſtantiis, v.g. periculo grans, ſumptibus meſſis.

)ixi 1. Teneri ad reſtitutionem non mo- præſentis valoris, ſed etiam futuri ſi num non fuiſſet illatum, nam cum res fructificent, non poteſt earum deuaio iuſtè alias compenſari.

ixi 2. Spectandas eſſe varias circunſtan-

K

tias, neque deuaſtatorem, teneri ſoluere omnem valorem quem triticum habere potuiſſet. Quia ſeges non tanti æſtimatur quam triticum in horreo reconditum, cum ei grando vel alius caſus nocere poſſit, & inſuper deducendæ ſint expenſæ meſſis &c. idem dicendum eſt de vitulo iniuſtè occiſo aut mutilato, qui ſi tunc temporis quatuor nũmis venire poterat, non debet æſtimari vt bos triennis, quia mori poterat nec ſine ſumptibus ſeruari aliquè, vnde in his caſibus res deuaſtatæ magis æſtimandæ ſunt quàm tunc temporis valerent, & minùs quàm aliquandò valituræ erant.

LECTIO XII.

De reſtitutione fructuum perceptorum ex bonis alienis.

QVAERES 1. Quot ſint genera fructuum qui ex bonis huius mundi percipi poſſunt? R. Plura. 1. ſunt fructus quos vocant naturales qui ex ſe ipſis aut ſine magna hominum cura proueniunt vt herbæ pratorum, poma, caſtaneæ, fœtus etiam plurium animalium quæ ſine magna hominum induſtria pariunt; quales ſunt cuniculi.

2. Fructus induſtriæ, quos præſertim hominum induſtria parit, vt fructus pecuniæ, quæ cum ſit omninò ſterilis ex ſua

natura, non poteſt illius lucrum niſi ex induſtria proficiſci.

3. Fructus qui mixti appellantur quia ſunt partim naturales partim induſtriales, puta vuæ, triticum, lac, oleum &c. vt etiam lucra quæ ex locatione domorum, equorum ac ſimilium rerum percipiuntur.

4. Fructus pendentes qui non ſunt adhuc collecti, velut vuæ viti adhærentes, poma, oliuæ &c, dum in arbore pendent.

5. Fructus percepti id eſt collecti quidem, non tamen in horreo vel alio loco recondi[ti], ſed adhuc in area aut in agro extantes.

6. Fructus qui percipi quidem potuerunt [a]b homine diligentiſſimo, ſed tamen re[ip]ſa non fuerunt percepti ob negligentiam [a]ltoris.

Quæres 2. Tenemurnè reſtituere fructus [in]duſtriæ quos ex re aliena percepimus? R. [M]inimè, quamuis eos vt poſſeſſor malæ fi[de]i perceperis v.g. ſi cum pecuniâ furto ſu[bla]tâ negotiatus fueris, quia lucrum non [cen]ſetur fructus alienæ pecuniæ quæ ex ſe [ster]ilis eſt, ſed induſtriæ tuæ. Idem æſti[ma]ndum eſt de illo qui cum alterius malleo, [for]cillo alioue inſtrumento aliquid lucra[tus] eſt. Obſerua tamen furem pecuniæ, mal[lei] &c. teneri ad reparandum lucrum ceſ[ſans] vel damnum emergens quod earum re[rum] dominus paſſus eſt.

[Q]uæres 3. Ad quid teneatur Petrus qui [...]m vini furatus eſt pretij quatuor libra[rum e]x quo aquam vaporatam nummis qua[...] vendidit, item ſextarium tritici fura-

Digitized by Google

tum in agro ſuo ſeminauit vnde quatuor ſextarios collegit ? R. Satis eſſe vt reſtituat rei furto ſublatæ valorem , quia lucrum excedens eſt eius induſtriæ fructus , ſed his duobus caſibus applicanda eſt monitio facta in fine ſuperioris numeri.

LECTIO XIII.

An poſſeſſor bonæ fidei perceptos è re alienâ fructus reſtituere teneatur.

QVAERES 1. Teneturnè bonæ fidei poſſeſſor , fructus naturales aut mixtos reſtituere ? R. Cum diſtinctione : reſtituere tenetur fructus pendentes, quia cenſentur idem omninò cum re quâ prodeunt ; fructus item perceptos reſtituere tenetur, ſi eos in ſpecie habeat ; ſin minus conſumpſerit aut alienauerit , id in quo propter eos factus eſt ditior ; cuius reſponſionis rationem ſuperiori lectione ſeptima dedimus. Vnde colligas Petrum teneri reddere pecuniam , vel aliud quidpiam quod ei pro merce huiuſmodi fructuum datum eſt, quia in hac hypotheſi factus eſſet ditior ex re alienâ.

Quæres 2. An idem teneretur eos fructus reſtituere quos ſuâ negligentiâ non percepit ? R. Minimè cum ex dictâ lectione 7 conſtet non teneri ad vllam reſtitutionem quamuis rem alienam omninò deuaſtaſſet,

Digitized by Google

& intra tempus ſuæ poſſeſſionis bonæ fidei.

LECTIO XIV.

An malæ fidei poſſeſſor teneatur ad reſtitutionem fructuum rei alienæ quam detinet iniuſtè.

QVAERES, teneturnè malæ fidei poſſeſſor eos fructus reſtituere quos ipſe non percepit ex re alienâ, ſed tamen dominus percepiſſet? R. 1. Teneri, quia rei dominus in hoc paſſus eſt damnum. Vnde fit vt Petrus qui Ioannis agrum iniuſtè occupauit ei incultum reliquit, à quo tamen Ioannes decem tritici ſextarios percepiſſet, eoſdem Ioanni reſtituere teneatur, deductis tamen expenſis culturæ ac meſſis.

Quæres 2. An idem poſſeſſor malæ fidei reſtituere teneatur fructus ex alienâ re perceptos quid eam meliorauerit, ſed quis dominus minimè percepiſſet?

R. Si malæ fidei poſſeſſor meliorauerit fundum incultum videlicet eum arando ſeminando, ſtercorando, & ideò fructus ex eo perceperit quos dominus minimè percepiſſet: tenetur eos reſtituere, quia res fructificat domino ſuo; cum enim fundi habeat dominium, habet etiam omnium fructuum eidem adhærentium; expenſæ tamen in agro meliorando, & tritico colligendo, factæ deduci debent. Idem puta ſi rarum

Digitized by Google

aliquod granum aut herbam magni pretij ſeminaſſet in agro alieno, vnde maiores prouentus acciperet quam dominus vmquã accepiſſet. Item ſi domum alterius collapſam repararet ac locaret, fructus à locatione prouenientes reddere teneretur.

Dices, ſi verò fructus illos conſumpſiſſet, nec indè locupletior factus eſſet? R. Duas eſſe Doctorum ſententias: communior iudicat teneri ad eorum reſtitutionem non quidem ratione rei acceptæ cum apud ipſum non extent, ſed ratione iniuſtæ acceptionis, ſeu quia illos iniuſtè percepit. Nec dicas cum authoribus contrariæ ſententiæ, illos fructus non cenſeri iniuſtè perceptos, cum eos dominus non fuiſſet percepturus, ideóque nullum pati damnum videatur. Leſſius enim reſpondet ſemper verum eſſe illos fructus iniuſtè fuiſſe perceptos, quandoquidem per omne tempus quo extiterunt, ad Ioannem pertinebant, & vt Doctores aiunt res pro domino clamabat.

LECTIO XV.

An reſtituenda ſit accepta pecunia vt quis bonum opus ageret quod alias agere tenebatur.

R. 1. Affirmatiuè ſi pecuniam accipiens ad illud opus ex iuſtitia teneretur, niſi conſtet pecuniam gratis eſſe donatam. Ratio eſt quia in iſto caſu rem ſibi omninò indebitam acciperet: vnde ſequitur eos qui res à ſe inuentas reddere abnuunt ſine aliqua pecuniæ ſumma, teneri ad reſtitutionem. Sequitur etiam tribunos ærarios quos vulgò receptores vocant, grauiter peccare & ad reſtitutionem adſtringi, cum aliquid exigũt, directè vel indirectè ſiue per ſe, ſiue per ſuos adminiſtros ab iis quibus pecunia ex ærario debetur. Dixi niſi conſtet &c. cuius dicti ratio patet. Obſeruandum tamen eſt rarò contingere vt hæc dona ſint voluntaria; nec indirectè callidèque eliciantur: nam ſæpè dicti tribuni negant ſe habere pecuniam donec aliquid promittas, vnde illis polliceri cogeris vt tibi debitam pecuniam ſoluant.

R. 2. Negatiuè ſi ad illud opus ex ſola charitate teneatur iuxta probabiliorem ſententiam, niſi peccans contra charitatem, aliquod proximo damnum inferret. Probatur 1. quia ex dictis l. 1. ſola iuſtitiæ

Digitized by Google

commutatiuæ, violatio non autem aliarum virtutum, trahit ſecum onus reſtituendi. 2. aliàs ſequeretur medicum qui pecuniam exegiſſet ab ægro paupere, teneri ad eam illi reſtituendam, quod eſt abſurdum; nam debebat quidem ex charitate gratis pauperi ſuccurrere, non tamen ex iuſtitia, alioqui ſi pauper defectu auxilij præſtiti obiiſſet; ſequeretur medicum teneri ad omnia damna reparanda in quæ defuncti hominis liberi, eius morte incurrerunt quod falſum eſt. Ergo medicus pecuniam exigens rem ſibi debitam exegit, nec eam reſtituere tenetur. Dixi niſi peccans contra charitatem &c. vt obſeruarem poſſe aliquando contingere, vt qui ſola charitate ad aliquid agendum obligatur, iniuriam proximo faciat exigendo pecuniam vt illud agat, vnde tunc temporis ad reſtitutionem tenetur, quia peccauit contra iuſtitiam. Rem iſto exemplo declaro. Aliquis mihi furatus eſt crumenam, ſcio id Petrum vidiſſe eumque rogo vt hominem detegat Petrus tenetur ex charitate detegere; ſi tamen abnuat niſi dem ipſi vnum aureum, tenetur acceptum reſtituere, quia mihi fecit iniuriam, eum exigendo, & ipſe inuitus dedi vt poſſem recuperare crumenam hac exceptione vſus ſum in reſponſione vt placita Leſſij & Bonacinæ conciliarem quorum iſte abſolutè negat eum qui pecuniam accepit vt ageret id ad quod ex charitate tenetur, ad reſtitutionem adſtringi, ille verò affirmat.

R. 3. Etiam negatiuè iuxta communio-

em ſententiam cùm ad illud opus non ex uſtitia vel charitate, ſed ex alia virtute pu- a religionis, obedientiæ tenetur &c. v.g. ſi etrus pecuniam exegiſſet vt fieret Catho- cus, confiteretur, communicaret in Paſ- hate, non deberet eam reſtituere, quia is ui dedit pecuniam, gratis dediſſe cenſetur, im nullum appareat emolumentum tem- orale quo ad id potuerit impelli.. Excipio men vnum caſum. Si nempè is à quo ac- epta eſt pecunia, ſe crederet erroneè ad m ſub pœna peccati erogandam adſtri- um: Nam illo caſu cenſeretur coactè de- iſſe, & ideò qui accepit, reſtituere debe- t.

LECTIO XVI.

n teneatur ad reſtitutionem, qui pecuniam exigit, vt malum opus omittat vel exequatur.

QVAERES I. Teneturnè ad reſtitu- tionem qui pecuniam exegit directè vel indirectè, vt malum opus omit- ? R. Diſtinguendo: nam 1. ſi opus ex titia omittere tenebatur, puta ſi pecuniam epit vt non furetur, non occidat, & eam tituere debet: quia cùm teneatur ex di- s reſtituere pecuniam acceptam vt illud ret, ad quod agendum ex iuſtitia tene- ur, procul dubiò idem erit dicendum

in hoc caſu.

2. Si ab huiuſmodi opere non ex iuſtitia ſed ex charitate, religione, aut alia virtute abſtinere debebat, à reſtitutionis onere liber eſt Puta ſi pecuniam exegit vt vitaret blaſphemiam vel ebrietatem, quia tunc pecunia data cenſeretur, habet tamen hic locum exceptio n. 3. ſuperioris lect. facta.

Quæres 2. An teneatur ad reſtitutionem qui pecuniam accepit, vt malum opus exequatur, v.g. vt alicuius inimicum occidat, eius villam incendat, aut cum aliquo luxuriosè coëat? R. Tenetur ante mali operis executionem, quia non impleuit promiſſum, nec implere debet: at opere executioni mandato non tenetur, niſi leges eum inhabilem redderent acquirendi tale dominium. Ratio eſt quia laborauit, ſe multis periculis expoſuit, ac tandem rem gratam fecit illi à quo pecuniam acceperat, quæ pretio ſunt æſtimabilia, quamuis peccatum ex ſe nullius pretij ſit, nec vendi poſſit. Is eſt omnium Doctorum ſenſus. Dixi niſi leges &c. quia cum in hac hypotheſi executor mali operis non poſſit acquirere dominium pecuniæ ſibi traditæ, nec eam ſeruare poteſt ideòque reſtituere tenetur. Vt ſi quis pecuniam, vel aliud ſimoniacè acciperet eo modo qui ſuo loco explicabitur.

Digitized by Google

LECTIO XVII.

Ad quid ille teneatur qui proximum impediuit à conſecutione rei quam alias obtinuiſſet.

OBSERVA 1. poſſe aliquem impediri ab acquiſitione alicuius rei, putà beneficij, hæreditatis triplici viâ. 1. vi, vt ſi Petrus grauiter ægrotans vellet Ioannem hæredem inſtituere; Paulus verò tabellionem vi ab ægroti domo arceret. 2. fraude aut mendacio, quod eſt ſpecies fraudis, v.g. ſi Paulus diceret Petro nullum inueniri tabellionem, & ideo Ioannes Petri hæreditatem amitteret. 3. ſolis blanditiis ac ſuaſionibus abſque vllâ vi, fraude vel mendacio.

Obſerua 2. Eum qui alium impedit à conſequendâ re aliquâ, poſſe id facere duplici ne, vel odio & vindictâ, vel proprij aut nicorum commodi ſtudio.

Quæres 1. Quot ſint hominum genera qui conſecutione alicuius rei prohiberi poſſnt. Tria. 1. Eorum qui habent ius ad rem. Eorum qui habent ius in re. 3. Eorum qui utrum illorum habent ſed dumtaxat rerum.

Quæres 2. Quid ſit habere ius ad rem, & in re? R. 1. Habere ius ad rem eſt habere actionem ſeu ius agendi in perſonam

non in rem. Hoc variis caſibus declaro. 1. Emi rem v. g. ſed adhuc eam non accepi. Si venditor alteri vendiderit, ac re ipſa tradiderit non poſſum eam emptori auferre, nec illum ad eius reſtitutionem adſtringere. Sed ſolum habeo ius agendi contra venditorem qui mihi rem prius vendiderat, & ab eo exigendi compenſationem omnium damnorum, ſi quæ ſint. Quod autem dixi de emptione, intelligitur etiam de aliis contractibus ſiue illi ſint oneroſi, vt eſt locatio, ſiue gratuiti aut lucratiui, vt donatio, promiſſio &c. 2. Item habeo tantùm ius ad rem quando fui electus, vel præſentatus ad aliquod beneficium aut dignitatem, vel quando beneficium mihi collatum eſt, ſed nondum illud acceptaui. 3. Idem habeo ius cum ille qui me hæredem teſtamento reliquit, vel mihi quidpiam legauit, nondum eſt vitâ functus.

R. 2. Habere ius in re eſt habere actionem realem ſeu cum tibi non modo perſona, ſed etiam res ipſa obſtricta eſt. Tale ius acquiritur. 1. emptione alioue contractu quando res ipſa poſſidetur. 2. paſſione beneficij, aut morte teſtatoris in duplici caſu ſupra poſito.

LECTIO XVIII.

n teneatur ad reſtitutionem qui conſecutione rei odio, vel blanditijs aliquem impediuit.

QVAERES 1. Qui odio vindictæque affectu aliquem à conſecutione rei cuiuſpiam impediuit, teneturne ad re-ſtitutionem? R. Grauiter quidem peccaſſe onſtat, ſed nihil reſtituere tenetur, modo id fecerit ſine vi ac dolo, 2. modo proxi-us ſolum ius ad rem habuerit. Dixi ad illam teneri reſtitutionem, quia non pec-uit contra iuſtitiam, ſed ſuperius oſten-m eſt reſtitutionis onus ex ſolâ iuſtitiæ ommutatiuæ læſione proficiſci, & non al-rius virtutis. Dixi etiam modo &c. quæ uæ exceptiones mox explicantur.

Quæres 2. An ille teneatur ad reſtitutio-em qui aliquem non vi ac fraude, ſed tan-um blanditiis & ſuaſionibus impediuit à onſecutione rei ad quam ſolum ius ad rem abebat? R. Non tenetur, id exemplis de-laro. Petrus Ioannem hæredem inſtituere upit, Paulus ei ſuadet vt potius ſe vel ami-um inſtituat ſuaſioni Petrus acquieſcit. Dico Paulum non teneri ad reſtitutionem: uia vt omnis teſtator poteſt teſtamentum euocare, aliumque hæredem ad placitum nſtituere ſine vllâ prioris iniuria, ita po-

teſt ei aliquis ſuadere vt hoc faciat modo vis omnis ac dolus abſint: nam teſtator habet ſemper facultatem reuocandi aut non reuocandi teſtamentum, idem puta de beneficio quod alicui perſonæ dari curaſſes, quamuis alius non quidem ius in re, ſed ad rem habuiſſet.

LECTIO XIX.

Ad quid teneretur impediens hominem ab alicuius rei conſecutione per vim aut fraudem.

QVÆRES 1. An ille qui aliquem vi aut fraude impediuit ne rem obtineret ad quam habebat ius dumtaxat remotum, teneatur ad reſtitutionem. E. G. Petrus aliquo mendacio Ioannem prohibuit ab eroganda ſtipe pauperi, doloſè aſſerens non eſſe pauperem, ſed potius diuitem? R. Teneri certum eſt, quia licet pauper ne ius quidem ad rem, ſed tantum remotum habeat ad eleemoſynam cum non ſit adhuc illi promiſſa, habet tamen ius vt fraude non impediatur ab eâ recipiendâ, vnde Petrus huiuſmodi mendacio ei fecit iniuriam. Idem accideret ſi Caius declararet ſe velle Petrum hæredem omnium bonorum inſtituere, Paulus tamen eum vi ac fraude ab eo propoſito dimoueret.

Quæres 2. Quid putem de iſto caſu. Ioan-

ſcribit amico Paulo, apud Epiſcopum
Pontificem verſanti, vt beneficium de-
vacans pro ſe petat, quod certò priori
iti concedetur. Petrus aliquid eiuſmo-
ſpicatus, Ioannis epiſtolam aperit, at-
ita de re certior factus epiſtolam qui-
citò reddit, ſed ſingulari diligentia
Pauli ſupplicationem, ſuâ præuenit ac
ficium pro ſe obtinet. Quæritur vtrum
ſtitutionem teneatur cum hac arte im-
erit Ioannem à conſecutione beneficij
l alioqui probabiliter obtinuiſſet.
. Euidens eſſe Petrum aperiendo Ioan-
piſtolam obſignatam grauiter peccaſſe,
hoc ei feciſſe iniuriam. 2. non tamen
tum ad beneficium attinet, ideòque ad
m teneri reſtitutionem: probatur quia
l Ioannes non obtinuerit beneficium,
ſequitur ex epiſtolæ apertione niſi ad
num per accidens, & quaſi remotè, non
n proximè; nam 1. literarum apertio-
on ſolent eſſe amiſſionis beneficiorum
. 2. attendamus effectum iſtius aper-
s; illâ Petrus accepit beneficium vaca-
inde ſollicitauit obtentionem, ex illâ
itatione ſecuta eſt ſuaſio Pontifici fa-
t beneficium daret: ac demum ex illâ
one, beneficij collatio: vnde ad ſum-
colligi poteſt iacturam beneficij reſ-
Ioannis, fluxiſſe à notitiâ eius vaca-
s quam Petrus habuit, ſed vtens hu-
odi notitiâ, re ſuâ vſus eſt, quare ne-
fecit iniuriam.
opter eandem rationem non eſſet iniu-

rius Antonio ſcienti pharmaci cuiuſdam eximij confectionem, vnde quotannis centum aureos lucratur: ſi perfractis ipſo abſente muſæi foribus, modum illud conficiendi ex eius ternionibus exſcriberet: quâ deinde notitiâ vtens plurimum lucraretur, ideoque lucris Antonij non mediocriter officeret. Quamuis enim Petrus grauiter peccauerit muſæi fores effringendo vt ſecretum exſcriberet: partâ tamen notitia iuſtè vtitur, nec vllam Antonio iniuriam infert: proindèque non tenetur ad reſtitutionem ſui lucri, vel compenſationem lucri ceſſantis Antonij.

Quæres 3. An qui tenetur ad reſtitutionem eo quod proximum impedierit à conſecutione alicuius rei puta legati, hæreditatis, beneficij, debeat omnem rei valorem reſtituere? R. Nequaquam, ſed iuxta prudentis arbitrium ſpectatis omnibus circunſtantiis vt probabilitate ſpei rem obtinendi, valore iuris quod ad eam paſſus iniuriam habebat, nam res ſperata, minus ſemper æſtimatur poſſeſſa vt in ſimili oſtendimus lect. 2. numero 1.

LECTIO XX.

ſtitutione qua illos adſtringit qui damno alieno cooperantur.

Bſerua nos poſſe damno alieno cooperari duobus modis. 1. directè & poſitiuè, v.g. cum dominus præcipit fa- vt rem alterius furetur aut vaſtet. 2. ectè ac negatiuè vt cum famulus rem ini furto ſurripi ſinit.

æres 1. Quot ſint hominum genera qui ınt in damnum alterius concurrere? R. em. Quorum ſex priores poſitiuè con- ınt, alij negatiuè, his autem verſibus ıentur.

ſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
rticipans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

uæres 2. Cur hæc nouem hominum ra teneantur ad reſtitutionem? R. d ex D. Thoma 2.2.q. 62.ar.7. *fuerint efficax alieni damni.* Dixi cauſa effi- vt obſeruarem eos non teneri ad reſti- nem, ſi aliquando non fuerint cauſa ef- . Puta cum aliquis dat alteri conſilium ıdi, quod tamen is facere decreuerat, ipſa ſine dicto conſilio facturus erat.

ıæres 3. Quænam ſit cauſa efficax dam- R. Illa quæ influit verè in damuum, id

eſt, in actionem qua damnum infertur ſiue poſitiuè, ſiue negatiuè confert.

Dices, non videris rem accuratè declarare, numquid enim ille ſine quo damnum non fuiſſet illatum, cauſa illius efficax æſtimatur? R. Non ſemper, cum ſæpè illius dumtaxat occaſio fuerit, non cauſa efficax, quod his duobus caſibus explicatur.

I. Caius fingit epiſtolam ad ſe ab amico ex Hiſpania ſcriptam quæ refert ſextarium tritici quatuor ibi nummis venire, cum hic duobus tantum veneat: hanc per vrbem ſpargi curat, & ita peruenit ad manus Ioannis qui hac ſpe lucri illectus plures ſextarios in Hiſpaniam mittit, vbi tamen comperit triticum non maiori pretio vendi quam in ſua patria. Caius eſt quidem occaſio huius damni, non cauſa efficax, licet illud præuiderit, quare Ioannes id ſuæ credulitati ac leuitati animi tribuat, nam ſi prudenter egiſſet numquam talem fidem adhibuiſſet epiſtolæ quæ ad ſe non ſcribebatur. Verumtamen ſi Caius ad Ioannem ſcripſiſſet, teneretur ad reſtitutionem, qui etiam grauiter peccauit contra charitatem, cum tale nuntium euulgauit.

II. Caſus eſt huiuſmodi. Caius Ioannem percuſſit alapa, vnde is offenſus iratuſque in grauem morbum incidit, Caius quidem peccauit, ſed non tenetur ad reſtitutionem ſumptuum quos in morbi curationem Ioannes fecit, eorum enim fuit occaſio tantum, non cauſa efficax quæ potius fuit ſtomachus ipſius Ioannis.

Digitized by Google

LECTIO XXI.

ui damno alieno cooperati ſunt, in ſolidum reſtituere debeant.

VAERES, an qui damnum intulerunt ex mutuo conſenſu, debeant reſtituere in ſolidum, id eſt, vnus in
:um aliorum, vel an ſufficiat quemliartem damni reſtituere? R. Et dico in
m teneri, quamuis vnus omnia furta
eret: v.g. Petrus & Ioannes conſilium
t furandi triticum: ſurripiunt viginti
ios quos inter ſe diuidunt. Dico quem-
illorum teneri ad reſtitutionem 20.
iorum, in ſolidum, id eſt, ſi Petrus
ut non poſſit reſtituere 10. Ioannes
ere tenetur 20. habet tamen ius repe-
10. à Petro, quos pro ipſo ſoluit. Pro-
1. reſponſio quia ſinguli fuerunt cauſa
totius damni, non modo partis, nam
e eſt de illis, ac de duobus hominibus
gnum ſimul aſportaſſent, quamuis
fuerint cauſæ partiales illius motus,
et tamen illorum efficaciter influxit in
n actionem. 2. Idem eſt de iſtis ac de
ribus quorum ſinguli tenentur in ſo-

es hoc durum videtur ſaltem in omni
nam ponamus e. g. Petrum voluiſſe
ſaccum tritico plenum, quem licet

ſolus facile aſportare poſſit, rogat tamen Ioannem vt ipſum iuuet Ponamus etiam voluiſſe furari quamuis eſſet ſolus, idque Ioannem ſcire. Numquid aſſereres Ioannem teneri ad reſtitutionem in ſolidum, pro Petro, maximè ſi nullam tritici partem acceperit? R. Teneri, quia verè fuit cauſa efficax actionis furti, vt ille qui alium iuuaſſet ad tignum aſportandum, quod tamen ipſe ſolus geſtare potuiſſet, non ideò minus ad eam tigni aſportationem concurrit, & illius cauſa efficax phyſica cenſetur.

Idem eſſet in hoc caſu: decreuit Petrus inimici domum incendere, & quamuis id ſolus poſſit, Ioannes ei tamen auxilium affert, & cum illo ignem domui admouet; tunc enim cum Petro tenetur ad reſtitutionem in ſolidum, quia concurrit efficaciter in damnum. Nec obſtat damnum æquè à Petro ſine ope Ioannis inferendum, nam ſi hæc ratio valeret, ſequeretur me poſſe id furari quod certus ſum ab alio ſurripiendum niſi illum præueniam.

Digitized by Google

*o**o**§**o**§**o**o**o****¶

LECTIO XXII.

itutione ad quam ille tenetur qui dit mandatum nocendi proximo.

SERVA 1. Nomine iuſſionis quæ ſt prima ratio cooperandi damno al- erius non modo intelligi, eos qui thoritate iubent, vt parentes, heros, os, ſed etiam omnes illos qui man- nullâ licet authoritate præditi.

erua 2. Poſſe mandari alterius dam- uobus modis, 1. expreſsè, vt ſi Petrus t Ioanni, occide talem, vel ignem orreo infer. 2. implicitè, vt ſi idem t, vtinam aliquis talem interficeret, mihi rem gratiſſimam faceret, vel ſimile &c. idque præcipuè ac proba- mandatum eſſet, ſi ab aliquo ſupe- , præſertim ſummo, domeſticis aut tis diceretur.

uæres 1. Teneturnè ad reſtitutionem nandauit nocere alteri effectu ſecuto? a, non modo ſi expreſsè mandauerit, ſed implicitè ac tacitè. Ratio eſt, quia auſa efficax damni quod inde fluxit.

æres 2. Teneturnè ad reſtitutionem qui damnum inferre mandauerit, manda- reuocauit, ſi mandat- ius, id eſt, ille em mandauerat, non ideo à mandati utione deſiſtat.

Vt reſponſio benè intelligatur, obſerua mandatum poſſe dupliciter reuocari. 1. expreſsè nimirùm voce aut litteris, 2. tacitè, v. g. ſi Petrus qui *Ioanni* mandauit vt Paulum inimicum occidat, in gratiam cum Paulo redeat, eoque familiariter vtatur etiam coram ipſo Ioanne.

His poſitis ? R. Et dico, cum reuocaſti expreſsè aut tacitè mandatum quo alterius damnum iniunxeras, ita vt nouerit mandatarius reuocationem, ſi poſtea is damnum inferat, non teneris illud reparare, quia per reuocationem cenſeris motum & impulſionem mandatario datam reuocaſſe, & ita dãni cauſam ſuſtuliſſe, vnde ſi damnum exequatur, ipſius malitiæ tribuendum erit. Dixi ita vt mandatarius reuocationem expreſſam aut tacitam nouerit, ſecus enim, perinde eſt ac ſi nulla reuocatio extitiſſet. Petrus v.g. mandauit *Ioanni* vt inimico damnum inferat, deinde facti pœnitens confitetur eidemque *Ioanni* mandat vt à damno inferendo abſtineat, ſi Ioannes rem executus eſt ante acceptas Petri literas, tenetur Petrus damnum reparare. Si vero acceptis illis non ideo abſtineat, minimè tenebitur.

*Q*uæres 3. Petrus mandat *Ioanni* vt damnum inferat inimico, Ioannes ſe id facturum negat, deinde pœnitens diſplicuiſſe Petro, damnum infert eo prorſus inſcio, teneturnè Petrus ad reſtitutionem ? R. Tenetur, quia ſemper verùm eſt impuliſſe & excitaſſe Ioannem ad inferendum damnum & ideò fuiſſe illius cauſam efficacem, quamuis

annes damnum intulerit poſt Petri pœni-
iam & ſacramentalem confeſſionem.
Quæres 4. Ioannes nullo accepto manda-
damnum intulit inimico Petri, vt illi
gratam faceret, quo audito, gauiſus eſt
us, factum approbauit & ratum habuit.
ritur an teneatur ad reſtitutionem? R.
uiter peccaſſe: non tamen ad reſtitutio-
adſtringi in foro interno, ſed ſolum
rno, cum non ſit par iſtorum ratio ac
tractuum qui ab aliis initi quamuis ſine
mandato, validi tamen fiunt ſi rati ha-
ntur. Dixi autem non teneri Petrum ad
itutionem, quia licet ratum habeat dam-
n illatum, non eſt illius cauſa efficax.

LECTIO XXIII.

reſtitutione ad quam ille tenetur qui dedit conſilium nocendi proximo.

VOCAMVS hic dare conſilium, hortari aliquem, & inſtruere quâ ratione debeat aut poſſit nocere proximo, que media ſuggerere in hunc finem.

Quæres 1. Teneturnè ad reſtitutionem qui dit eiuſmodi conſilium? R. Ita ſi nempè cui dedit conſilium egerit motus & excitus illo conſilio: quia tunc eſt cauſa efficax amni. Quod ſi conſtet ſine dicto conſilio oluiſſe damnum inferre, tunc qui conſuit non tenetur reſtituere, quia non influxit

in damnum.

Dices, quando damni author decreuerat ante illud inferre, ſed tamen citius & audacius, eo conſilio impulſus infert, an conſulens reſtituere tenetur? R. Duas eſſe Doctorum ſententias cum aliqui à reſtitutionis onere liberant, quia inquiunt non eſt cauſa ſubſtantiæ damni cum eius author paratus eſſet illud implere, ſed tantum modi & circunſtantiarum, cum quibus peractum eſt. Alij iudicant teneri ad reſtitutionem, quia 1. fuit cauſa efficax actionis indiuiduæ damni. 2. contingere poterat vt damni author à propoſito deſtitiſſet, niſi tali conſilio excitatus fuiſſet.

Quamuis nullum authorem inuenerim, qui has duas opiniones compoſuerit, videtur tamen hoc facilè; ſi dicamus æquitati conſentaneum eſſe, vt qui dedit eiuſmodi conſilium teneatur ad partem reſtitutionis, prout ex variis circunſtantiis illud conſilium ad eam damnificationem plus minuſuè impuliſſe videbitur.

Quæres 2. Si Petrus Ioanni conſuluiſſet, vt alium damno afficeret, tum effectu ſecuto dubitaret an Ioannes id egerit eius conſilio inductus, teneturnè damnum reparare? R. Probabilius eſſe Petrum teneri ad reſtitutionem in illo caſu. Quia 1. licet ex iure in dubiis melior ſit conditio poſſidentis et hic poſſeſſio ſtare videatur pro libertate Petri: reuera tamen ſtat pro actione iniuſtà, cum enim conſtet damnum per eam fuiſſe illatum, debet qui damnum conſuluit, illud

ud reparare. Accedit 2. præſumendum eſſe uxta Iureconſultos neminem alteri damnum inferre niſi alicuius impulſione motum. Si tamen adſint validæ coniecturæ, quæ perſuadeant hominem damni authorem non illud ſuaſione conſilioque alterius intuliſſe, puta ſi Ioannes erat capitalis inimicus Pauli eique damnum eiuſmodi ſæpè minatus fuerat &c. tunc Ioannes cenſetur proprio motu nocuiſſe.

Dices, quid ſi Petrus iam à longo tempore damnum eiuſmodi conſuluerit, poteſtnè cum fundamento dubitare an ipſius impulſione peractum ſit? R. Et dico ſi nullo alio fundamento nitatur, quam longo temporis ſpatio quod à conſilio dato ad rei executionem fluxit, nec aliundè ſciat Ioannem aliâ ratione, v. g. impulſione alterius, ſuſceptâ cum eo cui nocuit inimicitiâ inductum fuiſſe vt damnum faceret; illud non ſufficere ad dubium rationabile fundandum, nec ad Petrum reſtitutionis onere liberandum, quippe cum ei non poſſit in hoc caſu dictum illud iuris fauere, in dubiis melior eſt conditio poſſidentis.

L

LECTIO XXIV.

De argumento eodem.

QVAERES 1. Ad quam reſtitutionem teneatur ille qui volenti ſurripere 10. aureos, ſuaſit vt 20. furetur? R. Teneri dumtaxat reſtituere 10. quia fuit illius tantum damni cauſa efficax, cum alius vellet furari antea 10. aureos.

Dices, ſi verò conſuluiſſet furari tantum? R. Nihil ſoluere teneretur, quia non damni, ſed potius vtilitatis proximi cauſa fuiſſet.

Quæres 2. Petrus volebat ſurripere Ioanni decem nummos, cum autem Paulus non eum poſſet à propoſito dehortari, ſuadet vt eos Antonio ſurripiat, an reſtituere teneatur Antonio? R. Affirmatiuè, quia eſſet cauſa efficax damni Antonij.

Quæres 3. An ille qui dixit Petro volenti decem nummos Ioanni ſurripere vel 100. Paulo, è duobus malis eligendum eſſe minus, teneatur Ioanni reſtituere 10. nummos ſi ei â Petro ſublati fuerint? R. Nullatenus, iuxta opinionem Bonacinæ in hoc tractatu diſp.1.q.2.p.7.n.11. quamuis enim dixerit è duobus malis eligendum eſſe minus, non ideò cenſetur determinaſſe Petrum ad furandum potiùs Ioanni quàm Paulo.

Quæres 4. An Petrus qui cum Ioanni

nſuluiſſet damnum inferre alteri, ſuum
:ractauit conſilium quantum in ipſo fuit,
c tamen illum à rei executione auertere
ɔtuit, ad reſtitutionem teneatur.

Vt hanc difficultatem explicemus, obſer-
ıdum eſt conſilium dari poſſe duobus mo-
s. 1. ſi rem aliquam vt veram proponas v.
talem contractum eſſe licitum vel illici-
ım. 2. ſi alicuius actionis commoda expo-
as v. g. Ioanni conſulendo incendium villæ
imici vt eum caſtiget, ac de illius ruinâ
etur.

His poſitis dico opus eſſe diſtinctione;
am 1. ſi dediſti falſum conſilium Ioanni, v.
dicendo talem contractum eſſe licitum,
ıi tamen illicitus eſt, modò Ioannem de
ıius conſilij errore monueris, nihil reſti-
ıere debes: quamuis ille contractum ini-
ıum, & proximo nociuum inire non deſi-
ıt. Ratio eſt, quia non cenſeris cauſa dam-
à Ioanne illati. 2. ſi conſilium dederis al-
ɾo modo in obſeruatione recenſito, pro-
ıbilius eſt te ad reſtitutionem obligari,
ıamuis conatus fueris diſſuadere Ioanni
xecutionem; quia non cenſeris ſufficienter
euocaſſe impulſionem Ioanni datam ad il-
ıtionem damni, & ideò videris adhuc fuiſ-
illius cauſa efficax, quemadmodum ille
ıi gladium alteri præbuit vt hominem oc-
idat reus eſt homicidij, niſi gladium aufe-
ıat.

Quær An ille qui dedit malum conſi-
ium, v. homicidij, incendij teneatur
amna reparare, quæ is, cui dedit conſilium,

incurrit, puta ſi alius reponens, eius villam incendat? R. Non teneri, quia is qui damnum fecit, illud vitare poterat ſi voluiſſet, ideòque ſibi villæ incendium tribuere debet.

LECTIO XXV.

De reſtitutione ad quam ille tenetur qui conſenſit in damnum alterius, vel ad inferendum illud, aliquem laudibus induxit.

QVÆRES 1. Quid ſit conſentire in damnum alterius? R. Eſt alterius damnum approbare, ac ferre de illo ſuffragium.

Quæres 2. An qui hoc fecit, ad reſtitutionem teneatur? R. Affirmatiuè niſi ſuffragatus ſit in aliquo cœtu damnificæ actioni cum 1. eidem actioni ſuffragantium maior numerus præceſſit, neque 2. veriſimile eſt priores ſuffragatores ab iniquâ ſententiâ reuocandos. Dixi 1. eum qui conſenſit in damnum alterius, teneri ad reſtitutionem quia fuit illius cauſa efficax. Dixi 2. niſi & quia cum maior ſuffragatorum numerus damnum fieri approbarit, ille qui homines magis quàm Deum timens, eis aſſenſus eſt, grauiter quidem peccauit, ſed non tenetur ad reſtitutionem iuxta communiorem ſententiam, quod in damnum alterius non influxerit efficaciter. Ita cum in Comitiis res

iqua iniuſta decernitur v. g. tributum, le-
itio, donum, &c. vel in conceſſu iudicũ fer-
r iniqua ſententia in aliquem, illi qui po-
eriùs ſuffragantur, lato iam à maiori parte
ffragio, reſtituendi onere immunes ſunt.
xcipe tamen caſum notabilem ac frequen-
n, nimirùm ſi probabile ſit, poſteriori-
s valide ſe illi ſententiæ opponentibus,
m à prioribus reuocandam. Quod pro
axi valde notandum eſt.

Dices, ſi verò aliquis certò ſciens dam-
icam actionem ab omni ſuffragatorum
tu, vel ſaltem maiori parte approbandam,
fragium prior tuliſſet pro eâ? R. Eum te-
i ad reſtitutionem, æque atque illum
damnum alicui ſuaſiſſet præuidens alte-
n idem illi conſulturum; vel qui rem ab
ſurripiendam furatus eſſet, vterque enim
e cauſa efficax damni alterius cenſeretur.

uæres 3. Quid in hac materia per pal-
tem ſeu laudantem intelligis? R. Eum
laudibus, deriſionibus, exprobratio-
is & aliis eiuſmodi, aliquem ad infe-
lum alteri damnum inducit.

uæres 4. An ille teneatur ad reſtitutio-
? R. Affirmatiuè quia eſt cauſa efficax
ni alterius.

LECTIO XXVI.

De reſtitutione ad quam receptans tenetur.

QVÆRES 1. Quem vocas receptantem? R. Illum qui furem vel alium malefactorem apud ſe recipit, ei refugium præbet ad nocendum alteri, prædamque latrociniis adeptam aſſeruat; quod vt melius intelligatur, aduertendum eſt duobus modis poſſe aliquem eſſe receptantem 1. materialiter, quod accidit cum non recipitur malefactor vt talis, hoc eſt quatenùs malefactor, ſed vt amicus, conſanguineus, aut hoſpes, ſi ponamus hunc receptantem exercere cauponariam, hominemque vt alios quoſuis hoſpites recipere. 2. formaliter nimirùm ſi malefactorem recipiat, vt ei refugium & ſecuritatem præbeat, aut latrocinia illius ſeruet.

Quæres 2. *Quandonam receptans teneatur ad reſtitutionem?*

R. Et dico 1. Receptantem priori modo ſeu materialiter non teneri ad reſtitutionem; niſi cùm aduertit malefactorem induci ad malum & irrogationem damni, ſpe huiuſmodi refugij à ſe in poſterum præbendi. Tunc enim eſt cauſa efficax damni alterius.

R. 2. Receptantem formaliter, ad reſtitutionem teneri, cum efficaciter in damnum

Digitized by Google

:rius influat.

Quæres 3. Vtrum caupo accipiens à filiis
:ilias pecuniam parentibus ſurreptam, ad
itutionem teneatur? R. Affirmatiuè ſi
familias pecuniam à parentibus iniuſtè
:perint, idque cauponi notum ſit, quia
pones in tali caſu verè ſunt receptatores
ræterea iniuſti alienæ rei detentores.
i ſi filiifamilias pecuniam iniuſtè acce-
nt, quia ſine peccato eam in certis caſi-
accipere poſſunt, vt infra ſuo loco ex-
lemus. Obſeruandum verò eſt caupo-
i parentibus monitos ne filiis cibos ſup-
tent, indubie ad reſtitutionem teneri.

uæres 4. Vtrùm ſi filiifamilias in cau-
luſerint pecuniis iniuſtè à parentibus
otis, caupones reſtituere teneantur? R.
diſtinctione: ſi enim 1. ſolùm illis con-
it domum ſuam nec eos occultare cu-
non tenentur ad reſtituendas pecunias
filiifamilias male ludis expendunt. 2.
:is ad ludendum chartas luſorias, aleaſ-
opeditent, ad reſtitutionem tenentur
ſint receptatores formaliter.

uæres 5. Vtrum caupones qui fures vo-
i & recipiunt, eiſque prædam ad eſum
r, ſcientes rem eſſe furtiuam, tenean-
reſtitutionem? R. Affirmatiuè quia
n eo caſu formales receptatores.

æres 6. An reſtituere teneantur artifi-
i à famulis res dominis ſurreptas, puta
leum, triticum & accipiunt in manu-
m? R. Teneri ad reſtitutionem, quam-
s acceptæ non excedant operis pre-

tium. Quia 1. ſunt receptatores horum famulorum, eiſque dant animum continuandi furta. 2. ſunt rei alienæ iniuſti detentores.

At dices æquum eſſe vt laboris ſui pretium accipiant. Concedo, non quidem à dominis, ſed ab iis qui laborem ipſis impoſuerunt.

LECTIO XXVII.

De argumento eodem.

QVAERES 1. Ad quid ille teneatur in cuius domum fur prædam attulit, ſi deinde rem furto ſublatam, cum ante id neſciret agnoſcat? R. Teneri rem furtiuam domino reddere, niſi graue damnum inde ſibi probabiliter imminere putet; tunc enim ſatis eſſet illam reſtituere quamprimum furi à quo acceperat. Dixi 1. teneri rem domino reddere, quod eam apud ſe habeat. Dixi 2. niſi & quia illum probabile periculum excuſat, nec enim bonum alterius cum probabili periculo ſui damni curare tenetur. Puta ſi veriſimile fuerit latronem ipſi mortem aut damnum aliud graue illaturum: vel timeat ne tanquam furti author coram iudice accuſetur: ſed præter hos aut ſimiles caſus rem domino reddere tenetur.

Dices, ſi autem ſolùm timeat gratiam illius amittere qui rem apud ſe attulit?

R. 1. Si probabiliter credat eum rem domino redditurum, poſſe illi rem dare vt

eam domino reſtituat.

R. 2. Si meritò dubitet eum non reſtituturum, in hoc caſu expendendum eſſe, an illa gratiæ amiſſio ei valde incommoda ſit, tum quia de fure malè meritus ab eo graue ſibi periculum tremit, tum quod eius amicitia valde ipſi chara aut perutilis eſt: quorum alterutrum iuſta videtur excuſatio, quo minùs rem domino reddere teneatur.

R. 3. Si tantum leue damnum timeat ex amiſſâ illius gratiâ qui rem furtiuam ipſi cuſtodiendam tradidit, non poſſe rem furi reddere, cum probabile ſit eum non reſtituturum, tenerique ipſum reſtituere, ſi rem furi cum hoc dubio reddiderit.

Obiicies qui bonâ fide rem à fure emit, non tenetur eam domino cui ſurrepta eſt deferre, ſed poteſt reddere furi, & ab eo traditam pro merce pecuniam repetere, vt ita ſuæ indemnitati conſulat. Ergo à pari qui rem alicui ſurreptam apud ſe aſſeruat iuſtè poterit eam reddere furi à quo aſſeruandam acceperat.

R. 1. Nos infra examinaturos caſum eius qui rem emit à fure, ſupponendo tamen id fieri poſſe.

R. 2. Et nego paritatem, nam is qui emit bonâ fide rem furto ſublatam, poteſt eam reddere furi, vt pecuniam ſuam recuperet 1. quia non ideò rem ponit in deteriori ſtatu, quàm eſſet cum illam accepit. Præterea 2. æquum eſt vt ſuæ indemnitati conſulat, & pecuniam recuperare velit quam alioqui perderet, ſed in hoc poſteriori caſu ille qui

rem furtiuam ſeruat, poteſt ſine graui damno, vt ſupponimus eam domino reddere.

Quæres 2. An is in cuius domum fur à lictoribus quæſitus confugit, quique illum occultauit, & ipſorum manus euadere fecit, teneatur ei reſtituere cui fur damnum intulerat? R. Non teneri 1. quia damnum iam illatum eſt. 2. Fur potuit ſine peccato fugere, ergo qui eum occultauit eiuſque fugam iuuit, non peccauit.

Dices, ſi fur qui lictorum manus euaſit, plura deinde aliis damna inferat, numquid eorum omnium reus erit eaque reparare tenebitur, qui prius illum abſconderat? R. Negatiuè niſi conceptis terminis dediſſet ſpem eiuſmodi refugij in pari caſu. Tunc enim verè eſſet cauſa efficax aliorum damnorum quæ fur deinceps irrogaret; non verò extra circunſtantiam iſtam.

LECTIO XXVIII.

De reſtitutione participantis in actione quâ infertur alteri damnum.

QVAERES 1. quid vocas participare in damno inferendo alteri?

R. Cooperari actioni damnificæ, ſiue 1 auxilium præbendo cum fit, puta ſi quis in furto claues det, excubias agat, ſcalas teneat, forum effractioni aut vi ſeris illatæ opituletur, ſiue 2. re actâ iuuando ad

Digitized by Google

ædæ aſportationem, ſiue 3. prædam cum
is conſumendo.

Quæres 2. Vtrùm inter eas actiones qui-
ıs alteri damnum inferri poteſt, aliæ ſint
iores aliis? R. Affirmatiuè nam aliæ ſunt
trinſecè malæ; vt prædam è manibus fu-
ſ accipere, in ſacro recondere, aut per fe-
ſtram eiicere, cum latrone fores effringe-
, ignem tormentis bellicis admouere,
ıod Chriſtianis in triremibus Turcarum
gentibus accidere poteſt in aliquâ pugnâ
ntra Chriſtianos. Aliæ ſunt malæ tantùm
trinſecè, id eſt ex natura ſua indifferen-
s, quæ, ſi malæ ſint, hoc habent ex praua
tentione agentis, fieri enim bene ac ſine
la Dei proximique iniuriâ poſſent. Vt ſca-
m tenere, inſtrumentum aliqued porrige-
, gregem agere, remigare &c.

Quæres 3. An ille qui cooperatur actioni
ımnificæ, teneatur ad reſtitutionem? R.
t dico 1. illum qui cooperatur actioni ma-
intrinſecæ proximoque nociuæ peccare
mper ac teneri ad reſtitutionem, quia pro-
ime influit in actionem damnificam, nul-
ıſque metus etiam mortis à peccato eum
cuſare poteſt.

Dico 2. Si actio non ſit mala intrinſecè,
d tantùm extrinſecè, illam mortis aut alius
rauis damni metu, ſine peccato, ideòque
ne reſtituendi onere fieri poſſe. Non tamen
eiuſmodi metus abſit. Ratio eſt quod iuſte
rauis ille metus excuſet, vt quis poſſit rei
e ſe indifferenti operam dare; ſi autem me-
ıs ille abſit, dico non eſſe locum excuſa-

tioni, ac proindè peccare tenerique ad reſtitutionem eum qui proximi damno tunc cooperaretur actione quam præſtandi nullum haberet ius.

Inde colliges plurium caſuum ſolutionem. E quibus tres propono inſigniores 1. poſſe Chriſtianos Turcarum remiges, in pugnâ contra Chriſtianos remigare, ſi præfectus remigum iubeat, quod ſecus periculum mortis incurrerent, illaque actio non ſit mala intrinſecè, non tamen poſſunt ignem tormentis bellicis admouere, quia res eſt intrinſecè mala, ideòque mori potius debent.

2. Eum cui fur mortem minaretur, niſi teneat ſcalam quâ ipſe domum conſcendere cupit ad furandum, vel niſi porrigat inſtrumentum quo feneſtram effringat, ianuam aperiat, arcam perrumpat & non peccaturum, neque reſtitutioni fore obnoxium, ſi eiuſmodi actionibus operam præſtet: attamen ille peccaret ac reſtituere teneretur, quaſcumque minas ei fur intentaret, ſi manu ſaccum teneret ad prædam recondendam, vel eam per feneſtram proiiceret.

3. Ruſticos excuſari à peccato & reſtitutionis onere, qui ſuis iumentis & curribus furtiuas militum prædas vehunt, aut ſublatos ab illis greges agunt, ſi ad id grauibus minis & vexationibus cogantur.

Digitized by Google

LECTIO XXIX.

De argumento eodem.

QVAERES, An cum plures damnum aliquod inferunt, ſinguli cenſeantur participes totius damni ab omnibus il- & ideò reſtituere teneantur in ſolidum?

Vt hæc difficultas melius percipiatur, ninanda eſt in duobus caſibus practicis. ım plures hortum, pomarium, vineam ediuntur, vnde ſinguli res exigui mo- :i accipiunt, quarum tamen collectio t notabilem ſummam. Illud autem al- :x his tribus modis accidere poteſt. 1. ſe omnes mutuò excitarunt ad illum ſſum, & eiuſmodi damnum inferen- ; atque in tali caſu euidens eſt omnes ui damno, quod paſſus eſt vineæ do- ; participaſſe, ideòque teneri hoc in m reparare. 2. Cum non ſe mutuò in- nt, ſed tamen omnes eodem tempo- mirum ſinguli videntibus aliis ingreſſi k in hoc caſu rei omnes totius damni, ıe peccati mortalis & reſtitutionis in n æſtimantur iuxta probabiliorem tiam: quia cum conſtet de damno tempore facto, nec potior ſit ratio magis quàm alteri tribuatur, ſingu- l imputari eiuſque in ſolidum repa- ıiungi debet. Ita diſcurrit Vaſquez

in tractatu reſtitutionis §. 1. dubio 5. 3. Cum nec ſe mutuò excitarunt, nec viderunt, tuncque ſinguli dumtaxat illatum à ſe damnum reparare tenentur; quod cum exiguum eſſe ponamus, venialiter eos tantùm peccaſſe conſtat. Obſerua tamen poſtremum hunc caſum raro contingere, ſed alios duos ſæpiſſimè.

Alter caſus locum habet in militibus qui v. g. iniuſtè diripuerint atque vaſtauerint in bello. De quibus hæc tria ſtatuo 1. ſingulos milites non teneri ad reparationem damni à toto exercitu vel cohorte illati, ſed ſolum ducem. 2. ſi milites aliqui ſe mutuò excitarint ad domum, v. g. diripiendam, cenſeri omnes participes peccati & damni totius, ideòque teneri ad eius reparationem in ſolidum. 3. ſi miles vnam diripuerit domum, alius verò aliam, & vnumquemque teneri dumtaxat reparare damnum à ſe illatum, quippè qui ſit illius tantùm reus.

LECTIO XXX.

De reſtitutione ad quam illi tenentur qui tacent, non obſtant, nec manifeſtant cum damnum proximo infertur.

QVÆRES 1. An omnes qui tacent, non obſtant, vel non manifeſtant cum alteri fit iniuria, teneantur ad reſtitutionem? R. Affirmatiuè ſi loqui, obſtare,

manifeſtare ex contractu, vel ex officio teneantur, ſed non aliter. Dixi 1. ex contractu, vt famuli. 2. ex officio vt Superiores, nimirum domini, Magiſtratus, Capitanei, tutores, curatores, quia cum clamare, obſtare, manifeſtare teneantur, eo quod mercedem accipiant vel propterea in officio conſtituantur, ſi ſuo muneri deſint, cenſentur negatiuè atque ex omiſſione cauſa damni alterius, & ideò non minus tenentur ad reſtitutionem, quàm illi qui poſitiuè, & ex commiſſione alicui damno cooperati ſunt. Dixi 3 ſed non aliter. Qui enim videntes fieri damnum proximo, tacuerunt, non obſtiterunt, non manifeſtarunt, quamuis poſſent clamare, obſtare, & peccarunt quidem contra charitatem, non verò contra iuſtitiam, ex cuius ſolius læſione onus reſtituendi proficiſcitur. Vnde inferes Caium qui videt Paulo damnum inferre; puta fures illius bona ſurripere, ſi eum non moneat, vel non clamet, aut ſi damno illato rogatus à Paulo vt furem detegat, id ex prauo animo recuſet, non teneri ad reſtitutionem in tali caſu iuxta probabiliorem ſententiam, quamuis grauiter peccet.

Dices, an ſaltem reſtituere teneatur, ſi Paulus monitorium obtinuerit? R. Solutione huius quæſiti ex tractatu in 8. præceptum eſſe petendam lect. 13. n. 3.

Quæres 2. Petrum, qui vidit cum fures bona Ioanni ſurriperent, volentem ſua ſponte, vel rogatum à Ioanne authores furti detegere, Paulus Ioannis inimicus prohibet, an

Paulus teneatur ad reſtitutionem? R. Et diſtinguo, nam 1. ſi Paulus vi aut fraude prohibuiſſet Petrum, iuxta ſententiam Doctorum omnium ad reſtitutionem teneretur. Ratio eſt propemodum eadem quam lect. 19. in pari caſu attulimus, videlicet Ioannem habere ius ne vi aut fraude à bonis ſuis recuperandis impediatur. 2. At ſi Paulus ſolis precibus ac ſuaſionibus prohibuerit Petrum non tenetur ad reſtitutionem ex probabiliori ſententiâ, quia cum Petrus qui prauo animo furem Ioanni manifeſtare noluit, iuxta præcedenti numerò dicta non teneatur ad reſtitutionem, conſequens eſt Paulum ad eam non teneri.

LECTIO XXXI.

De illis qui ex officio damnum alterius impedire tenentur.

QVAERES 1. *Quinam Superiores* Eccleſiaſtici teneantur interdum ad reſtitutionem, quod tacuerint, vel alio modo non impedierint alterius damnum? R. Confeſſarios eſſe poſſe damni alterius cauſam duobus modis.

1. Si malitiâ, vel animi puſillanimitate, aut ignorantiâ culpabili non admoneant pœnitentes cum illi ad reſtitutionem tenentur. Sed hic obſerua tres opiniones. Prima quam plures graueſque viri tuentur, aſſerit

uſmodi Confeſſarios teneri ad reſtitutio-m, cum iuxta Doctores iſtos, cauſa tunc mni ſint quod ipſorum culpâ creditores enitentium patiuntur. Secunda quam ali-ii defendunt, hanc reſtituendi obligatio-em reſtringit ad eos ſolùm qui ratione of-ij confeſſiones excipiunt, quales ſunt piſcopi, Curiones eorumque Vicarij: alios atem qui ex charitate Confeſſarij munus xercent, ab onere reſtituendi eximunt. ertia eſt quorumdam aliorum qui dicunt iuſmodi Confeſſarios peccare quidem gra-iter, ſed non teneri ad vllam reſtitutionem: uia non debent proſpicere bono temporali reditorum, ſed ſaluti dumtaxat pœniten-ium: cui officio cum in iſto caſu deſint, grauiter peccant non tamen contra iuſti-iam, ideòque ad nullam reſtitutionem te-nentur.

2. Cum prauo animo, ignorantiâ culpa-bili & falsò alicui pœnitenti dixerint, ſiue ab eo rogati ſiue non, ipſum ad reſtitutionem in tali caſu non teneri, vel non debere iſti reſtituere ſed alteri Tunc autem Doctores omnes conſentiunt prædictos Confeſſarios teneri ad reſtitutionem. Cum par Confeſſa-riorum ratio ſit atque illorum qui pernicio-ſa conſilia dederunt, quos vtpotè cauſas efficaces damni alterius, ad reſtitutionem teneri dictum eſt lect. 23.

Quæres 2. Quinam Superiores politici ad reſtitutionem teneantur, ſi damnum alterius non prohibeant? R. Principes, Dominos, Magiſtratus, inprimis Regios Procurato-

Digitized by Google

res & Patronos, Conſules, item Duces exercitus, alioſque militiæ Præfectes, qui non impediunt homicidia, furta & alia proximi damna, verè eſſe cauſas efficaces, tametſi negatiuas omnium damnorum quæ ipſis etiam inuitis fiunt, niſi ea prohibere, quantum in ſe fuerit, enitantur, ideòque teneri ad reſtitutionem.

Quæres 3. An Superiores politici teneantur obſtare damno alterius cum propriæ vitæ, bonorum aut honoris periculo? R. Doctores omnes hac vti diſtinctione; ſi agatur de priuatorum damno, aiunt eos non teneri ad eiuſmodi periculum aut damnum æquale ſubeundum; non enim cenſentur ſe ad id oneris voluiſſe aſtringere cum munus publicum acceperunt. Si autem quæſtio ſit de communitatis damno, aſſerunt omninò teneri, cum eis ideò munus publicum & illius emolumenta honoreſque concedantur.

Quæres 4. Quid ſit dicendum de Superioribus domeſticis? R. Parentes, tutores & curatores teneri ad reſtitutionem, niſi damna bonis ſuorum filiorum, pupillorum aut minorum inferenda prohibeant.

Dices, cur illi ad ea damna impedienda teneantur, cum nullum ideò ſtipendium accipiant, idque oneris ſæpius vi ac iudicis mandato ſubire cogantur? R. Quia ſi onus tutelæ aut curatelæ ſuâ ſponte & voluntate acceperint, ad hoc ſe obligant, ſin autem vi à iudice ſibi factâ, iuſte id Iudex pro bono publico facere potuit, nam illud poſtulat vt pupillis ac minoribus tutores & cura-

Digitized by Google

…s dentur qui tali muneri gratis inſer-…nt, vnde ſi eis damna fieri patiantur, illa …ituere debent.

LECTIO XXXII.

…e illis qui tenentur ex contractu impedire damnum alterius.

QVAERES 1. Quinam teneantur ex contractu impedire alterius damnum? R. Eos omnes ad hoc teneri …ui mercedem accipiunt, vt alterius bona …xigant, cuſtodiant, vel eius negotia cu…ent, obſequium ei præſtent. Tales ſunt v. … Præſidiarij milites, cuſtodes ſaltuum, vi…earum, hortorum, pomariorum, exacto…es tributorum & vectigalium. Denique fa…nuli.

Quæres 2. An cuſtodes ſaltuum & exa…ctores vectigalium, & teneantur ad reſtitu…ionem, non ſolum damni ab ipſis non im…pediti, quod extrà controuerſiam eſt, ſed …ſuper mulctæ quam dominus percepiſſet, …, vt par erat, clamaſſent, obſtitiſſent, aut …llatum domino damnum manifeſtaſſent? R. Probabilius eſſe non teneri, quia 1. ad …d ſolùm deputari cenſentur, vt impediant …ne domini patiantur aliquod in bonis ſuis …amnum, aut vectigalibus debitis frauden…ur. 2. delinquentes non tenentur ad mul…tam niſi poſt latam iudicis ſententiam, no-

que igitur cuſtodes prædicti.

Quæres 3. An famuli reſtituere teneantur, ſi tacuerint, non obſtiterint, aut non manifeſtauerint illatum heris damnum.

Ante reſponſionem obſeruo. Heris poſſe damnum inferri, vel ab externis, vel à domeſticis.

Dico igitur 1. auctores communiter aſſerere famulos teneri ad reſtitutionem illati ab externis damni, cum illud non impedierunt. Quia mercede conducti ſunt non modo vt obſequium præſtent, ſed etiam vt res domini curent ac fideliter cuſtodiant.

Dico 2. Aliquos Doctores opinari, eos quidem peccare contra charitatem ſi non impediant inferendum, vel non manifeſtent illatum ab aliis famulis damnum, ſed non teneri ad reſtitutionem. niſi damnum illatum ſit hero in bonis quæ ipſorum curæ credita erant, exemplo res declaratur: œconomus tenetur ad reparanda omnia damna à ſingulis famulis illata, cum vniuerſæ domus cura ſibi fuerit demandata, ſed non tenetur cellarius v. g. reſtituere ſi famulum ſtabularium à ſurripiendâ equis auenâ non prohibuerit, & ſic de aliis, quia, inquiunt, auenæ cura non ad cellarium ſpectat.

Dico 3. Eiuſmodi auctores decipi, & alios decipere, nam falſum eſt ſingulos famulos non teneri ex iuſtitia ſocios & alios domeſticos ab inferendo heris domino prohibere, vel eis damnum illatum detegere, quia illos in hunc finem heri conducunt. Siquidem rogo iſtos auctores, vbinam gentium

Digitized by Google

reperturi ſint heros qui rem aliter capiãt, & qui nolint ſibi famulos ſociorum furta detegere, vel ea prohibere, licet illi non ſuſceperint curam bonorum quæ ſurripere ſocij vellent: & qui non illos eâ lege cõducant. Contra omninò conſtat heros velle arctiùs aſtringere famulos, ad furta ſociorum & aliorum domeſticorum quàm exterorum detegenda, quod hæc ſint magis odioſa, & ordinaria, tum verò periculoſiora.

LECTIO XXXIII.

An ille reſtituere debeat qui cum ex contractu aut officio damnum alterius impedire non teneatur, pecuniam à furo accepit, vt taceat.

VT planius quæſiti huius reſponſio intelligatur, obſerua furem poſſe dare pecuniam alicui, vt eum non prodat his tribus modis. 1. enim dare poteſt vt eum tantum alliciat ad tacendum, ſine vlla tamen promiſſione ſilentij. 2. ita vt accipiens pecuniam, furi polliceatur ſe, cum ipſe furtum committet, non clamaturum, eæque ſint rei circunſtantiæ, vt fur, modo non deprehendatur in delicto flagranti, omne periculum euaſerit, puta ſi laruatus, aut ei cui dedit pecuniam incognitus eſſet. 3. poſſe dare pecuniam cum illis circunſtantiis quæ probabiliter oſtendant eum eſſe ipſius ani-

mum vt hominem obligare velit ad tacendum furto commiſſo v.g. ſi fur velit ſurripere merces ex tabernâ mercatoris per menſem abſfuturi. His poſitis.

Dico 1. Eum qui accepit à fure pecuniam ex furto prouenientem, vt taceat, teneri ad eam reſtituendam perſonæ cui ſubrepta eſt. Res de ſe patet. *Leſſius l.2.c.13.n.68.*

Dico 2. Eundem ſi fur ipſi pecuniam dederit vt ad tacendum alliciat, & quaſi largitione corrumpat, non teneri ad reſtitutionem, etiamſi furem indicet, quamuis ponamus furem noluiſſe pecuniam dare ſi prodendum ſe credidiſſet: quia fur in eo caſu pecuniam ſponte donaſſe eamque committere periculo voluiſſe cenſetur.

Dico 3. Si pecuniam à fure acceperit vt taceat dum furtum committitur, illum iam furto commiſſo pecuniam retinere poſſe, quia vt ſupra oſtendimus, nemo reſtituere tenetur pecuniam acceptam pro re mala perpetrandâ, effectu ſecuto.

Dico 4. Si pecuniam acceperit in ijs circunſtantiis ex quibus appareat furem eo animo dediſſe vt ipſum huiuſmodi largitione ad ſilentium poſt furti commiſſionem obligaret, in eo caſu teneri ad reſtitutionem: quia dictum eſt ſupra eum qui pecuniam accepit vt rem ageret iniquam, teneri ad eam illi qui dedit reſtituendam, quamdiu malum opus non eſt executioni mandatum, v.g. Petrum qui pecuniam accepit vt aliquem occideret, eam teneri reſtituere ſi non occiderit: atqui eadem eſt hic omninò ratio,

Digitized by Google

nam ille qui pecuniam accepit vt furem non prodat, ſuum adhuc peccatum non expleuit, quia licet tacuerit aliquandiu, furem etiam nunc prodere poteſt atque ad hoc ex charitate tenetur, ergo dictā pecuniam reſtituere debet; cum enim conſtet ipſum peccare non indicando furem, tenerique hoc ſilentio abſtinere; pariter acceptæ pro huiuſmodi ſilentio pecuniæ detentione abſtinere, ideòque illam reſtituere tenetur.

Quæres, vtrum accipiens à fure pecuniam vt eum non prodat, teneatur ad reſtituenda damna per furem illata? R. Cum diſtinctione. Si enim fur ideò factus fuerit audacior, & damnum maiori animo fiduciâque intulerit, eum teneri ad reſtitutionem, quia ſiue vt conſentiens, ſiue vt participans cooperatus eſt poſitiuè damno. Secus autem non teneri defectu poſitiuo cooperationis damno huiuſmodi præſtitæ, & quamuis ad illud negatiuè concurrerit, non tenebatur ex contractu vel ex officio, ſed tantum ex charitate ab eo concurſu abſtinere.

reſtitutionem, quamuis eam alius ſurripuerit.

Obſerua 3. cum ſuprà oſtenſum ſit, eos qui damno cooperati ſunt, ad illius reparationem in ſolidum obligari, inde ſequi euidenter ſi velit cauſa principalis aut non valeat reſtituere, minus principalem ad id obligari in ſolidum, ſeu quod idem eſt ad totius damni reparationem teneri vt infrà dicetur lect.30.n.1 in fine.

Quæres 2. An qui damnum fieri mandauit, principaliter obligetur ad reſtitutionem, an verò ille qui executus eſt. Vt reſponſio bene intelligatur aduerte præcipientem damnum vel ſuperiorem eſſe illius cui damnum inferre aliis mandat, v.g. patrem reſpectu filij, dominum, ſubditi, herum famuli &c. vel nullam in eum authoritatem habere.

R. Iam & dico 1. iuxta omnium Doctorum ſententiam, eum qui damnum fieri mandauit, primo loco teneri ad reſtitutionem, non illum qui fecit damnum, quia executor iſte velut inſtrumentum alterius in ipſum authoritatem habentis cenſeri debet.

R. 2. Cum Leſſio & aliis probabilius eſſe, quidquid Bonaçina & aliqui alij dicant, eum qui ſine authoritate mandauit fieri damnum, teneri primo loco ad reſtitutionem, non verò damni executorem, præſertim cum iſte nullum operis mali pretium accepit. Quod mandans videatur in ſe recipere onus reſtitutionis, etiamſi pecuniam dederit.

Quæres 3. An conſulens damnum, primo loco reſtituere debeat, vel potius exequens? R. Exequentem primo loco teneri, quia damno magis immediatè coöperatus eſt.

Quæres 4. An qui damno auxilium præbuit, v.g. ſi tantum arma vel aliud inſtrumentum dederit, aut ea detulerit ad inferendum damnum; teneatur primo loco ad reſtitutionem, an verò exequens? R. Exequentem principaliter obligari vtpote cauſam damni proximiorem, huius enim merum inſtrumentum, alter eſſe videtur.

Quæres 5. Cum plures mutuo conſenſu aliquem aggreſſi ſunt, vt eum occidant, vel in damnum aliud conſpirarunt, vnus verò ipſorum reipſa occidit aut damnum intulit, quinam principaliter reſtituere teneatur? R. Omnes in ſolidum, quia 1. cenſentur vna totalis cauſa damni, 2. quis dicet in hoc caſu eos qui non fecerunt damnum, eſſe dumtaxat inſtrumenta illius qui fecit.

LECTIO XXXV.

De ordine qui reperitur in cauſis aliis minus principalibus.

QVAERES 1. An ſit aliquis ordo inter alias cauſas minùs principales 1. an conſulens ſit cauſa principalis reſpectu conſentientis, & conſentiens reſpectu palpantis, & ita de cæteris; ante reſpon-

Digitized by Google

ſionem ſuppono ex dictis præcedenti lectione, mandantem eſſe cauſam principalem reſpectu executoris damni, & ipſum executorem eſſe cauſam principalem reſpectu conſulentis, palpantis, receptantis &c. ideòque mandantem teneri refundere executori à quo facta eſt reſtitutio, quia executor eſt cauſa minùs principalis reſpectu iubentis. Quod ſi iubens refundere illi nolit aut non poſſit, executor nullum habet ius pecuniam à ſe traditam repetendi ab aliis cauſis minùs principalibus, v.g. receptante, conſentiente. Quæritur autem hic an dicendum idem ſit de cauſis minùs principalibus inter ſe comparatis, & vtrum vna ſit cauſa principalis reſpectu alterius, ideòque ſi vna ex illis reſtituerit, an aliæ ſint ab onere reſtitutionis liberæ. Ad quod

R. Probabilius eſſe non dari ordinem inter has cauſas minùs principales. Iſto exemplo rem declaro. Petrus conſuluit Paulo vt damnum aliquod inferat, cui Paulo ipſius dominus idem antea iuſſerat, eum ad hoc Ioannes laudando vel exprobrando incitauit, fuitque Antonius receptator. Dico ſi dominus Pauli, vel ipſe Paulus reſtituere non poſſint aut nolint, Petrum non eſſe cauſam principalem reſpectu Ioannis, neque Ioannem reſpectu Antonij, & ideò quamuis Petrus reſtituerit, non eſſe Ioannem à reſtitutionis onere liberum, nec Antonium ſi Ioannes quoque reſtituerit.

Quæres igitur 2. quomodò fiet in eo caſu reſtitutio? Reſpondet Leſſius, ab illis tribus,

videlicet Petro, Ioanne & Antonio, quod ſi vnus illorum plus aliis nocuiſſe putetur, maiorem ille portionem ſoluet. Si verò vnus ex illis reſtituerit totum damnum, refundent alij pro ratâ parte.

LECTIO XXXVI.

De reſtitutione cauſarum æquè principalium vel minùs principalium, & quid agendum ſit cum vna ex illis reſtituit.

QVAERES 1. An illi qui fuerunt æquè principales cauſæ damni teneantur ad integram eius reparationem, vel tantùm pro ſuâ parte ſinguli, vt ſi tres aliquem inuaſerint & occiderint?

R. 1. Iuxta ſuperiùs dicta, omnes teneri ad reſtitutionem in ſolidum.

R. 2. Si vnus ex illis reſtituerit, alios teneri portionem quemlibet ſuam ipſi refundere.

Dices, quid fiet. Si facta integra reſtitutione ab vno eorum, alter portionem ſuam refundere velit, alius verò id recuſet aut non poſſit? R. Duos priores debere portionem eius qui reſtituere non poſſet aut nollet, ex æquo ferre: v. g. Petrus, Paulus & Ioannes, communi conſilio villam incenderunt, proindèque damnum ab ipſis æqualiter factum eſt, quod nummis centum æſtimari ſuppono, ſi Petrus integrè reſtituerit, Pau-

Digitized by Google

lus & Ioannes ei pro ratâ ſinguli refundere debent centum libras, ſi verò Paulus ſuam portionem non valeat ſoluere aut nolit; debent Petrus & Ioannes iacturam centum librarum ex æquo diuidere, ideoque Ioannes ſuprà centum libras ſuæ portionis, quinquaginta pro parte ratâ Pauli refundet Petro, ita enim ſeruabitur æqualitas. Idem erit dicendum de cauſis minùs principalibus, v.g. ſi tres aut quatuor conſuluerint vel receptarint.

Quæres 2. An cum vna ex cauſis reſtituit, aliæ liberæ cenſeantur ab onere reſtitutionis?

R. 1. Factâ reſtitutione à causâ principali, minùs principalem ab eâ liberam eſſe. Ita docent S. Thom. *2. 2. q. 62. a. 7.* & cum eo Doctores omnes. Quod cauſa minus principalis teneatur ſolùm reſtituere in defectum principalis.

R. 2. Factâ reſtitutione à miuus principali, teneri principalem illi refundere. Petrus, v.g. qui damnum iubente ſuo domino intulit, ac deinde pœnitentiâ ductus reparauit, ius habet à domino qui præcipuus damni autor eſt, vt lect. 34. n. 2. probauimus, exigendi quod ipſe pro damni reparatione ſoluit. Quia cauſa minùs principalis videlicet Petrus in eo caſu reſtituit, pro domino qui eſt cauſa principalis, ideòque Petrus ſuccedit in ius partis læſæ.

Quæres 3. An cæteri ſint à reſtitutionis onere liberi, cum is qui damnum accepit, reſtitutionem condonat vni ex cooperatori-

Digitized by Google

bus? R. Cum diſtinctione, nam 1. ſi condonet auctori principali, fateor cauſas ſecundarias manere liberas. Ita colligitur ex numero præcedenti.

2. Si vero cauſæ minus principali remittat, dico præcipuum damni autorem non ideò eſſe liberum, vt patet.

3. Denique ſi agatur de cauſis æque principalibus vel æquè ſecundariis, dico tametſi pars læſa remiſerit illarum vni, alias tamen ad reſtitutionem obligari, detractâ eius portione cui remiſſio facta eſt, quia hæc condonatio ſolutionis inſtar eſt, reſpectu illius dumtaxat, cui pars læſa remiſit. Vnde ſequitur ſi Petrus, Paulus & Ioannes villam Antonij quæ 300 aureis, v. g. æſtimatur, communi conſenſu incendiſſent, & Antonius damnum Petro condonaſſet, Paulum & Ioannem in ſolidum teneri ad reſtituendos Antonio 200. aureos.

LECTIO XXXVII.

An rei alienæ poſſeſſor teneatur ad reſtitutionem, ſi res fortuitò perierit aut deterior facta ſit.

QVÆRES 1. An poſſeſſor malæ fidei apud quem res alterius fortuitò, & citra culpam ipſius periit, ad reſtitutionem teneatur? R. Affirmatiuè, quia cum poſſeſſor malæ fidei, rem alterius in-

iuſtè detineat, reus prædicti damni cenſetur, quamuis illud fortuitò acciderit: caſus enim fortuiti iuxta iuris ciuilis effatum lege 18. §. commodati, & canonici canone decima, 16. q. 1. ei qui eſt in morâ imputari debent. Hoc autem intellige non ſolùm de illo qui fuit ſemper malæ fidei poſſeſſor, ſed etiam de eo qui per aliquod tempus fuit poſſeſſor bonæ fidei. Res iſto exemplo declaratur. Petrus domum bonâ fide poſſederat, quam deinde ipſi conſtat pertinere ad Ioannem, ſed cum eam vero domino reſtituere deberet, alteri locat: intra tres menſes accidit vt domus fortuitò deflagret. Dico Petrum obligari ad reſtitutionem in iſto caſu, nam à tempore quo nouit domum pertinere ad Ioannem, fuit poſſeſſor malæ fidei.

Quæres 1. Ad quid poſſeſſor iniquus teneatur, ſi res alterius fortuitò apud ipſum perierit, quæ apud dominum æquè peritura erat. Ponamus, v. g. Petrum vicino aliquid ſurripuiſſe, craſtinâ vero die vtriuſque domum Petri ſcilicet ac vicini Ioannis cum omni ſuppellectile incendio periiſſe, vel ab hoſtibus omninò expilatam eſſe, quæritur an Petrus valorem rei ſurreptæ reſtituere debeat.

Vt dilucidè huic difficultati reſpondeam. Obſeruo 1. aliquid perire poſſe duobus modis, nimirùm à cauſis naturalibus ratione carentibus, puta igne, aqua &c. vel ab hominibus.

Obſeruo 2. Rem pati poſſe detrimentum

Digitized by Google

ab hominibus, vel iuſtè, vt cùm in bello iuſto bona hoſtium deuaſtantur, vel iniuſtè, vt accidit in bello iniuſto, aut in rapinâ, furto &c.

Iam dico 1. quando conſtat rem quæ perijt apud iniquum poſſeſſorem, æquè apud dominum perituram, ſiue à cauſa naturali, ſiue ab homine iuſtè agente; dictum malæ fidei poſſeſſorem non teneri ad vllam reſtitutionem. Quia 1. non cenſetur damnum efficaciter intuliſſe domino, cum ille vt ſupponimus eam ſemper amiſſurus eſſet. 2. nullam dominus habet iuſtè conquerendi rationem; cum res ſua iuſtè vaſtanda aut peritura ſemper eſſet. Dixi quando conſtat &c. ſi enim de hoc moraliter non conſtaret, ſed ſolum dubitaretur. Fateor tunc poſſeſſorem iniquum teneri ad reſtitutionem, cum in dubiis melior ſit conditio poſſidentis, qualis eſt rei dominus in hoc caſu.

Dico 2. Si res iniuſtè peritura erat, malæ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtituendum, nam qui rem diripuiſſent, reſtituere tenerentur, ergo & iſte obligabitur, ſi eos præueniat. Quemadmodum ille qui rem à fure certò ſurripiendam furatur, ad reſtitutionem tenetur: inde ſequitur Petrum vaſtantem ſegetes inundatione vel populatione hoſtium iuſtâ perituras, non teneri ad reſtitutionem, teneri verò ſi ſegetes iniuriâ deuaſtandæ eſſent.

Dices, cur Petrus qui rem furatur ab alio fure mox ſurripiendam, tenetur ad reſtitutionem, ſed ad eam non tenetur, ſi res ab

ipſo deuaſtata, peritura erat inundatione, vel alio iuſto modo apud dominum? R. In eo ſitam eſſe diſparitatem, quod dominus rei caſu fortuitò vel iuſtâ direptione hominum pariturę, nullam reſtitutionem exigere poſſit, ideòque caſus eiuſmodi præueniens, nullum ipſi damnum irrogaſſe cenſetur. At verò cum res iniuſtè peritura erat, ius habebat dominus exigendi reparationem damni, ergo præueniens damnum tenetur ad reſtitutionem.

Quæres 3. Vtrum is qui rem alienam vaſtauit aut peremit elapſo tempore quo illa peritura erat, teneatur ad reſtitutionem? R. Affirmatiuè, nam elapſo eo tempore ſi res adhuc extet, domino reſtituenda eſt, vnde qui eam tunc vaſtauit aut peremit, domino fecit iniuriam, proindeque tenetur ad reſtitutionem.

Hinc ſequitur eum qui rem alterius ab incendio vel naufragio eripuiſſet, ereptam verò perimeret aut in fluuium vel ignem coniiceret, teneri ad reſtitutionem.

LECTIO XXXVIII.

Vtrùm factâ reſtitutione, poſſit quis ad eam iterùm obligari, ſi res non peruenerit ad dominum.

ADuerte 1. reſtituendi onus incumbere poſſe; vel ex delicto ſeu ratione iniuſtæ acceptionis, vel ex contractu aut quaſi contractu, puta ratione depoſiti, commodati.

Aduerte 2. Latorem rei quæ reſtituitur, eligi poſſe à debitore vel ab ipſo creditore, item eligi poſſe imprudenter aut prudenter.

Quæres 1. An Petrus qui miſit Paulo rem ipſi debitam ex delicto, ad reſtitutionem iterum teneatur, ſi res caſu aut nuntij malitiâ pereat antequam ad Paulum peruenerit? R. Affirmatiuè niſi Paulus ipſe nuntium elegiſſet ac Petro indicaſſet. Dico 1. Teneri iterùm ad reſtitutionem, quod æquum non ſit Paulum accipere damnum ob Petri delictum, quod verè fuit cauſa efficax talis damni. Dixi 2. niſi Paulus, &c. quia nuntius à creditore ipſo electus, vna & eadem perſona cenſetur cum ipſo creditore, cumque iuxta commune dictum res domino pereat, in iſto caſu Paulo creditori perire debet, ideòque Petrus à reſtitutionis onere liber erit.

Quæres 2. An Petrus qui centum num-

mos à ſe olim ſurreptos, tradidit ſuo confeſſario vt illos domino reddat, quod ſine infamia per ſeipſum exequi non poteſt, ad reſtitutionem iterùm teneatur, ſi Confeſſarius eos retineat, vel illi aliquis furetur?

R. 1. Affirmatiuè iuxta communem Doctorum ſententiam, quia vel illi nummi ſunt iidem in ſpecie quos Petrus Paulo furatus erat, vel non, ſi primum dicas, tenetur Petrus ad reſtitutionem cum ſuo furto cauſa efficax damni alterius fuerit, ſi ſecundum cenſentur nummi Petro eorum domino periiſſe, nam ſupponimus Paulum eos nondum accepiſſe, cum ex dictis res pereat domino ſuo.

R. 2. Eſſe tamen auctores qui hoc negent. Cum enim Petrus per ſeipſum reſtituere non poſſit, quia nemo ſe prodere & infamare tenetur, vt patet, cenſetur Paulus conſenſiſſe aut ſaltem debuiſſe conſentire, vt Petrus nummos Confeſſario traderet, ſi quidem non eſt credibile tutiorem eo nuntium reperiri poſſe. Atqui debitor vt ſuperiori numero diximus, cum ipſi creditor nuntium aſſignauit, non tenetur iterum reſtituere ſi res apud nuntium fortuitò vel culpâ eius perierit, ergo neque in iſto caſu, quia Confeſſarius videtur locum tenere nuntij à creditore indicati.

Quæres 3. An Petrus qui miſit ad Paulum rem illi debitam in ſpecie ex aliquo contractu, v. g. ſupellectilem pignori datam vel depoſitam, teneatur ad reſtitutionem, ſi

Digitized by Google

ea caſu vel nuntij culpâ perierit.

Diſtinguo, & dico 1. ſi Paulus nuntium Petro aſſignauerit, non teneri Petrum ad vllam reſtitutionem, quia ex dictis num. 1. creditor & nuntius ab ipſo aſſignatus, vna & eadem perſona cenſentur, ideòque ſi Petrus nuntio reſtituerit, ipſi Paulo reſtituiſſe cenſetur.

Dico 2. quamuis Paulus non indicauerit nuntium Petro, ſi tamen Petrus eum prudenter elegerit, hominem ſcilicet cuius in multis aliis fidelitatem expertus erat, Petrum non teneri ad reſtitutionem, quia res domino ſuo perit, cum nulla interceſſit culpa illius qui eam mittit.

Dico 3. Petrum qui nuntium imprudenter elegit, puta hominem ſibi ante ignotum, &c. tunc ad reſtitutionem ob ſuam imprudentiam obligari. Quænam verò imprudentia aut negligentia ſecum reſtitutionis onus in his & pluribus eiuſmodi caſibus trahat, videbitur in materia contractuum.

Digitized by Google

LECTIO XXXIX.

An cum pluribus reſtituendum eſt, nec omnibus ſatisfieri poteſt, ille creditor aliis præferri debeat, cuius res habetur in ſpecie.

QVÆRES 1. An Petrus vector qui iamdiu eſt in ære multorum quibus ſoluendo non eſt, prius ſoluere Paulo teneatur à quo nuper viginti nummis equum creditò emit?

R. 1. Si equus adhuc extet apud Petrum, debere ipſum iuxtà probabiliorem ſententiam præferre Paulum aliis creditoribus. Quia 1. naturalis æquitas poſtulat vt equus ille, quem creditò Paulus vendidit Petro, quique adhuc apud ipſum Petrum extat, eidem Paulo vel ſaltem illius pretium reſtituatur, duriſſimum enim foret ſi, vt Petrus equum creditò emit, anterior aliquis Petri creditor eum vindicaret, cumque Petrus ſoluendo non ſit, Paulus debitum ſuum, id eſt pretium equi adhuc extantis, nec à Petro alienati vt ſupponimus, amitteret. 2. quia licet Paulus dominium equi per venditionem tranſtulerit in Petrum, eâ tamen conditione hoc feciſſe cenſetur, vt, ſi pretium non accipiat, reſeruet ſibi recurſum ad equum ſuum. 3. Paulus in eumdem equum ſaltem imperfectam aliquam & incohatam

hypothecam habere creditur.

R. 2. Petrum qui non habet equum in ſpecie, tametſi æquiualenter habeat, quod v.g. cum vendiderit aut permutauerit, non debere Paulum in eo caſu prioribus ſuis creditoribus præferre. Quia cum equus non amplius extet apud Petrum, eiuſque dominium iam Petrus amiſerit, pecunia ex illius venditione profecta vel res cum illo permutata non cenſentur obligata Paulo.

Quæres 2. An Petrus qui creditò emit à Ioanne ſextarium tritici, eumque decem ſuis tritici ſextariis admiſcuit, cum plures habeat creditores nec omnibus ſoluendo ſit, an inquam, Ioannem præferre prioribus, eique primum de aceruo illo ſatisfacere debeat? R. Affirmatiuè, nam licet emptum à Ioanne triticum non videatur extare in ſpecie, vtpote cum tritico Petri confuſum, attamen cum ſextarius Ioannis in aceruo illo contineatur, æquitati magis conſentaneum eſt vt Ioannes ante alios Petri creditores inde ſextarium capiat. Hæc probabilior opinio videtur.

Digitized by Google

LECTIO XL.

An ſi omnibus creditoribus ſatisfieri non poſſit, creditor ex delicto, creditori ex oneroſo contractu, aut creditor ex oneroſo contractu, creditori ex contractu gratuito præferendus ſit.

QVAERES 1. *Quid in iſto caſu agendum ſit.* Petrus intulit Paulo damnum quod nummis centum æſtimatur, eandemque ſummam Ioanni ex contractu oneroſo, puta emptione aut mutuo debet, vtrique tamen ſatisfacere non poteſt cum v. g. quinquaginta dumtaxat nummos in bonis habeat, quæritur, an Paulo potius quàm Ioanni quinquaginta illos nummos ſoluere teneatur? R. Iuxta probabiliorem ſententiam neutrum eorum alteri præferendum eſſe, ſed vtrumque habere ius æquale, ideóque Petrum debere partiri ex æquo nummos quinquaginta, & mediam partem ſoluere vnicuique creditori. Quod ſi duobus illis creditoribus, inæqualis ſummæ debitor fuerit, vnicuique pro ratâ debiti parte ſoluet, horum omnium ratio eſt. 1. Quod bona Petri non videantur vni plus quam alteri obligata. 2. Iure naturæ aut poſitiuo non caueatur res ex delicto ſeu iniuſtitiæ peccato debitas, prius eſſe ſoluendas iis quæ ex contractu oneroſo debentur, aut vice verſa.

Digitized by Google

Quæres 2. Quid verò fiet, ſi Petrus Ioanni debitor ſit ex oneroſo contractu, puta ſi quid ab eo creditò emerit, Paulo autem ex gratuito contractu, quod v. g. ei rem promiſerit?

R. Petrum teneri prius Ioanni ſatisfacere, cui debet ex oneroſo contractu. 1. quia licet ptomiſſio ſit ſpecies aliqua contractus, non tamen ita ſtrictè vt contractus oneroſus obligare cenſetur. 2. Promiſſio cum hac tacitâ conditione facta putatur, vt nullam obligationem inducat, niſi quatenus rationi conſentaneum fuerit, ſed patet non eſſe conſentaneum rationi vt obliget in iſto caſu.

LECTIO XLI.

An cum omnibus creditoribus ſatisfieri non poteſt, reales ſint perſonalibus præferendi.

QVAERES 1. Quinam ſint reales creditores? R. Quibus debitoris bona obligantur, ſiue 1. hypothecâ generali, cum videlicet omnia bona obligantur, ſiue 2. ſpeciali, quando ſcilicet res aliqua particularis obligatur v.g pratum, fundus, &c. ſiue 3. hypothecâ tacitâ quæ à iure poſitiuo imponitur, etſi de illa contrahentes nullam fecerint mentionem. Hoc pacto bona mariti omnia pro dote vxoris obligantur.

Quæres 2. Vtrum is qui à debitore pig-

Digitized by Google

nus accepit v g. torquem aureum, ornatum gemmeum, & his ſimilia, dicendus ſit creditor realis? R. Affirmatiuè, nam pignus eſt quædam ſpecies hipothecæ.

*Q*uæres 3. quinam ſint creditores perſonales? R. Quibus debitor tantùm obligatus eſt, non verò ipſius bona. Vnde huiuſmodi creditores, habent actionem in perſonam, vt ſi quis alteri ex chirographo debeat.

Quæres 4. An reales creditores præferendi ſint perſonalibus, hoc eſt, an eis integrè ſoluendum ſit ante perſonales, cum bona debitoris non ſufficiunt in ſolutionem omnibus? R. Affirmatiuè iuxta iuris definitionem lege eos codice qui potiores in pignore, & communem Doctorum ſententiam.

*Q*uæres 5. quænam inter reales creditores præferendi ſint, cum bona debitoris non ſufficiunt ad ſatisfaciendum omnibus?

R. 1. Standum eſſe legibus Regni aut Prouinciæ, ſi quæ ſint.

R. 2. Harum legum defectu, ſtandum eſſe iuri communi quo cauetur, prærerquam in certis caſibus reales creditores quibus debitoris bona fuere prius obligata, preponendos eſſe aliis quorum poſterior eſt hypotheca, iuxta legem, qui prior eſt tempore, potior eſt iure.

Quæres 6. quinam ſint caſus in quibus reales creditores licet priores tempore non habent ius prælationis, hoc eſt priuilegium accipiendi ſolutionem ante alios, ſed eo priuilegio alij gaudent? R. Octo aſſignari,

1. Si quis fecerit moderatas expenſas ſepulturæ debitoris, vel eius teſtamenti aut bonorum inuentarij.

2. Cum dedit quis pecuniam mutuam ad reficiendam rem aliquam puta domum, &c.

3. Cum aliquis pecuniam credidit ad rem aliquam emendam.

Vel 4. ad vecturam mercium aut conductionem ædium vbi illæ ſint aſſeruandæ.

5. Cum alteri mutuam pecuniam dediſti, ad ſe inſtruendum ad militiam vt regi ac reipublicæ ſeruiat, vel ad ſe in bello ſuſtentandum.

6. Cum res pecunia pupilli empta eſt, nam ille qui mutuum dedit in hoc & prioribus quatuor caſibus habet ius accipiendi ſolutionem ante alios ex re quæ ſua pecunia refecta, empta vel ſeruata fuit.

7. Quando contraxit aliquis cum fiſco, vt v. g. receptores & quorum bona regi obligata cenſentur cum priuilegio prælationis.

8. Cum agitur de vxoris dote.

Quæres 7. Vtrum detur ius prælationis inter creditores perſonales?

R. Probabilius eſſe non dari ac proinde illos qui priores ſunt tempore non eſſe poſterioribus præferendos. Ratio eſt quod prædicta iuris regula, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, ſolùm intelligatur de realibus creditoribus.

Excipiendi tamen ſunt quidam caſus inuſitati, quos ideò prætermittimus, quique apud auctores videri poſſunt.

Digitized by Google

Hinc verò colliges, cum pluribus creditoribus perſonalibus erit ſatisfaciendum, pro rata debiti parte, ſingulis reſtituendum eſſe, vt in pari caſu diximus lect. 40. n. 1.

LECTIO XLII.

An creditores, cum debitor non eſt omnibus ſoluendo, poſſint exigere ſolutionem ante alios, & ipſis debitor ſoluere poſſit.

QVAERES 1. An creditor perſonalis, cum debitor non eſt omnibus ſoluendo, poſſit curare ſibi ſolutionem fieri ante reales creditores? R. Negatiuè 1. quia non habet priuilegium prælationis contra illos, ſed potiùs illi contra ipſum. 2. bona debitoris ſunt hypothecata, creditoribus realibus, non autem prædicto creditori perſonali: vnde ſequitur perſonalem creditorem teneri ad reſtitutionem, ſi curauerit ſibi ſolutionem fieri ante reales creditores.

Quæres 2. An realis creditor qui habet poſteriorem hypothecam poſſit curare ſibi ſolutionem ante illum qui habet priorem? R. Citrà iniuriam non poſſe, vt auctores docent.

Quæres 3. An creditor perſonalis tempore poſterior, curare ſibi ſolutionem poſſit ante alium perſonalem tempore priorem, Petrus v. g. præterito anno centum nummos per ſyngrapham Paulo credidit, & quadrien-

nium eſt cum eidem Ioannes per ſyngrapham quoque totidem nummos crediderat: Pauli autem fortunæ centum nummis omninò conſtant ; quæritur an Petrus curare ſibi ſolutionem poſſit, quamuis hoc fieri ſciat cum damno Ioannis ? R. Affirmatiuè quia diligentia meliorem facit illius conditionem iuxta legem pupillis ff. quæ in fraudem creditorum.

Quæres 4. An idem Paulus debitori, qui cum nouerit ſe Petro & Ioanni ſoluendo non eſſe, Petro id non requirenti pro ſuâ in eum beneuolentiâ ſatisfecit, an inquam Paulus peccet ac Petrus reſtituere teneatur.

R. 1. Paulum peccare, nam Ioanni facit iniuriam.

R. 2. Petrum non teneri ad reſtitutionem iuxta probabiliorem ſententiam, quamuis ſciret Paulum ſibi & Ioanni ſoluendo non eſſe. 1. quia non accipit à Paulo rem Ioanni obligatam. 2. accipiens rem ſibi debitam vtitur iure ſuo.

Quæres 5. An creditor qui omnibus ſoluendo non eſt poſſit egenis creditoribus perſonalibus ſoluere cum damno diuitum?

R. Duas eſſe opiniones, affirmatiuam tuetur S. Thomas; negatiuam plures neoterici Doctores tenent, quia cum omnes creditores perſonales ius æquale habeant, pro ratâ illis reſtituendum eſt, caſum tamen extremæ aut grauis neceſſitatis excipiunt, ſi enim tunc eos debitor præferat, non erit cur diuites conquerantur.

Digitized by Google

LECTIO XLIII.

An oporteat quamprimum reſtituere.

QVAERES 1. Tenemurnè quamprimum rem alienam reſtituere vel damnum illatum reparare?

Reſpondeo, ita quamprimum rationabiliter poteris. Quia obligatio reſtitutionis oritur ex præcepto negatiuo quo rei alienæ retentio prohibetur, ſed alibi diximus præcepta negatiua obligare ſemper & pro ſemper, ergo quamprimum poteris debes reſtituere, quod tamen moraliter intelligendum eſt, nec enim, verbi gratia, teneris ſtatim electo vel mensâ ſurgere, cum recordaris te alicui feciſſe iniuriam, niſi propter aliquam circunſtantiam is cui reſtituere debes, damnum ex dilatione pateretur.

Quæres 2. Pluriumuè peccatorum an vnius dumtaxat reus eſt, qui per longum tempus non reſtituit?

R. 1. Probabilius eſſe illum toties multiplicare peccatum, quoties moraliter interrumpit voluntatem non reſtituendi vt infertur ex dictis in tractatu de peccatis l. 6. & 7.

R. 2. Sufficere Confeſſario vt petat à pœnitente quanto tempore bonum alienum retinuerit, quia l. ſi vellet quamlibet interruptionem moralem expendere ſe plurimum

intricaret. 2. ita ſufficiens habetur notitia ſtatus conſcientiæ pœnitentis.

Quæres 3. Teneturnè Confeſſarius negare abſolutionem pœnitenti qui reſtituere debet ac poteſt?

R. 1. Si pœnitens qui reſtituere poteſt hic & nunc, velit reſtitutionem differre vſque ad mortem, & ſuis hæredibus eam teſtamento iniungere, vel ſi partem tantùm reſtitutionis velit implere cum totam poſſit, vel ſi conſtet Confeſſario eum non reſtituturum, quamuis id polliceatur.

R. Inquam tunc temporis pœnitentem abſolutione indignum eſſe, quia in duobus primis caſibus nullam habet contritionem, eâque in vltimo carere veriſimile eſt.

R. 2. In rigore poſſe Confeſſarium abſoluere pœnitentem antequam reſtituerit, quamuis hoc aliquoties pollicitus non ſteterit promiſſis, modò Confeſſarius iudicet nunc reſtituturum. Fateor tamen id non carere periculo, & ideo conſulendum eſſe Confeſſario vt neget abſolutionem omni pœnitenti qui verè poteſt hic & nunc reſtituere, quia 1. experientia docet fere neminem reſtituere quod cum ratione præſumas ex defectu legitimæ contritionis oriri. 2. eiuſmodi pœnitens non minùs videtur in proxima peccandi occaſione conſtitutus quàm ille qui domi retinet concubinam, ſed iſtum nullus prudens confeſſarius abſolueret, ergo nec alium in pari periculo verſantem.

Digitized by Google

LECTIO XLIV.

In quo caſu poſſit aut debeat reſtitutio differri.

QVAERES I. An differenda ſit reſtitutio quæ damnum ſpirituale, vel temporale rei domino afferret?

R. 1. Cum imminet ſpirituale vel temporale damnum illius cui reſtituendum eſt, puta ſi conſtet eum pecuniâ, vel in ludos aut libidines &c. abuſurum charitas exigit vt reſtitutio aliquo tempore differatur modò noueris dilationem profuturam, nec ideò graue damnum incurras, quia 1. tenemur ſpirituale ac temporale proximi commodum promouere iuxta dictum Eccleſ. c. 17. v. 12. 2. quia reſtitutio tendit in bonum non in damnum creditoris, dixi 1. modo noueris, &c. aliàs enim non eſſet locus exercendæ charitati. Dixi etiam, nec ideò &c. nam ſi vllum tibi graue damnum immineat ex illa dilatione iam chatitas obligare deſinit.

R. 2. Longè probabilius videri ſi creditor in hoc caſu rem ſibi debitam exigat eam illi ex iuſtitia reſtituendam eſſe, ſecus ſi non exigat, quia 1. ius habet exigendi rem ſuam, ergo fit illi iniuria eum ipſo inuito detinetur. 2. quia creditore rem ſuam exigente non poteſt debitor vllo vero charitatis pretextu excuſari, tunc enim dilatio ſo-

lutionis fere nunquam moraliter eſt profe-ctura, & aliunde ſæpius contingere poſſet vt hinc ſumeretur occaſio nunquam illi re-ſtituendi, ſi ponamus hominem in plura vitia ſuis facultatibus abuti ſolitum quod abſurdiſſimum foret. Dixi ſecus &c. nam debitor qui reſtitutionem læſuram credito-ri differt, non eſt in illum iniurioſus ſi eam ille non exigat.

Quæres 2. Debetnè res aliena reſtitui, cum conſtat eâ creditorem alteri nociturum?

R. Non debet, imo reſtituens grauiter peccaret non ſolum contra charitatem, vt omnes Doctores fatentur, ſed etiam contra iuſtitiam ex communiori probabiliori ſen-tentiâ; niſi reſtituat ad vitandum graue damnum, quod alioqui ſubiret: nam in hoc caſu reus eſſet, perinde ac qui daret inſtru-mentum, vel ad furandum, vel aliud dam-num inferendum, qui ex dictis l. 28. tenere-tur ad reſtitutionem. Dixi niſi reſtituat, &c. quia reſtitutio rei alienæ non eſt actio de ſe mala, vnde fieri poteſt vt graue damnum euitetur; ita diximus in eadem lectione ali-quem poſſe admouere ſcalam, vel aliquod inſtrumentum porrigere latroni qui mortem vel aliud graue damnum ipſi minatur.

Lectio

Digitized by Google

LECTIO XLV.

An ille differre poſſit reſtitutionem qui ſine graui ſuo damno reſtituere nequit.

QVÆRES 1. Quot modis poſſit damnum incurrere qui tenetur ad aliquam reſtitutionem?

R. Tribus iuxta triplex bonorum genus quæ in tres veluti claſſes diſtinguntur, nempe ſupremam mediam, & infimam. In 1. & ſupremâ ſunt vita, libertas, ſanitas, membra. In 2. ſeu mediâ, honor & fama. In 3. & infimâ bona temporalia, vt pecunia, prædia, domus.

Quæres 2. poteſt ne differre reſtitutionem qui reſtituere nequit, ſine graui damno ſuarum rerum temporalium?

R. Poteſt: tunc enim creditor non poteſt rationabiliter queri de ſolutionis dilatione, ſed quid vocas in hac materia graue damnum.

R. Illud ex duplici notâ deprehendi poſſe. 1. eſt ſi, Petrus v.g. reſtituere non poſſit niſi vendat prædia, domos, &c. viliſſimo pretio, v.g. 100. nummis cum tamen 200. æſtimentur. 2. eſt ſi non poſſit aliter reſtituere quam inſtrumenta ſuæ artis vendendo vnde vitam ſuſtentat, aut lectum, vel alia eiuſmodi.

Quæres 3. quid ſi creditor damnum patiatur ex eiuſmodi dilatione?

N

R. 1. Si paſſurus eſt æquale damnum, tenetur debitor reſtituere, nam in æquali vtriuſque damno melior eſſe debet conditio creditoris.

R. 2. Si debitoris damnum futurum ſit longè grauius, puta duplo maius, damno creditoris, poteſt debitor in hoc caſu reſtitutionem, differre ob eandem rationem quæ ſuperius quæſtione 2. numeri præcedentis allata eſt.

Dices, ſed in hoc caſu non tenebitur debitor ad reſtitutionem damni quod ex ſolutionis dilatione patitur creditor.

R. 1. Debitor ex delicto, qui v.g. rem alterius iniuſtè accepit, vel ei damnum intulit. Tenetur reſtituere creditori lucrum ceſſans, & damnum emergens quod ex ſolutionis dilatione patitur, cum ſit illius cauſa efficax iniuſta.

R. 2. Si de debitore ex contractu agatur diſtinguendum eſt, nam 1. ſi habeat vnde ſoluat differatque tantum reſtitutionem ob graue damnum quod alioqui ſubiret, ſi v.g. cogantur vendere centum nummis prædium quod æſtimatur ducentis vt centum nummos à ſe debitos ſolueret, teneretur ex communi & probabiliori ſententia lucrum ceſſans, vel damnum emergens creditoris compenſare: nam æquum non eſt vt hoc damnum creditor patiatur. 2. ſi aliter creditori ſatisfacere non poſſit quam in extremam neceſſitatem incidendo, nec lucrum ceſſans, nec damnum emergens reſtituere tenetur, quia non cenſetur huius dilationis reus in eo caſu.

Digitized by Google

LECTIO XLVI.

An reſtitutio differri poſſit quando fieri nequit ſine iactura bonorum ſecundæ claſſis honoris videlicet ac famæ.

QVÆRES 1. An reſtitutio differri queat, ſi fieri non poſſit abſque iactura bonorum ſecundæ claſſis, Honoris & famæ?

R. Affirmatiuè, quia creditor non poteſt rationabiliter exigere vt ſibi fiat reſtitutio bonorum temporalium quæ bona fortunæ vocant, cum iacturâ honoris ac famæ quæ ſunt boná ordinis ſuperioris. Vnde ſequitur coniugatam quæ filium ex adulterio genuit, non teneri ſe prodere marito vt illum ab eius ſucceſſione in gratiam filiorum legitimorum prohibeat, ſed tantũ bona ſua paraphernalia filiis legitimis dare, vel ſi bonus huiuſmodi careat, inducere maritum vt eos præ iſto commodis augeat.

Quæres 2. poteſtne reſtitutionem differre qui reſtituere non poteſt niſi è ſuo ſtatu excidat. Vt clarè huic difficultati reſpondeam, obſeruo tria.

1. Poſſe aliquem eſſe in aliquo ſtatu 2. modis 1. natalibus vt ſunt viri nobiles ac alij qui habent dignitates quibus ipſorum familia longo tempore potita eſt 2. induſtriâ quæ ſe ad aliquam dignitatem è gradu in-

Digitized by Google

feriori euexit.

Obſeruo 2. aliquem ſe induſtriâ euehere poſſe vel iuſtè vel iniuſtè, puta vſuris, furtis, &c.

Obſeruo 3. eum qui ſe iniuſte prouexit, hoc feciſſe vel modis iniuſtis qui ſint publice noti, puta ſi homines viderint, aut nouerint eius illicita lucra, vel iniuſtis ſed tamen incognitis ac ſecretis, puta ſi clam furatus fuerit.

Iam dico virum genere illuſtrem, vel qui lucris licitis ad aliquem honoris gradum aſcendit non teneri ſe illo ſtatu abdicare ad reſtituendum v. g. nobilem non adſtringi ſe famulis equis & ſimilibus priuare ita vt non amplius audeat inter alios nobiles verſari: nec ciuem alicuius vrbis honorabilem teneri ad eum ſe ſtatum redigere vt ad vitam ſuſtentandam cogatur vilem aliquam artem exercere. Ratio eſt quia creditores non poſſunt rationaliter exigere hæc à debitore, quippe quæ cederent in eius famæ ruinam vel ſaltem illi grauiter officerent.

Dices hæc ratio videtur legitima cum debitor citra ſuam culpam æs alienum contraxit non autem ſi furto, ludis, ebrietatibus, nimiis ſumptibus, &c.

R. Probabilius eſſe neque in his caſibus teneri debitorem è ſuo ſtatu excidere ad reſtituendum; teneri tamen minuere quantum ſine indulgentiâ poterit, ſumptus veſtium, menſæ, equorum & item numerum famulorum.

Digitized by Google

2. Accipere à confeſſario vel alio viro prudente ac docto iuſtam aliquam ſui victus & comitatus rationem.

3. Et quidquid inde ſuper erit paulatim ſolutioni debitorum impendere.

Quæres 3. ſed quid de illo dicis qui ad aliquam dignitatem modis illicitis aſcendit.

Reſpondeo cum diſtinctione nam ſi hoc publicum fuerit, tenetur indubie ſe illo ſtatu abdicare quia. 1. Tantum abeſt vt ita ſuæ famæ noceat, quin potius optime conſulet. 2. Non excidit è ſuo ſtatu ſi exactè loquamur, ſed tantum ad ſuum priorem ſtatum redit.

Sin autem ipſius ſtatus iuſtè acquiſitus putetur, non tenetur eum deſerere ſed tantum reſtituere parſimoniis numero ſuperiori notatis, ſi non poſſit reſtituere ſine honoris iactura: quod vt numero. 1. Dictum eſt nemo teneatur bona fortunæ reſtituere cum honoris diſpendio qui eſt bonum ordinis ſuperioris. Dixi ſi non poſſit, &c. vt rem magni momenti obſeruarem, nimirum hanc impotentiam reſtituendi non niſi rarò contingere quia ille de quo agimus poteſt varia præterire ad ſe abdicandum v. g. Senatoriâ dignitate, &c. quam emit pecuniâ ſublatâ & ita vitare infamiam, puta ſi dicat ſe munus ſuum dimittere, vel quia parum lucri affert, vel ob onera à rege impoſita, vel quia ſtipendia, furto minime ſoluuntur: aut quia timet ſe illud tuta conſcientia obire non poſſe, demum quia ſanitati ſuæ conſulere cupit nam liceret in eo caſu æquiuocatione vti.

LECTIO XLVII.

An differri poſſit reſtitutio propter ceſſionem bonorum vbi quædam alia huc pertinentia tractantur.

QVAERES 1. An ille qui ceſſit bonis iuſte reſtitutionem differre queat.

R. Affirmatiue propter impotentiam reſtituendi, ſi tamen ille qui bonis ceſſit, poſtea diues fiat, reſtituere tenetur: quia reſtitutionis obligatio non fuit extincta per bonorum ceſſionem, ſed tantum ſuſpenſa & vt ita dicam ſopita.

Dices. 1. ſi verò bonis ceſſerit modo ignominioſo vt in quibuſdam locis fieri ſolet.

R. Multo probabilius eſſe teneri ad reſtitutionem cum ad pinguiorem fortunum redierit, quia primò modus ille ignominioſus cedendi bonis, fuit dumtaxat pœna culpæ quam commiſiſſe præſumitur mutuando, cum tamen præuideret ſe non fore parem ſoluendo: ſecundò neque extinxit naturalem obligationem quá erga creditores tenetur.

Quæres 2. An ille qui cogitur cedere bonis ſuis, poſſit aliquid clam retinere ad ſuam ſuſtentationem?

R. Poteſt ea ſibi retinere quæ ſunt pror-

ſus neceſſaria, vt ſe ſuoſque iuxta proprium ſtatum moderatè ſuſtentet. Ratio eſt quia non tenetur reſtituere cum tam grani incommodo vt nihil ſibi retineat ad qualemcumque ſuſtentationem : accedit ipſius creditores de hoc quæri iuſtè non poſſe.

LECTIO XLVIII.

De cauſis ob quas reſtitutio poteſt obmitti, ac primo de præſcriptione.

QVÆRES 1. Quænam ſint cauſæ ob quas reſtitutio prętermitti poteſt? R. Quinque nimirum 1. legitima præſcriptio. 2. compoſitio. 3. remiſſio ſeu condonatio creditoris. 4. Iuſta & occulta compenſatie 5. Omne genus impotentiæ ad quam reducitur ignorantia.

Quæres 2. Excuſat ne legitima præſcriptio à reſtitutione ?

R. Excuſat in vtroque foro iuxta probabiliorem ſententiam, vt patet ex iure canonico titulo de præſcriptionibus, & communiori Doctorum ſenſu licet aliqui refragentur, ius autem rectè ita definiuit ne lites eſſent perpetuæ rerumque dominia ſemper incerta.

Quæres 3. quid ſit præſcriptio ?

R. Cum acquiritur dominium rei alienæ continuâ bonæ fidei poſſeſſione per tempus à iure definitum explicatur. Dictum eſt im-

primis poſſeſſione, quia rem præſcribere non potes quâ non frueris vt poſſeſſor, puta rem depoſitam vel conductam &c. 2. quia præſcribere non potes ſi careas facultate actiuâ poſſidendi, vt reipſa carent religioſi profeſſi propter votum paupertatis, vel ſi res illa præſcribi non poſſit qualia ſunt Eccleſiæ iura.

Dixi 2. poſſeſſione continuâ, quia præſcriptio impeditur per poſſeſſionis interruptionem, v.g. ſi de alicuius rei poſſeſſione cum alio controuerſiam habeat.

Dixi 3. poſſeſſione bonæ fidei, quia poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribere poteſt.

Dices, præſcribit ne ſucceſſor qui rem bona fide poſſedit quæ ab ipſius deceſſore malâ fide poſſidebatur.

R. Cum diſtinctione, nam 1. hæres vniuerſalis rem non poteſt validè præſcribere, iuxta communiorem & probabiliorem ſententiam ratio eſt, quia ex iure ciuili cenſetur vna & eadem perſona cum teſtatore, ac proinde mala fides iſtius ad ipſum tranſit, atqui teſtator ob malam fidem præſcribere non poterat, ergo nec hæres poterit. 2. ſucceſſor particularis vt legatarius, emptor, iuxta Doctorum ſententiam præſcribere poteſt, quia mala fides poſſeſſoris non tranſit, vt aiunt Iuriſconſulti ad ſucceſſorem particularem.

Dixi 4. per tempus, &c. vt duo indicarem 1. iuxta leges tempus præſcriptioni nunquam currere contra pupillos. 2. paſſim

requiri triennium ad præſcriptionem rerum mobilium quam vſucapionem vocant: immobilium verò triginta annos. Dixi paſſim, quia interdum plus minuſve temporis requiritur quod Iureconſulti diſcutiant.

LECTIO XLIX.

Vtrum compoſitio & remiſſio creditoris à reſtitutione liberent.

QVæres 1. quid ſit compoſitio?

R. Cum aliquis habens bona incerta, i. eſt quorum dominus ignoratur, vel ex delicto i. peccato iniuſtitiæ acquiſita, vel ex contractu, aut alia ratione, illorum donationem à ſede Apoſtolicâ obtinet.

Quæres 2. Excuſatur ne à reſtitutione qui eiuſmodi compoſitionem obtinuit?

R. Excuſari modo falſum Papæ non expoſuerit: quia Papa eſt ſupremus diſpenſator bonorum incertorum, ideòque de illis iuxta ſuam prudentiam diſponere poteſt, cum hæc bona pauperibus non debeantur iure naturali, ſed ſolum iure poſitiuo, in quo pontifex ad libitum diſpenſare poteſt, dixi modo, &c. tunc enim non cenſeretur Pontifex voluiſſe componere: quædam alia huc ſpectantia dicemus tract. ſeq. de reſtitutione in particulari l. 4. n. 3.

Quæres 3. An remiſſio ſeu condonatio creditoris excuſet à reſtitutione?

R. Ita modo 1. liberè fiat. 2. à iure non ſit vetita. Dixi 1. excuſare quia ex vulgari effato volenti non fit iniuria, vnde ſi creditor velit debitum remittere, liber eſt debitor à reſtitutionis obligatione.

Dixi 2. modo hæc donatio ſit plane libera, ſecus enim valida non eſt vt infra explicabimus.

Dixi 3. modo à iure vetita non ſit, tunc enim irrita eſt, vetuit autem illam ius in quibuſdam caſibus quos quia rarò accidunt, prætermittimus, vide Leſſium l. 2. c. 16. d. 2. num. 37.

*Q*uæres 4. quandonam cenſetur donatio inuoluntaria.

R. In quatuor caſibus nimirum ſi adſit 1. ignorantia. 2. violentia. 3. metus, 4. fraus vel mendacium.

Quæres 5. quandonam ignorantia donum inuoluntarium efficiat?

R. Cum creditor neſcit quid donet ac donum longè maius eſt quam ipſe putet v. g. ſi famulus qui mille nummos hero ſurripuit, aliquod ſibi debitum remitti roget, quod herus aliud eſſe putans reipſa condonat.

quæres 6. In quo caſu cenſeatur donatio violenter extorta?

R. Id duobus modis poſſe contingere. 1. ſi mercator vel artifex viro nobili, aut graui authoritate mutuauerit, ſæpiuſque rogata ſolutione ac variis moleſtiis toleratis debitor ſe ſoluturum promittat modo ipſi pars debiti remittatur, nam in eo caſu creditor cenſetur inuitus remittere.

2. Si debitor vt eam remiſſionem obtineat precibus valde importunis vtatur, ita vt creditor non ſponte condonet, ſed potius vt ſe ab huiuſmodi præcibus liberet, tunc enim probabilius eſt donum irritum eſſe, ac proinde non liberare debitorem á reſtitutione.

LECTIO L.

De condonatione reſtitutionis metu vel fraude obtentâ.

QVAERES 1. Eſtne liber á reſtitutionis obligatione qui metu condonationem extorſit?

R. Nequaquam ſiue metus directè vel indirectè incuſſus, ſiue grauis aut leuis fuerit ſiue etiam reuerentialis qui à ſuperioribus magnæ authoritatis incutitur, quia tunc donatio debitori facta à creditore non cenſetur omninò libera proindéque non eſt valida. Vnde colligitur 1. nullam fore partialis debiti donationem ſi eam debitor per ſe, vel per alium à creditore petierit minans directè vel indirectè ipſum alias debitum integrum amiſſurum, vel grauem iniuriam accepturum, vel moleſtiſſimam litem ſubiturum, &c. ſi verò humilibus tantum precibus remiſſionem obtinuiſſet ea valida foret.

Colligitur 2. Petrum v. g. qui à Paulo debitore ſuo rem viliori prætio emit, vel vſuras accepit, cenſeri paſſim extorſiſſe condo-

Digitized by Google

nationem indirectè per metum à Paulo, niſi expreſsè teſtatus fuerit de nullâ ipſi moleſtiâ inferendâ pro debiti ſolutione.

Quæres 2. An condonatio fraude obtenta excuſet à reſtitutiotione?

R. Negatiuè, quia creditor in hoc caſu non remittit libenter: v. g. cum debitor vt mentem creditoris miſeratione permoueat, fingit ſe pauperiorem eſſe quam ſit.

LECTIO LI.

De argumento eodem.

QVAERES I. An excuſetur à reſtitutione qui ſine ignorantia, vi, metu, ac fraude condonationem obtinuit, ſed tamen apud ſe decreuerat non reſtituere, ſi ei remiſſio negaretur?

R. Ita quia cum agitur de condonatione debiti, ſolum attendenda eſt creditoris voluntas, quæ modo libera ſit, nihil obſtat iniqua debitoris voluntas; obſerua tamen debitorem teneri ad illam voluntatem in confeſſione declarandam.

Quæres 2. quomodo ſe geret debitor qui remiſſionem debiti petere cupit?

R. Tria debet obſeruare.

1. Curet vt abſit omnis ignorantia, vis, metus ac fraus de quibus actum eſt.

2. Curet etiam imprimis vt omnem metus vmbram ab animo debitoris expellat:

Digitized by Google

nam v.g. ſi Petrus cui Paulus ære alieno aſtringitur, ab eo ſupra mille aureorum ſortem aliquid per decem annos acceperit, certum eſt Paulum non auſurum ipſi remiſſionem fœnoris denegare ne ad integram ſortis ſolutionem compellatur, quam reddere modò non poteſt: quare Petrus deberet polliceri Paulo ſe non illum ad ſolutionem ſortis compulſurum.

3. Debet etiam Petrus ingenuè Paulo teſtari ſe paratum reſtituere debitum, vel de illo cuncta quæ iniuſtè accepit deducere, v.g. in noſtro caſu fœnus per decem annos acceptum.

Quæres 3. Sed nunquid eſſet neceſſarium, vt qui debiti ex delicto remiſſionem ſibi fieri cupit, præſentem pecuniam creditori offerret?

R. 1. Hoc quidem magis chriſtianæ rectitudini congruere, ideòque in praxi conſulendum.

R. 2. Illum tamen ad hoc in rigore non teneri iuxta communiorem Doctorum ſententiam qui conceptis terminis dicunt ad id non teneri debitorem.

Digitized by Google

LECTIO LII.

An licita ſit occulta compenſatio, & quomodo.

QVAERES 1. Licetnè vti occulta compenſatione, id eſt tantum ex bonis debitoris accipere, vel retinere quantum ille debet?

R. Illam vniuerſim loquendo non eſſe licitam idque ob triplicem rationem; nam 1. nemo ſibi iuſtitiam authoritate priuatâ reddere poteſt cum illud ad publicam ſpectet quæ in Magiſtratibus reſidet. 2. quia ille cui per occultam compenſationem res ſua ſurripitur iuſtam habet querendi rationem quod ſcilicet hoc fiat ipſo inſcio. 3. ita ſæpius debitori poteſt occaſio dari ſuſpicandi de vxore, liberis, famulis, &c. vnde grauia peccata oriri poſſunt v.g. iræ, blaſphemiæ, diſſentiones.

R. 2. Eſſe tamen licitam modo ſequentes conditiones habeat.

Quæres 2. Quænam ſint illæ conditiones?

R. 6. Afferri, prima eſt vt debitum ſit certum, ſecus enim non licet vti compenſatione: quia cum melior ſit conditio poſſeſſoris, ille qui rem alterius in hoc caſu acciperet, ex dictis in pari caſu lectione 6. n. 3. eſſet poſſeſſor malæ fidei.

2. Vt creditori debeatur ex iuſtitia non

autem ex gratitudine vel alia virtute : quia cum aliquis tibi debet ex gratitudine, v.g. ſi tibi fuerit ingratus, violat quidem huiuſmodi virtutem : nullam tamen facit iniuriam ; vnde non licet vti compenſatione, idem dices de aliis virtutibus exceptâ iuſtitiâ.

Vnde ſequitur 1. ſi Petrus multa dederit aut mutuauerit Paulo, non poſſe vti compenſatione, ſi Paulus ipſi rē mutuare aut dare nolit.

2. Sequitur Petrum, quia Paulo amico ſuo rogatus aliquò eius gratia ſe conferre, vel ius illius perſequi &c. libenter id ſe facturum abſque vlla mercede promiſit, non poſſe aliquid in compenſationem ex pecunia ſibi à Paulo tradita pro itineris aut litis expenſis retinere : quia cum teſtatus fuerit ſe velle hoc onus in gratiam Pauli, & ſolo amicitiæ titulo ſubire, non obſtringitur ei Paulus ex iuſtitia, ſed ex ſola gratitudine.

Tertia conditio eſt vt nihil ſupra debitum capias alioqui furtum committeres, vt patet.

4. Vt non poſſis in foro externo debiti ſolutionem obtinere ſaltem ſine magnis expenſis & grauibus incommodis.

5. Vt rem debitoris accipias non alterius apud ipſum depoſitam, v.g. &c.

6. Vt tria vitare ſtudeas. 1. ſcandalum proximi. 2. notam infamiæ. 3. periculum iuſtitiæ vindicatiuæ quæ te deprehenſum vt furem plecteret.

LECTIO LIII.

Vbi eadem materia tractatur.

QVÆRES 1. An ille qui fecit compenſationem ſine dictis conditionibus peccauerit & reſtituere teneatur?

R. 1. Peccaſſe.

R. 2. Teneri ad reſtitutionem in quatuor caſibus. 1. ſi debitum non erat liquidum quod eſt contra primam conditionem.

2. Si debitum non erat ex iuſtitia quod ſecundæ repugnat.

3. Si vltra debitum acceperit contra tertiam.

4. Si peccauerit contra quintam conditionem, rem non debitoris, ſed alterius quæ apud ipſum erat accipiendo; nam cum in his caſibus iuſtitiam commutatiuam læſerit, reſtituere tenetur: non verò ſi duas alias conditiones omiſerit, quia tunc iuſtitiam ſolùm legalem violauit.

Quæres 2. Ad quid vlterius teneamur facta iuſta compenſatione?

R. Teneri ex charitate, ſi abſque graui incommodo fieri poſſit, debitorem vel eius hæredes admonere nobis eſſe ſatisfactum, ne putantes ſe teneri ad reſtitutionem, in mala fide perſeuerent.

Quæres 3. An hoc genus compenſatio-

licitum eſſet, nimirum ſi debitor ſolue-
creditori ſui creditoris: Petrus v. g. de-
Ioanni centum nummos, & Ioannes
dem Paulo fratri, vel amico Petri, an
rus liber eſſet à reſtitutione ſi centum
mmos ſolueret Paulo?

1. Id non licere in foro externo.

2. Licere tamen in foro conſcientiæ,
a cum Petrus Paulo ſoluerit centum
nmos habet Pauli ius in Ioannem, &
o poteſt vti compenſatione reſpectu
nnis ac liberari debito centum nummo-
quo illi obſtringebatur.

3. In praxi ſedulò cauendum eſſe, vt
l ideò iuſtitiæ, vel charitati derogetur
neſque dictæ conditiones ad compenſa-
em licitam neceſſariæ obſeruentur.

LECTIO LIV.

m ignorantia & impotentia excuſent à reſtitutione.

VAERES 1. Quænam ignorantia ex-
cuſet à reſtitutione?
Ea quæ concomitans appellatur: qua-
ſſet iſta: Petrus v. g. venando fiſtulâ
riâ ferâm, vt quidem adhibitâ ſuffi-
i diligentiâ putabat, ſed reipſa laten-
eo loco inimicum occidit, ita tamen
oſitus erat habitualiter, vt ſi latere hic
inimicum ſciuiſſet illum ardentiore

ſtudio occidiſſet, ratio cur Petrus non teneatur ad reſtitutionem. Inde petitur quod feram non hominem occidere voluerit; imò addo quamuis Petrus actu diſpoſitus fuiſſet ad occiſionem inimici ſi loco feræ ibi eſſet, peccaſſe quidem mortaliter, ſed non teneri ad reſtitutionem, quia illud homicidium non prouenit ex eo prauo affectu, ſed ex voluntate occidendi feram.

Quæres 2. An impotentia excuſet à reſtitutione?

R. Affirmatiuè toto tempore quo durat cum nemo teneatur ad impoſſibile.

Quæres 3. Eſſetne moralis impotentia excuſans à reſtitutione, ſi aliquis non poſſet reſtituere ſine expenſis duplo maioribus ipſo debito?

R. Tres eſſe Doctorum ſententias 1. negat hic adeſſe moralem impotentiam, ac proinde teneri debitorem reſtituere quamuis expenſis quadruplo maioribus ipſo debito.

2. Dicit non eſſe obligationem reſtituendi, ſi impenſæ forent duplo maiores debito, puta ſi quis furatus eſſet in germania 100. libras, nec iam reſtituere poſſit ſine impenſis 200. librarum quæ itineri conficiendo neceſſariæ ſunt, neque vlla alia ſuppeteret ratio, qua huiuſmodi ſumma in germaniam deferatur, quia creditor non poteſt velle rationabiliter vt ſibi reſtituatur cum tanto debitoris damno.

3. Opinio ſecundam hac conditione modificat, ſi nimirum res de qua agitur non ſi

ıagni momenti. Dices ergo iuxta duas poſteriores ſententias debitor liber eſſet ab bligatione reſtituendi.

R. Nequaquam, ſed tenetur iuxta illos ıthores pauperibus reſtituere in fauorem ıimæ creditoris, quia hæc cenſetur eſſe illıs voluntas.

TRACTATVS XII.

e reſtitutione in particulari.

LECTIO I.

De reſtitutione bonorum incertorum.

QVÆRES 1. *Quæ vocas bona incerta?*

R. Eorum tria eſſe genera, nam 1. alia nullum vnquam habuere dominum vt lapides ioſi qui latent in viſceribus terræ, mæ maris, metalla quæ ſunt in fodinis milia. 2. alia dominum quidem habue-ſed non habent nunc, vt theſauri tem-ımmenſo defoſſi. 3. alia verò dominum ent qui tamen ignoratur. Horum autem c tria ſunt genera, nam 1. quædam in-

ſtudio occidiſſet, ratio cur Petrus non teneatur ad reſtitutionem. Inde petitur quod feram non hominem occidere voluerit; imò addo quamuis Petrus actu diſpoſitus fuiſſet ad occiſionem inimici ſi loco feræ ibi eſſet, peccaſſe quidem mortaliter, ſed non teneri ad reſtitutionem, quia illud homicidium non prouenit ex eo prauo affectu, ſed ex voluntate occidendi feram.

Quæres 2. An impotentia excuſet à reſtitutione?

R. Affirmatiuè toto tempore quo durat cum nemo teneatur ad impoſſibile.

Quæres 3. Eſſetne moralis impotentia excuſans à reſtitutione, ſi aliquis non poſſet reſtituere ſine expenſis duplo maioribus ipſo debito?

R. Tres eſſe Doctorum ſententias 1. negat hic adeſſe moralem impotentiam, ac proinde teneri debitorem reſtituere quamuis expenſis quadruplo maioribus ipſo debito.

2. Dicit non eſſe obligationem reſtituendi, ſi impenſæ forent duplo maiores debito, puta ſi quis furatus eſſet in germania 100. libras, nec iam reſtituere poſſit ſine impenſis 200. librarum quæ itineri conficiendo neceſſariæ ſunt, neque vlla alia ſuppeteret ratio, qua huiuſmodi ſumma in germaniam deferatur, quia creditor non poteſt velle rationabiliter vt ſibi reſtituatur cum tanto debitoris damno.

3. Opinio ſecundam hac conditione modificat, ſi nimirum res de qua agitur non ſi

ıi momenti. Dices ergo iuxta duas poɔres ſententias debitor liber eſſet ab ;atione reſtituendi.

Nequaquam, ſed tenetur iuxta illos ores pauperibus reſtituere in fauorem ıæ creditoris, quia hæc cenſetur eſſe il- voluntas.

TRACTATVS XII.

restitutione in particulari.

LECTIO I.

De reſtitutione bonorum incertorum.

QVÆRES 1. *Quæ vocas bona incerta?*

R. Eorum tria eſſe genera, nam 1. alia nullum vnquam habuere dominum vt lapides :ioſi qui latent in viſceribus terræ, nmæ maris, metalla quæ ſunt in fodinis imilia. 2. alia dominum quidem habue- ſed non habent nunc, vt theſauri tem- e immenſo defoſſi. 3. alia verò dominum ɔent qui tamen ignoratur. Horum autem ıuc tria ſunt genera, nam 1. quædam in-

Digitized by Google

uenta fuere. 2. quædam alicui debentur ex iniuſta acceptione, v. g. quædam pecuniæ ſumma quam miles ab ignoto ruſtico violenter extorſit. 3, alia debentur ex contractu, Petrus v. g. conuenerat de prætio 20. nummorum pro equi emptione quem accepit, ſed tamen ei venditor ignotus eſt.

Quæres 2. Poteſne retinere gemmas in littore maris, vel lapides prætioſos in montibus & ſimilibus locis reperta?

R. Potes tuta conſcientia, quia cum nullum vnquam dominum habuerint ſunt primò occupantis. Dixi gemmas in littore maris inuentas, quod intellige modo non fuerint huc naufragio eiectæ quidquid enim ex nauibus naufragium paſſis mare ad littus eiecit, vero domino reſtitui debet ſub pœna excommunicationis reſeruatæ ſummo Pontifici per Bullam in Cœna Domini.

Quæres 3. Ad quem pertinent fodinæ ac metalla in eis abſcondita?

R. 1. In his ſtandum eſſe legibus regni. 2. quod ad ius naturale ac gentium pertinet, non conuenire Doctores inter ſe nam Leſſius, Filiucius, & quidam alij putant fodinas eorumque metalla eſſe primo occupantis, alij cenſent pertinere ad dominum fundi, ſed cum iſta quæſtio parum ſpectat ad praxim, rationes vtriuſque partis non expendemus.

Digitized by Google

LECTIO II.

Ad quem inuenti theſauri pertineant.

QVÆRES 1. quid ſit theſaurus?

R. Eſſe aceruum pecuniæ, vel rerum ſimilium qui alicubi manſit immenſo tempore, nec dominum habet quem ſciant. Dixi 1. vel rerum ſimilium, vt gemmarum, catenarum, metallorum &c. 2. nec dominum &c. nam ſi dominus rei notus fuerit res inuenta non erit theſaurus.

Quæres 2. Cuius ſint theſauri tempore immenſo abſconditi?

R. 1. Cum leges regni de hac materia ſtatuerint, earum deciſioni ſtandum eſſe ideòque conſulantur viri forenſes.

R. 2. Si quæratur de iure communi diſtinguendum eſſe, nam 1. ſi quis in ſuo fundo theſaurum inueniat, eius dominium ſolus acquirit. 2. ſi verò in alieno ſiue alicuius particularis, ſiue communitatis videndum eſſe an fortuitò inuenerit vel de induſtriâ, ſi primùm debet illum ex æquo diuidere cum domino fundi, ſi ſecundum tenetur iuxta communem ſententiam totum reddere domino fundi, Quamuis nonnulli authores exiſtiment poſſe tunc mediam partem retinere, donec ſententia iudicis interuenerit. 3. ſi autem inuenerit in aliquo fundo publico & ſacro, puta in cœmeterio, vel in alio lo-

co ad Eccleſiam pertinente, mediam illius partem retinere poteſt, & aliam Epiſcopo vel illius Eccleſiæ Clerico reſtituere debet.

Quæres 3. quando fundus in quo theſaurum inueniſti habet duos dominos ſcilicet directum & vtilem ad quem pertinebit theſaurus?

R. Iuxta dicta ſuperiùs vnam medietatem eſſe inuentoris alteram diuidendam eſſe inter vtrumque dominum iuxta communem Doctorum ſententiam.

Vnde infertur eum qui non eſt dominus fundi, ſed tantum vſufructuarius puta conductorem, pignoratorem maritum reſpectu fundi dotalis, & his ſimiles non poſſe retinere vllam partem theſauri inuenti in fundo quo vtuntur. Ratio eſt quod theſaurus non ſit fructus fundi, ac proinde vſufructuarius nullum habet ius eum percipiendi, debet igitur illum fundi domino reſtituere.

Quæres 4. Quid ſi quis inuenerit theſaurum arte magicâ, vel alio modo prohibito?

R. Ex probabiliori ſententia poſſe retinere partem quæ competit inuentori, quod intellige ante ſententiam iudicis, quia lex 1. codice de theſauris l. 10. mere pœnalis eſt, vnde non obligat in conſcientia ante condemnationem.

Quæres 5. An ſciens theſaurum latere in fundo quod tamen illius dominus ignorat, poſſit eum emere pretio communi?

R. Cum Diuo Thoma, & reliquis Doctoribus poſſe non enim emptor tenetur manifeſtare venditori theſaurum in eius fun-

Digitized by Google

do latentem, ſed vtens ſuâ ſcientiâ poteſt emere fundum pretio communi, cui nihil confert theſaurus abſconditus, cum fundos ratione tantum ſuperficiei emere ſoleant.

††¶††¶††¶††¶†§†¶††¶††¶††¶†¶†

LECTIO III.

De reſtitutione bonorum incertorum quæ inuenta ſunt.

QVAERES I. Cui reſtitui debeant eiuſmodi bona, quando poſt diligentem inquiſitionem eorum dominus ignoratur?

R. Probabilius videri huiuſmodi bona pauperibus eſſe diſtribuenda, quia 1. ea videtur eſſe conſuetudo vbique recepta, vt patet ex communi praxi, atqui conſuetudo vim habet legis, 2. ea quoque apparet eſſe voluntas ſaltem interpretatiua dominorum qui res illas amiſerunt ſi enim hac de re interrogarentur, ſe ita velle reſponderent. Vt videtur.

Accedit 3 plures Epiſcopos huiuſmodi bona pauperibus applicare quorum decreta nō temerè damnanda ſunt. Vnde infertur illa bona non pertinere ad inuentorem, ſed ad pauperes quibus à Prælatis addicuntur tanquam eis in dubio debita.

Nota verò hic per pauperes intelligi omne pium opus v.g. Eccleſiam, xenodochium, & ſimilia loca quibus ab inuentore pro ar-

bitrio applicari bona iſta poſſunt niſi loci Epiſcopus id ſibi reſeruaſſet.

Quæres 2. An ille qui prædicta bona dedit pauperibus teneatur ad reſtitutionem, ſi poſtea eorum dominum inuenerit?

R. Cum diſtinctione, nam ſi ante distributionem pauperibus factam, adhibuerit ſufficientem diligentiam vt rei dominum inueniret nihil reſtituere tenetur: cum ex nullo titulo ſiue iniuſtæ acceptionis, ſiue detentionis ea obligatio poſſit oriri; ſi verò ante diſtributionem omiſerit adhibere diligentiam ſufficientem, tunc reſtituere tenebitur cum ſit in culpa propter hanc diligentiæ omiſſionem.

Quæres 3. Quid dicendum in hoc caſu aliquis rem à ſe inuentam cum animo ſeruandi accepit quamuis eius dominum poſtea ſciret: deinde verò iniquæ voluntatis pœnitens diligenter inquiſiuit de domino quo minimè inuento rem tradidit egenis?

R. Eum quamuis domino apparente non teneri ad reſtitutionem: licet enim acceperit iniuſtè, vt patet ex circunſtantiis in caſu poſitis, cenſetur tamen iniuſtam acceptionem purgaſſe diligentia ſufficienti quam adhibuit in rei domino perquirendo.

Quæres 4. Vtrum pauper cui bona inuenta tradita ſunt, ſi eorum dominus appareat obligetur ad ea illi reſtituenda?

R. 1. Non teneri, ſed poſſe tuto ea ſibi ſeruare, iuxta plurimorum ſententiam quorum hæc ratio eſt, quia pauper illius iam dominium acquiſiuit per traditionem & applicationem

plicationem ſibi factam adeòque dominus illud amiſit, nec enim inquiunt dici poteſt dominum dictæ rei dominium retinuiſſe cum ei iam ſpiritualiter profuerit per traditionem pauperi factam.

R. 2. Alios atque vt videtur probabilius opinari pauperem qui rem dictam in ſpecie habet nec eſt in extrema neceſſitate cõſtitutus teneri ad eam domino reſtituendã, quia 1. non videtur pauper tam abſolutum rei dominium adeptus vt dominus priuetur iure illam repetendi ſi pauper innoteſcat. 2. rei applicatio interpretatiuè facta eſt, vel fieri debuit cum hac tacita conditione vt pauper eam ſit reſtituturus ſi dominus appareat. 3. rei applicatio non ſemper domino profuit loquor autem de re quam habet pauper in ſpecie &c. nam ſi eam conſumpſerit vel alienauerit ad nihil tenetur niſi eam haberet æquiualenter tunc enim aliqui putant illum teneri reddere rem quæ rei ſibi traditæ ſuccedit idque titulo iniuſtæ detentionis, alij tamen negant.

Digitized by Google

LECTIO IV.

De reſtitutione bonorum incertorum quæ debentur ex contractu vel iniuſtè acquiſita ſunt.

QVÆRES 1. An bona incerta ex contractu debita pauperibus roganda ſint vel poſſit inuentor ea ſibi retinere?

R. Multò probabilius eſſe quod ſint eroganda pauperibus, vt patet tum ex communi ferè omnium Doctorum conſenſu hominumque timoratorum quibus id conſcientia ſtatim dictat, tum ex rationibus allatis n. 1. ſuperioris lectionis.

Quæres 2. An idem dicendum ſit de bonis iniuſtè acquiſitis?

R. Idem omninò & citra vllam dubitationem cum id ius canonicum expreſsè decernat. Cum tu de vſuris, vbi obſerua quãuis in illo capite ſolùm de bonis incertis per vſuras acquiſitis ſermo ſit, omnes tamen aſſerere Doctores, huiuſmodi legem ad omnia bona iniuſtè acquiſita extẽdendam eſſe, mouentur autem duplici ratione, quia 1. non eſt potior ratio de bonis per vſuras acquiſitis ac de aliis.

2. Æquum non eſt vt quis per iniuriam diteſcat.

Digitized by Google

Quæres 3. Vtrum qui habet bona incerta iniuſtè acquiſita poſſit eorum partem modo aliquo licito retinere?

R. Poſſe obtenta compoſitione à Sede Apoſtolica ſeu Romano Pontifice, 1. ſi Papæ exponas te habere bona iniquè parta talis valoris, ipſe verò pro ſuæ poteſtatis plenitudine, eorum partem tibi concedat, partem aliam erogandam pauperibus iniungat. Patet hoc ex Curiæ Romanæ ſtilo, & communi Doctorum ſenſu.

Nota illam compoſitionem obtineri etiam poſſe pro bonis incertis inuentis, vel ex contractu debitis.

Dices, ſi facta compoſitione, bonorum dominus appareat.

R. Probabilius eſſe teneri te ad ea illi reſtituenda, exceptis iis quæ conſumpſeris, vel in obtinenda compoſitione expenderis. Ratio eſt, quia Papa non cenſetur compoſitionem conceſſiſſe, niſi conformiter intentioni & voluntati interpretatiuæ dominorum, atqui voluntas dominorum eſt procul dubio vt ipſis bona dicta reſtituantur ſtatim atque ad ipſos ea pertinere conſtabit.

Dixi 1. exceptis iis quæ fuerint conſumpta, nam tunc par eſſet ratio ac de poſſeſſore bonæ fidei qui rem alterius conſumpſit, de quo plene diximus ſupra lectione 6. tract. de reſtitutione in genere ad quam lectionem recurrendum eſt.

Dixi 2. deductis expenſis compoſitionis, nam de hoc domini rationabiliter queri non poſſunt.

LECTIO V.

De reſtitutione bonorum vacantium ac derelictorum.

BONA vacantia ſunt quæ remanent poſt mortem illius qui nullum habet hæredem : bona verò derelicta dicantur quæ abiecta fuerunt ſine intentione recuperandi, vel quæ dominus recuperare non curat quamuis id poſſit.

Quæres 1. Ad quem bona vacantia pertineant?

R. 1. Bona laïcorum qui ab inteſtato decedunt in patria, nec vllos habent hæredes intra decimum gradum, iure ciuili pertinere ad fiſcum.

R. 2. Bona peregrinorum ab inteſtato decedentium, curâ Epiſcopi illius loci reſtituenda ſuis hæredibus, id eſt conſanguineis, vel ſi hoc fieri non poſſit, egenis erroganda, nihil horum ſibi caupone retinente, ita decernitur in autenticâ omnes peregrini communia de ſucceſſionibus. Obſeruandum tamen eſt in aliquibus regionibus bona mobilia peregrinorum in hoſpitalibus morientium ad illa hoſpitalia ex conſuetudine pertinere, quod non eſt iniquum.

Quæres 2. Cuius ſint bona derelicta?

R. Primi occupantis: patet ex iuris deciſione omniumque Doctorum ſententia

Vtrum autem ligna & alia huiuſmodi quæ vi fluminum aſportantur habenda ſint pro derelictis, breuiter dico interdum derelicta cenſeri, alias verò non quod vir prudens ex variis circunſtantiis iudicabit, puta ex ligni aliorumue qualitate ac prætio, ex diſtantiâ domini, & ab eo adhibita diligentia in illis rebus perquirendis.

LECTIO VI.

De reſtitutione propter venationem & piſcationem.

ADuerte 1. animalium alia eſſe fera ex naturâ ſuâ vt lupos, leones, apes, piſces, alia manſueta vt oues, gallinas, &c.

Aduerte 2. animalia ex natura ſuâ fera interdum cicurari, vt columbas, & ſimiles, ſed aliquando priſtinam reuocare libertatem, & iterum efferari vt accidit iiſdem columbis quando animum redeundi ad columbarium ſui domini amiſerunt.

Quæres 1. Ad quem pertineant animalia fera ex naturâ ſuâ?

R. Si naturalem habeant libertatem, eſſe primò occupantis, ita docent omnes Iureconſulti & Caſuiſtæ: dixi ſi naturalem, &c. ſi enim contineantur in alicuius cuſtodiâ, ipſe eſt illorum dominus.

Quæres 2. Ad quem pertineant animalia ex ſua indole manſueta, quando ſic aberra-

runt, vt non poſſiat redire ad dominum.

R. Semper ad dominum pertinere eique reſtituenda eſſe, quia nullam cenſentur acquiſiuiſſe libertatem cum nullam vnquam habuerint, ideòque ſub dominio ſui domini remanent.

Quæres 3. de animalibus feris, ſed factis curibus quandò iterum facta ſunt fera, & conſuetudinem redeundi ad dominum amiſerunt?

R. Illa eſſe primi occupantis, quia cum priſtinam libertatem recuperarint, ſub nullius dominio ſunt. Cenſentur autem recuperaſſe naturalem libertatem. 1. cum dominus ea non niſi difficillimè capere poteſt, v. g. examen apium [illegible]auerit. 2. quando amiſerunt initinctum redeundi ad dominum, vt interdum accidit columbis. Verùm vt hæc meliùs intelligantur.

Quæres 4. An examen apium quod in alicuius arbore conſedit ad ipſum pertineat?

R. Negatiuè, ſed eſſe primi occupantis, fateor tamen dominum arboris poſſe prohibere ne quis eam conſcendat, ſed ſi occupaſſet exmen, iuſtè illud retinere poſſet.

Quæres 5. quandonam columbæ, v. g. cenſeantur amiſiſſe inſtinctum redeundi ad primum dominum?

R. 1. Ex quibuſdam authoribus ſi bis aut ter horis conſuetis redire deſierint, vel iuxta alios per decem, aut quindecim dies.

R. tamen 2. id non videri omninò verùm. Ratio eſt quod ſæpe ſoleant columbæ vagari per vicina loca, & poſt plures dies re-

dire ad ſuum columbarium, vnde ad ſolum viri boni ac prudentis arbitrium pertinet definire quandonam cenſeantur deſeruiſſe conſuetudinem redeundi. Fateor tamen dictas regulas ferendo de iſtis iudicio non parum conferre.

Quæres 6. An peccent qui columbas alterius ad ſuum columbarium attrahunt?

Reſponſioni præmitto id fieri poſſe dupliciter. 1. bene alendo ſuas columbas. 2. illecebris alliciendo his poſitis.

R. 1. Eum non peccare qui ſuis columbis bonos cibos apponit, quamuis ideo alierum columbæ eo traducantur niſi forte hoc pacto attrahere intenderet, hoc enim malum eſt.

R. 2. Arte verò allicere illicitum eſſe ac reſtitutioni obnoxium: niſi hoc receptâ conſuetudine tolleretur: ratio eſt quod in his artes & illecebræ reputentur vt fraudes; videndum tamen eſt, an eiuſmodi conſuetudo verè ſit recepta, neque gratis fingatur, ſi enim vera & certa ſit has artes tolerabiles reddit.

LECTIO VII.

De argumento eodem.

QVÆRES I. An teneatur ad reſtitutionem qui capit feram ab alio vulneratam?

R. Cum diſtinctione ſi enim ita vulnerata eſt vt probabile ſit eam à percuſſore capiendam tenetur, quia illa cenſetur amiſiſſe libertatem per vulnus inflictum, ideoque percuſſor eius dominium acquiſiuiſſe videtur: ſecus autem, fit primi occupantis, vt patet ex mox dictis eaque communis Doctorum opinio eſt; aliqui tamen putant feram eſſe diuidendam inter percuſſorem & capientem.

Quæres 2. Vtrum obligetur ad reſtitutionem qui capit belluam alterius laqueo comprehenſam?

R. Diſtinguendum eſſe, nam ſi veriſimile ſit feram ſe inde extricaturam ante aduentum illius qui laqueum poſuit, ea fiet primi occupantis non enim adhuc ſuam libertatem amiſerat. Secus autem dico eum teneri ad reſtitutionem propter dicta ſuperiori quæſtione.

Quæres 3. Vtrum qui alterius inſtrumentis vtitur ad venandum, aut piſcandum teneatur ei reſtituere capturam?

R. Negatiuè cum enim animalia capta

ſuam haberent libertatem, facta ſunt primi occupantis; debebit tamen reſarcire damna quæ ideò paſſus eſt dominus inſtrumentorum eaque iudicio viri prudentis æſtimanda erunt.

Quæres 4. An reſtituere tenearis quæ capta ſunt in piſcatione aut venatione prohibita?

R. 1. Minimè nam feræ, aues, piſces, & ſimilia animalia capta libertate naturali fruebantur, vnde fiunt primo occupantis; ſi tamen eiuſmodi animalia in loco arcto cuſtodirentur, puta vrſus, ceruus, & in ſepto muris clauſo, vel piſces in aliquo ſtagno tunc non liceret ea capere, capta verò eſſent reſtituenda, vel eorum pretium.

R. 2. Si venando vel piſcando notabile damnum reipublicæ intuliſti debes illatum damnum reparare, puta ſi venatus fueris eo anni tempore quo ferina ſoboles notabiliter minuitur, vel quibuſdam inſtrumentis vetitis eo quod nimium prædam capiant, vel inficiendo aquas ſtagni: ita Doctores æſtimant. Dixi notabile nam ſi tale non fuerit, parum læſa reſpublica cenſetur.

R. 3. Sin autem priuatum hominem læſiſti, diſtinctione opus eſt ſi enim primò fuerit princeps aut vir alius inſignis, præſumitur paſſim non curare ob ſtatus magnificentiam de reſtitutione, ſed ſolùm de multâ. Si autem 2. fuerit conductor qui ab illis nobilibus facultatem venandi acceperit teneris damnum per venationem aut piſcationem illatum reſarcire quod tamen non æſtiman-

dum erit ex valore feratum aut piſcium captorum, ſed ex viri prudentis arbitrio.

Quæres 5. quale ſit peccatum venari aut piſcari contra iuſtam prohibitionem?

R. Paſſim ex communi Doctorum ſenſu peccatum eſſe veniale, niſi graue damnum intuleris, quale potius ſine dubio erit ſi conductori fuerit illatum, quam ſi reipublicæ, aut viro nobili.

LECTIO VIII.

De reſtitutione ad quam obligantur cædentes ligna vel paſcentes animalia in fundo alieno.

QVÆRES 1. Si communitas prohibuerit lignationem ſub pœna multæ, an ciuis qui ligna cæcidit teneatur ad reſtitutionem?

R. 1. Si ſit pars illius communitatis teneri ad ſoluendam multam poſt condemnationem, aut multæ declarationem legi enim iuſtæ parendum eſt.

R. 2. Non tamen obligari ad reſtitutionem pretii lignorum quæ cæcidit, quia non cenſetur communitas velle ad id obligare ſuos ciues, ſed tantum ad multam perſoluendam niſi forte graue damnũ fecerit, puta magnam lignorum ſtragem, tunc enim non cenſetur comunitas eum eximere à reſtitutione quamuis aliquando accidere poſſit vt

magis de multa quam de damni reparatione curet. Vnde ſi reſtituendi onus liberè omninò remittat, ille de quo hic quæritur eo eſſet immunis. Diximus autem præcedenti tractatu lect 49. & 50. quandonam cenſeatur libera condonatio reſtitutionis.

Quæres 2. An teneatur ad reſtitutionem qui ligna cæcidit in ſylua vicinæ communitatis, quæ id prohibuit?

R. Teneri, quia cum non ſit pars illius communitatis nullum habet ius lignationis in eius ſylua, ſi tamen conſtet vicinas communitates hæc ſibi damna mutuò condonare, nulla tunc erit reſtitutionis obligatio.

Quæres 3. Ad quid obligetur ille qui pauit animalia in paſcuis alterius?

R. Parem eſſe rationem illius atque lignæ cædentis in alieno fundo.

LECTIO IX.

De eadem materia.

QVAERES 1. Quid dicendum ſit de illo qui ligna cædit in ſylua alicuius priuati?

R. Communiter eum teneri ad reſtitutionem cum hoc furtum eſſe conſtet, ſi tamen domini contenti ſint multâ, neque exigunt aliam reſtitutionem ab iis quos in culpa deprehendunt. Cenſentur facile damnum

illatum condonare.

Quæres 2. An poſſint ruſtici furtiuè ligna cædere ad vſus domeſticos?

Vt ratione & viâ procedamus in quæſtione iſtâ quæ tota pertinet ad praxim, de qua tamen nullus quod ſciam author egit omninò & clarè definiamus, an illi ruſtici peccent, ac reſtituere teneantur.

R. 1. Si quæſtio ſit de futuro videant confeſſarii. 1. vtrum pœnitens habeat, vnde poſſit ligna emere ad ſuos vſus vel non, caueantque ne ſibi blandiatur. 2. vtrum eo tempore quo procedit ad lignationem poſſit labore ſuo lucrari ad emenda ligna. 3. an arbores ſuccidat, vel aliud graue damnum inferat. His poſitis.

Dico, ſi nec habeat vnde poſſit emere nec lucrari ad emendum valeat quod eat, v. g. ad lignationem diebus tantùm pluuialibus, vel illis quibus nihil mereri poteſt. Confeſſarium poſſe illi permittere lignationem modo ſtragem aliudue damnum non faciat. 1. quia ſeruando prædictas conditiones neceſſitate impulſus id agere cenſebitur 2. quia domini fundorum in quibus ligna cæduntur, non intendunt ſibi fieri reſtitutionem contenti ſolùm multa, vel retentione lignorum aut inſtrumentorum quibus illa cœſa ſunt, ſi fortè aliquos in furto capiant.

R. 2. Si autem quæratur de præterito, dicimus pœnitentem qui ligna cœcidit ſine dictis conditionibus, vel aliqua illarum cenſendum eſſe reſtitutionis reum.

Quæres 3. Quid dicendũ de illis qui ligna

cædunt ad ea vendenda, vt ex lucro inde acquiſito familiam ſuſtentare poſſint?

R. 1. A confeſſario eadem eſſe obſeruanda quæ ſuperiori quæſtione diximus ac ſeriò admonendum pœnitentem teneri ipſum arte alia egeſtati familiæ ſubuenire ſi poſſit.

R. 2. Si tamen non poſſit idque vere confeſſarius iudicet, poterit hoc illi permittere ob rationes ſupra tactas.

Sed prudentis erit Confeſſarii. 1. de iis apud plebem non agere ne forte abutatur. 2. eandem ſeriò monere vt alia ratione victum quærere ſtudeat.

LECTIO X.

De reſtitutione facienda propter homicidium.

QVAERES 1. Ad quid teneatur ille qui per iniuriam vulnerauit aut occidit?

R. 1. Vniuerſim loquendo teneri ad reſtitutionem non modo expenſarum quæ fiunt in curatione vulneris, ſed etiam damnorum quæ ex ipſo vulnere aut morte oriuntur, quia eſt illorum omnium cauſa efficax eaque iniuſta. Dixi vniuerſim, &c. propter inferius dicenda.

R. 2. Ad nihil teneri ob cicatricem, abſciſſum membrum, aut vitam ereptam alicui quod hæc nullam recipiant æſtimationem

vt fert probabilior opinio.

Quæres 2. quomodò æſtimanda ſint damna iniuſtè occiſi aut vulnerati ?

R. 1. Vt æqua ſit æſtimatio, habendam eſſe rationem ſpei lucri quod occiſus aut vulneratus conſecutus eſſet, non verò ipſius lucri tanquam præſentis ac certi. Spes autem lucri minus valet certo ac præſenti lucro, vide dicta ſuperius tract. de reſtitutione in communi l.11.

2. Damna quæ patiuntur hæredes occiſi aut vulnerati æſtimanda eſſe ex variis circunſtantiis puta illius ætatis, habitudinis corporis, artis quam exercebat, & his ſimilibus.

Quæres 3. An hæredes occiſoris teneantur ad reſtitutionem quando ipſe capitali ſupplicio affectus eſt ?

R. 1. Teneri ſi habeant eius bona, quia reſtituendi obligatio realis eſt vnde ſequitur bona. 2. verum quidem eſt occiſorem capitali ſupplicio quod ſubiit ſatisfeciſſe iniuriæ quam intulerat reipublicæ, non tamen damniſque occiſi hæredibus attulit.

Dices, ponamus occiſum remiſiſſe ante mortem occiſori iniuriam.

R. Adhuc teneri hæredes occiſoris ad reſtitutionem, quia cenſetur quidem occiſus iuxta chriſtianæ charitatis officium iniuriam ſuæ mortis homicidæ condonaſſe, non tamen reſtitutionis onus, niſi de hoc expreſsè meminiſſet dicendo, v.g. ſuis liberis nolle ſe vt in iudicium illum vocent, & ab eo quidpiam exigant.

LECTIO XI.

Quibus nam reſtituere teneatur occiſor.

QVAERES 1. Quibuſnam hæredibus occiſi teneatur homicidæ reſtituere?

Reſponſioni præmitto dari hæredes neceſſarios, & non neceſſarios, neceſſarios vocant qui non poſſunt omninò hæreditate priuari vt ſunt filii, pater, ac mater, etiam vxor, &c. non neceſſarios appellant qui ſuccedunt quidem ab inteſtato, ſed tamen hæreditate priuari poſſunt ad arbitrium teſtatoris quales ſunt fratres cæterique conſanguinei. Iam.

R. Probabilius eſſe homicidam teneri tantum reſtituere hæredibus neceſſariis quod illi ſolum cenſeantur læſi in re ſuâ.

Quæres 2. An homicida teneatur reſtituere creditoribus occiſi quibus ille ſatisfeciſſet ſi non fuiſſet occiſus?

R. Probabilius eſſe non teneri, quia creditores non magis læſi cenſentur quam hæredes non neceſſarii, ſed iſtis nulla eſt facienda reſtitutio, ergo nec illis 2. homicidiũ non infert damnum creditoribus ex natura ſua, non enim eſt actio de ſe illis nociua, cum vt plurimum ac neceſſariâ conſecutione non accidat occiſionem lædere creditores occiſorum.

Dices, quid ſi occiſor habuerit animum nocendi creditoribus occiſi.

R. Duas eſſe Doctorum ſententias quorum ea videtur probabilior quæ aſſerit homicidam non teneri ad reſtitutionem in tali caſu, nam obligatio reſtituendi oritur dumtaxat ex aliqua externa & iniuſtâ actione non autem ex ſolo prauo affectu, neque enim ſolus prauus affectus poteſt reddere actionem iniuſtam quæ talis non eſt ex ſe, atqui actio de quâ hic agitur non eſt de ſe iniuſta erga creditores occiſi, vt patet ex numero præcedenti; ergo hinc ſequitur 1. Petrum qui Paulo pecuniam furatur præuidens eum ideò mœrore conficiendum, nihil teneri reſtituere hæredibus Pauli, neque fore irregularem ſecutâ illius morte. 2. Petrum qui clàm Paulum occidit cuius deinde homicidij Ioannes accuſatur ideòque grauia patitur damna, non teneri ad reſtitutionem erga Ioannem.

LECTIO XII.

De reſtitutione ad quam obligatur qui occidit prouocantem, inuaſorem aut alium fortuitò.

QVAERES I. An ille qui occidit prouocantem teneatur ad reſtitutionem?

R. Multò probabilius eſſe non teneri,

Digitized by Google

prouocans alium ad certamen cedit de iure ſuo, & iniuriam alteri condonare omnemque reſtitutionis obligationem remittere cenſetur, ſi ab eo occidatur.

Quæres 2. An idem dicendum ſit de occidente inuaſorem?

R. Affirmatiuè habebat enim ius tuendi ſe hoc tamen ita intellige vt non exceſſerit notabiliter modum iuſtæ defenſionis, nam ſi excedendo peccauerit mortaliter, tenetur ad aliquam reſtitutionem, quia iniuſtè damnum intulit alteri, non tamen ad integram quia cum fuerit laceſſitus æquum eſt vt ratio habeatur iuſti doloris quem ex aggreſſione concepit.

Quæres 3. An ille qui vacans illicitæ rei occidit inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, id eſt, non excedendo modum iuſtæ deffenſionis, teneatur ad reſtitutionem, v.g. Ioannes qui deprehenſus in adulterio maritum inuadentem ita occidit?

R. Doctores inter ſe non conuenire, qui aſſerunt teneri ad reſtitutionem iis mouentur rationibus. 1. quia Ioannes rei illicitæ & periculoſæ homicidii vacabat. 2. varij canones declarant eum irregularem qui dans operam illicitæ rei caſu aliquem interfecit, qui negant has tres afferunt rationes. 1. quia licet Ioannes rem illicitam ageret, non ideò tamen amiſerat ius tuendi vitam, alias potuiſſet maritus eum ſine peccato interficere quod falſum eſt. 2. adulterium ex ſe non habet adiunctum periculum homicidii ſaltem reſpectu mariti, cum potius & vt

plurimum accidat maritos occidere in tali caſu quam occidi. 3. aiunt prædictos canones quos pro ſe altera opinio laudabat, loqui non ſolùm de actione illicita, ſed inſuper tali qua trahat ex natura ſua periculum homicidii, ita cenſent Bonacina & Leſſius, quorum iſte dictum Ioannem eximit à reſtitutione quamuis præuiderit inuaſionem mariti.

Quæres 4. De illo qui caſu aliquem occidit?

R. Eum non teneri ad reſtitutionem, quia cum tale homicidium ſit inuoluntarium, & ideò inculpabile, debet etiam carere pœnâ ſeu reſtituendi onere.

LECTIO XIII.

De reſtitutione ob ſtuprum.

ADVERTE 1. Nos hic ſupponere corruptores virginis non ei promiſiſſe coniugium, dicitur autem in tractatu de matrimonio ad quid obligetur ſi promiſerit?

Aduerte 2. Puellam violari poſſe aut liberè & ipſa conſentiente, aut vi, metu, fraude, &c. atque ita renuente.

Quæres 1. An teneatur ad reſtitutionem qui puellam liberè conſentientem corrupi abſque promiſſione coniugii?

R. Ad nullam omninò teneri, quia non

fecit illi iniuriam cum liberè conſenſerit, iuxta vulgare dictum volenti non fit iniuria.

Quæres 2. An ſaltem parentibus reſtituere debeat ea damna quæ inde patiantur v.g. ſi cogantur augere dotem puellæ vt eam nuptui tradant?

R. 1. Duas eſſe Doctorum ſententias: communior negat. 1. quia eiuſmodi damnum eſt fortuitum, non enim ſequitur ex ſtupro per ſe, & ex naturâ rei, ſed ſolùm per accidens cum puella poſſit non nubere ſi iubeat. 2. puella non minus eſt cauſa talis damni quam deflorator: ſed nemo dixerit puellam ſi diues fuerit aliundè, puta ex bonis aduentitiis donatione, &c. teneri ad reſtituendum parentibus, ergo.

R. 2. Contrariam ſententiam licet minus communem videri tamen in praxi conſulendam vtpote probabiliorem, deflorator enim verè cauſa eſt damni quod parentes patiuntur in illo caſu, neque dici poteſt damnum eſſe fortuitum, cum moraliter loquendo per ſe oriatur ex ſtupro, nam paſſim videmus accidere vt eiuſmodi parentes cogantur filiabus augere dotem vt nubere poſſint.

R. 3. Vtramque oppoſitam ſententiam, ita poſſe temperari, vel enim pater coactus eſt dotem augere, vel non, puta quia puella non nubit aut moritur, vel religionem ingreditur, ſi primum deflorator tenetur damnum reparare, ſi alterum ad nihil obligatur cum pater nullum in re damnum accipiat.

Quæres 3. Ad quid teneatur ille qui vi,

Digitized by Google

metu, aut fraude, &c. puellam retinentem corrupit?

R. Teneri vel eam ducere in vxorem, vel eam ita dotare vt poſſit æquè commodè nubere, ac ſi non fuiſſet corrupta, non enim aliter poteſt damnum illatum reſarcire. Obſerua tamen optionem dari puellæ in hoc caſu non defloratori, ita vt liberum ei ſit alterutram ſatisfactionem recipere.

LECTIO XIV.

De reſtitutione propter adulterium.

QVAERES 1. Ad quid teneatur adulter qui certò nouit ſuam eſſe prolem?

R. Eum teneri ad reſtitutionem vtpote cauſam efficacem damnorum quæ inde oriuntur. Si tamen de hoc probabiliter dubitet, nihil reſtituere tenebitur, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, hic autem ſi quæſtio ſit de prole, poſſeſſio ſtat in fauorem matrimonij, ſi de adultero penes ipſius libertatem, ita communiter Doctores quorum plures aſſerunt adulterum non teneri credere fœminæ iuranti ſuam eſſe prolem, imò neque ſi proles ipſum ſpecie referat quod tamen intellige modo adulter habeat probabilem dubitandi rationem.

Quæres 2. Quæ & quibus reſtituere

teneatur adulter?

R. 1. Cum ipſa mater teneatur lactare prolem, & alere à partu vſque ad tertium ætatis annum, iuxta C. 2. de conuerſione infidelium & legem nonam C. de patria poteſtate adulterum non teneri ad expenſas alendæ prolis niſi à tertio ætatis anno. Fateor tamen ſi proles nutrici lactanda tradatur ſumptibus mariti, debere tunc adulterum marito reſtituere huiuſmodi ſumptus.

R. 2. Adulterum teneri ad reſtitutionem omnium quæ impenſa ſunt in alimenta prolis, & cœtera eiuſmodi à tertio ætatis anno: teneri quoque ad reſtitutionem erga legitimos filios & hæredes mariti. Si quid ex illius bonis notus perceperit in aliorum præiudicium, quia eſt cauſa efficax horum omnium damnorum.

Quæres 3. Vter adulterorum teneatur primo loco ad reſtituendum?

R. Vtrumque virum ſcilicet ac mulierem, quia ſunt æqualiter cauſa efficax damni ex adulterio ſecuti, vnde fit vt obligentur in ſolidum ad reſtitutionem.

Quæres 3. Quomodo reſtituet adultera?

R. 1. Donando paraphernа ſi quæ habeat marito eiuſque filiis aut legitimis hæredibus. 2. ſi non habeat eiuſmodi bona, lucrando honeſto labore, vel imminuendo ſolitos ſumptus victus, veſtitus, &c. vnde poſſit reſtitutionem facere, addunt paſſim Doctores ſi hæc media ipſi deſint eam teneri prolem inducere ad ſtatum religioſum

Digitized by Google

amplectendum, ſed illo conſilio prudenter vtendum eſt ne proles abſque vocatione legitima religionem ingrediatur.

Quæres 4. An teneatur adultera marito rem detegere, vel ſaltem ſpurio vt ita damnum aliorum auertat?

R. 1. Eam non teneri ſe prodere marito, vt conſtat ex lectione 46. numero 1. tractatus de reſtitutione in genere.

R. 2. Nec etiam ſpurio, quia ferè nuſquam ei licet rem iuramento affirmanti credere tenetur, imò nec quamuis nouerit eam fuiſſe adulteram, vt tenet Gloſſa in caput officii de pœnitentiis & remiſſionibus. Dixi ferè nuſquam, poſſet enim res ipſi tam certo demonſtrari vt matri fidem adhibere teneretur, puta ſi probet ei clariſſime patrem putatiuum longè abfuiſſe, vel carcere detentum eſſe toto tempore conceptus.

*Q*uæres 5. Vtrum ſi proles in xenodochio educata fuerit, ambo adulteri teneantur xenodochio reſtituere?

R. Teneri tanquam cauſas æquè principales: quia xenodochia pauperum gratia dumtaxat inſtituta ſunt. Is eſt omnium Doctorum ſenſus.

Digitized by Google

TRACTATVS XIII.

De Furto.

LECTIO I.

Definitur furtum eiuſque grauitas.

QVÆRES 1. Quid ſit furtum?

R. Actio quâ res alterius clam accipitur domino iure inuito. Explicatur.

Dixi 1. Clam vt diſtinguerem furtum à rapinâ quâ res alterius vi & coram ipſo aufertur eſtque grauis iniuria diuerſæ ſpeciei à furto. Dixi 2. domino inuito nimirùm quoad ſubſtantiam actus ſeu quoad rem ipſam, ſi enim illi ſolùm accipiendi modus diſpliceret, puta rem ipſo inſcio ſublatam eſſe, quam tamen rogatus facile conceſſiſſet, tunc non cenſetur furtum neque vlla reſtituendi obligatio.

Dixi 3. Iure ſeu rationabiliter inuitò. Secùs enim nullum eſt furtum, puta ſi quis rem alienam capiat in extrema neceſſitate

poſitus vel titulo iuſtæ compenſationis.

Quæres 2. Quale peccatum ſit furtum, & quale rapina.

R. Vtrumque ex genere ſuo eſſe mortale iuxta omnes Doctores, peccata enim quæ decalago per ſe aduerſantur, ſunt mortalia ex genere ſuo cum Chriſtus dixerit ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Matthæi c. 19. v. 17.

Quæres 3. An eadem ſint aliquando venialia?

R. Affirmatiuè in duplici caſu nimirùm. 1. defectu plenæ deliberationis. 2. materiæ grauis.

LECTIO II.

Quanam materia cenſeatur notabilis vt furtum ſit peccatum mortale.

QVAERES 1. Quænam materia ſeu quantitas requiratur vt furtum ſit peccatum mortale?

R. Quâ omnibus inſpectis graue proximo damnum infertur.

Quod ex hac duplici regula dignoſces. 1. quando ex rei tametſi leuis de ſe ablatione ſecutum eſt graue damnum per accidens, &c. propter aliquas circunſtantias, puta ſi acum ſartori furatus ſis in iis circunſtantiis in quibus nullam aliam per vnum integrum diem habere potuit quâ diurnam mercedem lucraretur.

lucraretur. 2. habenda eſt ratio ſtatus & opum eorum quibus bona ſurripiuntur, furtum enim quod erit veniale reſpectu, vnius erit mortale reſpectu alterius: v g. furari viginti aſſes regi veniale tantum eſt, artifici mortale.

Quæres 2. aliquam regulam quâ ex ſtatu perſonarum, quibus fit iniuria, dignoſcatur quænam materia ſufficiat ad mortale peccatum furti?

R. Omnia genera perſonarum in quinque veluti ordines eſſe diſtribuenda.

Primus eſt Regum & Principum, quorum reſpectu nummus cenſetur materia grauis, licet enim videatur parui momenti ſpectatâ illorum magnificentiâ, eſt tamen materia notabilis, ſi attendamus varia onera quæ in tantæ dignitatis ſplendore ferenda ſunt; nam v.g. nummus ſufficeret ſtipendio militis aut famuli per aliquot dies.

Secundus eſt perſonarum illuſtrium, quibus ſurripere quadraginta, vel quinquaginta aſſes, videtur notabile quod iis poſſint ſe alere per vnum diem aut menſtruum famuli ſalarium ſoluere.

Tertius eſt ciuium mediocriter diuitum & horum reſpectu ſexdecim aut viginti aſſium ſumma videtur ſufficiens ad peccatum mortale furti propter eandem rationem.

Quartus artificum, quibus ſi diuites ſint furari decem aut duodecim aſſes notabile videtur, ſecùs verò ſeptem aut octo aſſes.

Quintus demum eſt pauperum, reſpectu quorum, quinque, imò, duo, vel tres aſſes

P

videntur materia notabilis furti, poſſunt enim huiuſmodi ſumma victui diurno prouidere.

††¶†††¶†††¶††¶††§†¶†††¶†††¶†††¶††¶†

LECTIO III.

Quandonam peccetur mortaliter per minuta furta.

QVÆRES 1. An ille peccet mortaliter qui minimum quid vni, vel pluribus ſurripit cum intentione perueniendi ad ſummam notabilem?

R. Peccare mortaliter, in ſingulis furtis, habet enim in vnoquoque illorum voluntatem furandi ſummam notabilem. Ita communiter Doctores, vnde ſequitur.

1. Mulieres quæ alterius lanam carminantes, vel in ſtamina torquentes parum quid ex eâ ſingulis vicibus retinent peccare mortiferè ſi habeant intentionem accumulandi vt intra vnum vel alterum annum ſibi veſtem aliudue conficiant.

2. Idem eſſe de textoribus eorumque vxoribus, idem quoque de ſartoribus ſi ex panno aut ſerico furentur, vt paulatim ex iis auctum cumulum vendere poſſint, &c.

Dices, nemo illorum vlli graue damnum infert, ergo nemo peccat mortaliter.

R. Licet nemini graue damnum inferatur in particulari, per illa minuta furta: infert tamen reipublicæ: accedit illa furtorum

genera plurimum humanæ ſocietati aduerſari, & omnibus odio eſſe.

Quæres 2. An qui plura minuta furta committit ſine intentione conquirendi notabilem quantitatem peccet mortaliter?

R. Ita in duobus caſibus, 1. quando hæ leuia furta cenſentur moraliter continuari. 2. quando fur cum peruenit ad notabilem quantitatem. aduertit ſe furta præcedentia commiſiſſe, ac de illis ſibi complacet, &c. ratio eſt quod tunc graue damnum proximo inferatur.

Obſerua eiuſmodi furta cenſeri moraliter continuari, quando nulla fuit interruptio per aliquod tempus notabile, vt accidit cauponibus qui ſingulis vini modiis, v. g. quotidie parum aquæ admiſcent, ſartoribus qui rem exiguam bis aut ter ſingulis hebdomadis furantur, quamuis autem ægrè definiri poſſit temporis ſpatium interruptioni notabili neceſſarium, Filiucius tamen putat menſem vnum imò quindecim dies ad id ſufficere.

Dices, quid ſi poſtquam peruenit ad notabilem quantitatem, committat leue aliud furtum?

R. Illum peccaturum mortaliter ſi furtum iſtud cum præcedentibus continuetur eaque ſe feciſſe fur aduertat & probet: ſic enim cenſetur perſeuerare in voluntate retinendi rem alterius in quantitate notabili. Dixi probet: nam ſi doluerit de furtis præteritis, inde verò iſtud commiſerit, iam non erit mortale cum non cenſeatur moraliter conti-

nuari cum aliis.

Quæres. 3. Vtrum quantitas ſufficiens ad peccatum mortale in vnico furto, requiratur ad idem in plurimis leuioribus quæ iteratis vicibus fiunt ſine intentione perueniendi ad notabilem quantitatem?

R. Negatiuè, maior enim quantitas requiritur ad peccatum mortale in furtis parui momenti quæ iteratis vicibus committuntur, quam dum ſimul aliquid notabile aufertur, quia homines ægriùs ferunt ſibi aliquid ſimul ſurripi, quàm per partes. Vnde ſi Petro v. g. ſurripere decem aſſes peccato mortali ſufficeret, deberent ei repetitis vicibus ſurripi, 15. aut 16. interdum etiam viginti, vt per illa plura furta peccatum mortale committeretur.

Hoc tamen intellige modo non adſit intentio perueniendi ad notabilem quantitatem, qui enim hanc haberet intentionem peccaret mortaliter, licet minus ſurriperet eo qui caret huiuſmodi voluntate: quamuis ſemper verum ſit requiri paulò maiorem quantitatem ex pluribus illis furtulis prouenientem quam ſi aliquid ſimul abſtuliſſet.

Digitized by Google

LECTIO IV.

Vtrum peccet ac reſtituere teneatur qui rem alterius in neceſſitate ſurripuit.

SVPPONO dari duplicem neceſſitatem, alteram extremam, alterā grauem, extrema laborat qui caret iis quæ ſunt omninò neceſſaria conſeruationi vitæ, puta victuſ & veſtituſ, graui autem qui eget rebus neceſſariis ad ſuum ſtatum: vt ſi vir honorabilis habeat ſolum viles pannos, aut telam, vnde ſe, vxorem, aut liberos tegat.

Quæres 1. An liceat in extrema neceſſitate rem alterius accipere?

R. Licere modo ea ſolùm accipiantur quæ ſunt prorſus neceſſaria ad ſubleuandam neceſſitatem extremam, nam in illo caſu omnia iure naturæ communia cenſentur, iuxta quod poſſunt homines rebus creatis vti ad ſuam conſeruationem, fuere quidem illæ ſingulis diuiſæ iure gentium, ſed iſtud vtpote inferius non extinguat ius naturale à quo hábent homines facultatem vtendi rebus iſtis quas Deum in eorum ſubſidium creaſſe conſtat.

Dices, ſi dominus à quo acciperetur pari neceſſitate laboraret.

R. Cum ſit melior conditio poſſidentis, non licere ipſi rem ſuam ſurripere.

*Q*uæres 2. An idem liceat in graui neceſſitate?

R. Multò probabiliùs eſſe non licere, quia 1. ſola extrema neceſſitas facit omnia communia. 2. opinio aduerſa non caret periculo in praxi, cum poſſit dare occaſionem pluribus furtis, quiſque enim facile putat ſe in graui neceſſitate verſari.

Quæres 3. Vtrum ille qui rem alterius accepit in extrema neceſſitate, obligetur ad reſtitutionem cum meliori fortuna vtetur?

R. Duplicem eſſe Doctorum ſententiam, quorum altera negat, affirmat alia, vtraque probabilis, quamuis affirmatiua probabilior appareat, & potius conſulenda ſit.

LECTIO V.

De furtis filiorum familias.

QVAERES 1. An peccet filiusfamilias qui patri aliquid furatur?

R. Paſſim peccare accipiendò bona quorum pater habet proprietatem vel vſumfructum.

Dixi 1. peccare quia id Spiritus ſanctus Prouerbiorum c. 28. v. 24. teſtatur his verbis: *Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicida eſt.*

Dixi 2. Accipiendo bona quorum pater, &c. nam ſi accipiat reditus beneficij ſui, non peccat, quia pater nullum in eos ius habet.

Dixi 3. Paſſim ob iam dicenda.

Digitized by Google

Quæres 2. Vtrum filiusfamilias poſſit licitè in aliquo caſu aliquid ex bonis paternis accipere?

R. Poſſe in duobus caſibus. 1. ſi pater neget ea quæ ſunt omninò neceſſaria ipſius victui aut veſtitui. Tunc enim pater cenſetur inuitus abſque vlla ratione.

Dixi neget vt innuerem non poſſe filium patri ſurripere prætextu alimentorum aut veſtium, niſi pater ſæpiſſimè & humillimè rogatus abnuerit ea filio concedere.

Circa veſtes autem obſerua non teneri patrem filio præbere valde prætioſas aut plures quam ratio poſtulat; vnde ſi filius non ſit contentus honeſtis & decentibus, non poſſet parenti ſurripere ad emendas prætioſiores aut plures veſtes.

2. Si recuſet ei dare pecuniam quam more aliorum eiuſdem ætatis & conditionis in honeſtas recreationes moderatè tamen expendat, cum enim in hoc caſu non debeat pater pecuniam denegare, poterit filius ſi ei denegetur, clam ſurripere: caueat ſolùm Confeſſarius ne in his faueat effrenatæ iuuenum licentiæ.

Quæres 3. An peccet filiusfamilias qui pecuniam à patre donatam ad emendos libros, v.g. aut veſtes, & in ludos expenderet?

R. Peccare, quia pater non ei dedit abſolutè, ſed eâ conditione vt in tales vſus impenderet.

Quæres 4. Quænam quantitas requiratur ad peccatum mortale in furto filij familias?

R. 1. Requiri maiorem quam in furtis perſonæ extraneæ factis.

R. 2. Non poſſe rem certò definiri, pro omni caſu, ſed habendam eſſe rationem diuitiarum patris, eiuſque indolis, ac mœroris quem inde concepit, & his ſimilium ita fieri poteſt vt reſpectu aliquorum duo nummi non ſint materia grauis, & reſpectu aliorum longè minor ſumma cenſeatur notabilis.

Quæres 5. Huius lectionis fructum?

R. Tria in hoc caſu à Confeſſario præſtanda. 1. vt ſuſpectum habeat quidquid filij familias in ſui fauorem dicunt. 2. ſedulò inſpiciat num iidem excedant modum in veſtibus aut recreatione. 3. eis conſulat vt ab huiuſmodi furtis abſtineant, imò ſuauiter caret vt hoc in ſacramentalem pœnitentiam acceptent, quamuis nullum in his peccatum clarè appareat.

LECTIO VI.

De reſtitutione ad quam tenentur filij familias qui bona patris furati ſunt.

QVÆRES 1. An filius-familias qui rem patris abſque ratione ſurripuit, ad reſtitutionem obligetur?

R. Affirmatiuè præterquam in certis caſibus mox dicendis.

Digitized by Google

Idque 1. rem patri reſtituendo ſi eam habeat in ſpecie vel æquiualenter, id eſt, ſi quid habeat eius loco. 2. reſtituẽdo ex bonis propriis ſi quæ habeat puta caſtrenſibus, &c. 3. computando quæ olim patri ſurripuit cum diuidet eius hæreditatem cum fratribus & ſororibus.

Quæres 2. quando nam filius familias eximatur à reſtitutione?

R. In duplici caſu. 1. ſi veriſimile fuerit quod pater illi condonaſſet: hoc autem colliget vir prudens. 1. ex amore quem pater erga filium habebat. 2. ex patris liberalitate aut auaritia, & aliis ſimilibus circunſtantiis.

2. Si fratres & ſorores paria vel etiam plura furta commiſerint viuente patre.

Quæres 3. An filius gerens negotia patris, poſſit clam accipere quæ pater extraneo daret?

Reſponſioni præmitto filium poſſe gerere negotia patris, vel cum intentione accipiendi mercedem laboris ſui, vel abſque illa intentione.

R. & dico 1. ſi filius gerat negotia paterna ſine vlla intentione mercedis, eum non poſſe aliquid clam accipere, quia cenſetur patri donare prætium induſtriæ ſuæ.

Dico 2. Si verò non intendat hoc agere gratis & pater egenus fuerit, nihil etiam ſurripere poſſe, quia tenetur induſtriam ſuam parenti egeno liberaliter dare.

Dico 3. quamuis pater non fuerit egenus, debere filium patri ſuam intentionem ex-

preſsè vel tacitè declarare. 1. nolle ſe patris negotia gerere gratis; quia forte pater ſuis rebus aliter conſuleret. Accidere tamen poſſet ipſum ſi ob reuerentiam paternam explicare mentem non audeat, & aliunde pater ipſius ope carere non poſſit, ab illa declaratione facienda excuſandum, tuncque id eſt cum filius mentem ſuam patri explicauit, vel ab ea declaranda excuſatur.

Dico 4. hac diſtinctione vtendum eſſe, vel enim filius à patre fuit emancipatus, vel non: ſi primum poteſt clam accipere iuſtūm induſtriæ ſuæ prætium cum illius proprietatem & vſumfructum habeat: ſi ſecundum verum quidem eſt filium acquiſiuiſſe proprietatem iuſti prætij laboris ſui, at eius vſumfructum niſi poſt mortem patris habere non poſſe: quia lucrum illud in bonis aduentitiis computatur quorum filij habent proprietatem non vſumfructum lege cum oportet codice de bonis quæ liberis.

Horum omnium conſectarium eſt. 1. filium non emancipatum qui clam aliquid accepit à patre in compenſationem induſtriæ ſuæ, teneri ad reſtituendum cum pater habeat ſaltem vſumfructum talis lucri. 2. Si verò filius habuerit ius exigendi prætium laboris ſui, cum defuncto patre aliiſque poſitis circunſtantiis de quibus ſupra, non teneri ad reſtitutionem eorum quæ in ſui laboris mercedem iuſtam ex bonis paternis accepit.

Quæ omnia iſto caſu magis explicabuntur. Petrus per annos octo in paterna domo

Digitized by Google

laborauit, paterque ſtipendio quòd aliàs famulo dediſſet, pepercit: quatuor anni ſunt cum patri ſignificauit æquum eſſe vt mercedem laboris accipiat, & lucretur ſtipendium famuli cum eius loco patri ſeruiat. Patre hoc negligente, Petrus ei decem nummos ſurripuit quibus pater ob filij laborem peperciſſe ſupponimus: declaranti hoc furtum in confeſſione Sacerdos reſtitutionem iniunget; dicere tamen poteſt ipſum defuncto patre ius habere decem illos nummos ex bonis paternis accipiendi: ſi verò Petrus de illo furto ſe tantum poſt mortem patris accuſauit, non tenetur ad reſtitutionem.

LECTIO VII.

De furtis vxorum.

ADVERTE vxorem poſſe habere tria bonorum genera. 1. dotalia quorum vxor habet proprietatem, maritus verò vſumfructum.

2. Paraphernà quæ pertinent ad vxorem alio quam doris titulo, puta donatione teſtamento aliaue ſimili ratione.

3. Munera quæ accepit à marito vel aliis, lucra quæ propriâ induſtriâ comparauit cum expreſſo vel tacito mariti conſenſu.

An autem vxor acquirat mediam partem bonorum quæ familia durante matri-

monio lucratur, maximè ſi ad hæc lucra pluſquam maritus contulerit, pendet ex conſuetudine locorum, vbi enim vigent leges ciuiles vt in hac Prouinciâ Toloſanâ, vxor in eiuſmodi bona nullum ius habet, in iis verò locis quæ iure non ſcripto vtuntur, vt Pariſiis v. g. vxor acquirit mediam partem communis lucri durante matrimonio comparati.

Quæres 1. An peccet ac reſtituere teneatur vxor quæ bona mariti ſurripuit?

R. Eam peccare mortaliter tenerique ad reſtitutionem cum rea ſit furti, modo tamen 1. ſurripuerit ex bonis mariti, ſcilicet quorum ipſe dominium ac proprietatem habet, vel ſolum vſumfructum, nam de aliis vt paraphernis, &c. quorum ipſa domina eſt ad libitum diſponere poteſt. 2. modo acceperit rem notabilem, quæ autem eſt materia grauis in furto alicuius extranei, non eſt talis in furto vxoris reſpectu mariti, vt ſupra dictum eſt de filio familias reſpectu patris l. 5. n. 5.

3. Modo abſtulerit abſque vlla ratione legitimâ, poteſt enim vxor ſine peccato accipere aliquid à marito, vel ad largitionem eleemoſinarum, vel ad honeſtam recreationem, vt diximus de filio familias, vbi ſupra n. 3. vel etiam ad prouidendum familiæ de rebus quas vir non ſuppeditat.

Quæres 2. quid ſi maritus fuerit prodigus aut rem familiarem malè procuret?

R. 1. Tunc poſſe vxorem ſurripere & recondere quæ cenſentur neceſſaria ſuſten-

tationi familiæ modo diſpoſita ſit ea non conuertere ad alios vſus.

R. 2. Eam nullatenus poſſe ſibi reſeruare aliquid ad ſuſtentationem cum vidua fuerit eo v.g. prætextu quod nihil à viro ingrato aut diſſipatore ſperare debeat, quamuis de illo bene merita florentem ætatem eius obſequio conſumpſerit. Ratio eſt quod eiuſmodi prætextus vani omninò ſint cum mulier nubens ceſſerit hac in parte iuri ſuo contenta donatione propter nuptias quàm vulgò augmentum vocamus; accedit per accidens eſſe & improbæ fortunæ ipſius tribuendum quod hunc maritum nacta fuerit, quæ omnia diligenter pro praxi obſeruanda ſunt, & ex iſta lectione tanquam optimus fructus colligenda.

Quæres 3. Quid ſi vxor habeat propinquos egenos?

R. 1. Quod ad ipſius parentes aut liberos ex alio coniugio ſuſceptos attinet, poſſe illam, deficientibus paraphernis ac negante marito, clam aliquid ex familiæ bonis accipere vt extremæ eorum inopiæ ſubueniat: teneri tamen poſt viri obitum reſtitüere omnia deducendo ex dote vel augmento quæ illis errogauerit. Dico 1. illam poſſe accipere in eo caſu ex bonis familiæ, quia cum ad id iure naturæ teneatur, nec poſſit aliter officio ſatisfacere, maritus abſque vlla ratione inuitus eſſe cenſetur. Dico tamen 2. negante marito, nam tenetur prius ab eo petere facultatem ſuccurrendi conſanguineis. Et dico 3. eam teneri omnia reſti-

tuere, &c. nam quiſque ſuis debet ſuccurrere ex propriis bonis ſi quæ habeat non verò ex alienis.

R. 2. Idem probabiliter dici poſſe de vxoris fratribus aut ſororibus eadem neceſſitate laborantibus: eam tamen reſtituere teneri modo iam dicto; quamuis enim iure naturæ ad id vxor minimè teneatur. Hoc tamen ab eâ requirit chriſtianæ charitatis officium.

LECTIO VIII.

De furtis famulorum.

OBSERVA nos hic agere de furtis victualium; nam quod attinet ad alia furta quæ famuli committunt, vel ſtipendij modici prætextu, vel ob alias cauſas, de his agetur vbi de contractibus in particulari.

Quæres, an famuli peccent, & ad reſtitutionem obligentur, ſi panem, vinum, fructus, opſonium aliaue in domo ſurripiant?

R. 1. Peccare, ſed non teneri ad reſtitutionem ſi res eiuſmodi furentur vt eas ipſi conſumant, præſumentes heros facile illas conceſſuros ſi rogati fuiſſent, quamuis ægrè ferant ipſis inſciis eſſe ſublatas. Dixi 1. peccare dant enim heris iuſtam moleſtiæ cauſam. 2. Dixi non teneri ad reſtitutionem præſumentes, &c. quod in hoc caſu inuiti heri cenſeantur quantum ad modum acci-

piendi, non quantum ad ſubſtantiam actus. Et dixi 3. vt res illas ipſi conſumant, ſi enim ſurripiant vt aliis dent aut vendant, vel debitis ſatisfaciant, vt dictum eſt vbi de receptantibus in tractatu reſtitutionis in genere, tunc peccarent, & ad reſtitutionem tenerentur.

R. 2. Non peccare ſi accipiant dumtaxat victui ſuo neceſſaria, cum ea domini non præbent.

R. 3. Si autem furentur exquiſitos cibos, aut potus vt altilia, vinum generoſum, & eiuſmodi alia quæ famulis dari non ſolent quamuis ea domi conſumere velint, peccare tenerique ad reſtitutionem cum enim heri non teneantur ea præbere famulis, nec ipſi famuli vllum ius habere poſſunt ea ſurripiendi.

Digitized by Google

TRACTATVS XIV.

De Contractibus in genere.

LECTIO I.

De Contractus definitione ac diuiſione.

QVÆRES 1. Quid ſit contractus?

R. Eſſe pactum ſeu conuentionem duorum aut plurium, quæ in omnibus, vel ſaltem vno ex illis obligationem parit: dixi in omnibus, quia ſunt aliqui contractus qui obligant reciprocè contrahentes, vt venditio, mutuum, permutatio, &c. Dixi 2. vel illorum vno, ſunt enim alij contractus qui vnum tantum ex contrahentibus adſtringunt vt promiſſio, donatio, teſtamentum; nam promiſſor v.g. obligatur dumtaxat, nimirum ad ſtandum promiſſioni, ſed ille cui promiſit ad nihil prorſus tenetur.

Hic tamen obſeruandum eſt, iuxta quoſdam Doctores nomen contractus poſſe acci-

Digitized by Google

pi duobus modis, latè ſumitur in allatâ definitione, ſtrictè verò acceptus inducit reciprocam omnium contrahentium obligationem, nam ſi vnus tantum obligetur, non eſt propriè, inquiunt, contractus, ſed quaſi contractus.

Quæres 2. quomodò diuidatur contractus?

R. 1. Diuidi in lucratiuum ſeu gratuitum, & onerosum: gratuitus eſt ille in quo is in cuius gratiam fit, nihil præſtare aut reddere tenetur; talis eſt promiſſio, donatio, teſtamentum, &c. Dixi tenetur, ſcilicet ex iuſtitiâ, nam ad aliquid ex gratitudine obligatur. Oneroſus eſt ille per quem aliquid præſtari, aut reddi debet loco rei quæ datur, talis eſt venditio, in quâ venditor tenetur tradere rem venditam, emptor verò pecuniam ad maiorem autem horum dilucidationem. aduerte contractum oneroſum transferre aliquando totum rei dominium vt fit in venditione, mutuo, &c. interdum ſolum vſum vel vſumfructum, vt patet in locatione, denique dare tantum aſſecurationem vt videre eſt in pignore, hypotheca, &c.

R. Diuidi 2. in contractum nominatum & innominatum, ille nomen habet ſpeciale vt venditio, mutuum, iſte ſolum habet genericum nomen conuentionis, & in quatuor ſpecies ſubdiuiditur.

Primam vocant do, vt des, vt v.g ſi dem oleum Paulo vt mihi det vinum, vbi duo ſunt obſeruanda. 1. hunc contractum non

affici nomine permutationis: quia permutatio ſumitur & attenditur à Doctoribus tanquam nomen genericum & vniuerſale; itaque dicunt venditionem eſſe aliquo modo permutationem, vt etiam locationem, & plures alios contractus 2. eſſe aliquam permutationem ſpecifico nomine affectam, ſcilicet cambium quod fit trapezitis.

Secunda dicitur do vt facias, puta ſi tradam Petro frumentum vt pro me laboret, eſſet autem locatio ſi pecuniam darem.

Tertia eſt facio, vt des, vt ſibi ſcribam, vel aliud agam pro Paulo, vt ipſe mihi det librum aut veſtem aliudue.

Quartam appellant facio vt facias, vt e.g. ſi alicui obſequium reddam vt me doceat cantum, picturam, &c.

LECTIO II.

Vtrum Contractus in quo interuenit error, validus ſit.

ADVERTE hic triplicem errorem diſtingui: primus eſt quoad ſubſtantiam, puta ſi velis emere annulum aureum, & tibi cupreus tradatur, vel ſi pro mero vinum aqua delibutum accipias. Secundus contingit in qualitate & aliis accidentibus, vt v.g. ſi Petrus putans ſe equum ſtrenuum emere, deinde aduertat illum eſſe ignauum & inutilem omninò, vel ſi ducas

Catharinam pauperem quam tamen diuitem credebas. Tertius vocatur concomitans qui contractum, ita ſequitur & comitatur vt ad eum non inducat, quia contrahens ita diſpoſitus eſt vt quamuis errorem agnoſceret contracturus eſſet. Puta ſi Petrus accipiat bertam in vxorem quam exiſtimat eſſe Catharinam ſibi á parentibus promiſſam, cum eo tamen animo vt quamuis ſciret eſſe bertam, à nuptiis non deſiſteret.

Quæres 1. Vtrum contractus in quo fuit error quoad ſubſtantiam validus ſit?.

R. Negatiuè, quia tunc non adfuit conſenſus qui tamen eſt de eſſentia omnis contractus, vnde dicitur lege ſi per errorem ff. de iuriſdictione omnium iudicum, nihil eſſe magis contrarium conſenſui errore.

Quæres 2. Vtrum error circa qualitatem aliaue accidentia irritet contractum?

R. Negatiuè, ſed huiuſmodi contractum validum eſſe quod talis error non impediat conſenſum ſufficientem: ſi tamen ea fraus adeſſet quâ cognitâ non eras contracturus, tunc fateor irritum fore contractum, ſed de hoc in ſequenti lectione.

quæres 3. An validus ſit contractus cum errore comitante?

R. Nullum eſſe propter defectum conſenſus: quamuis enim ille contractus non fuerit poſitiuè inuoluntarius, nec fuit etiam voluntarius; quia voluntas non fertur in incognitum; quare dico Petrum qui accipit bertam in vxorem quam putabat eſſe Catharinam, non validum inire matrimonium

Digitized by Google

cum ea; licet ita diſpoſitus eſſet vt cognitâ fraude, bertam nihilominus duxiſſet.

Dices, ponamus Petrum apud ſe dicere ſi berta eſſet Catharina, vellem eam ducere in vxorem.

R. Etiam in illa ſuppoſitione irritum eſſe matrimonium propter defectum conſenſus, quamuis enim Petrus ita cogitauerit imò & locutus ſit, non ſequitur habuiſſe præſentem conſenſum, ſed tantum inde colligitur, quid facere voluiſſet ſi rem ſciuiſſet vt ſe habet. Obſerua tamen fore tunc validum matrimonium, ſi Petrus habuiſſet voluntatem ducendi eam quæ præſens aderat quæcumque tandem illa eſſet.

LECTIO III.

An contractus cum dolo vel fraude celebratus, validus ſit.

OBSERVA 1. Dolum poſſe interuenire contractui duobus modis, vel ſi contracturus eſſes quamuis eum agnoſceres, vel contra ſi dolo cognito non eſſes contracturus.

Obſerua 2. Dolum oriri poſſe, vel ex altera parte contrahente, vel ab aliquo tertio ſine vlla cooperatione contrahentium, vel ex ſolâ opinione alicuius ex contrahentibus. Iam.

Quæres 1. An validus ſit contractus cum

dolo celebratus, ita tamen vt agnito dolo contracturus eſſes?

R. Eſſe validum adfuit enim conſenſus; obſerua tamen eum qui dolo egit teneri paſſim ad aliquam reſtitutionem, vt conſtabit ex dicendis vbi de emptione & venditione lect. 17. n. 2. nam ſi Caius v. g. vendidit ignauum equum Paulo qui ſe putabat emere ſtrenuum, empturus tamen eum licet minori pretio quamuis defectum agnouiſſet, contractus eiuſmodi validus eſt, ſed Caius tenetur reſtituere prætij exceſſum.

Quæres 2. An ille dolus irritet contractum quem ſi ſciuiſſes non eras contracturus?

R. Contractum omnem in quo talis dolus contigerit, excepto matrimonio, eſſe nullum iure poſitiuo, non autem iure naturæ modo tamen dolus prouenerit ex altero contrahentium. Hæc eſt opinio probabilior, ita enim decernitur lege eleganter ff. de dolo, & lege ea vero 51. de illo ff. de ſocio.

Dixi autem primo non eſſe inualidum iure naturæ, quia conſenſus adfuit: ſuppono aliunde nullum errorem in eo contigiſſe circa ſubſtantiam: ſed eſſe nullum iure ciuili, vt patet excitatis legibus.

2. Dixi modo fraus prouenerit ex altero contrahentium: quid enim ſit dicendum ſi prouenerit ab aliquo tertio, vel à falsâ deceptæ partis opinione videbitur lectione ſequenti.

3. Dixi excepto matrimonio, quia ius poſitiuum non irritauit matrimonium in tali caſu. Denique dixi hanc eſſe probabiliorem

opinionem, quia Doctores aliqui putant contractum, de quo eſt quæſtio non eſſe omninò inualidum iure poſitiuo, ſed irritari poſſe ad læſæ partis arbitrium.

LECTIO IV.

De eadem materia.

QVÆRES I. quid ſit dolus prouenerit ex aliquo tertio inſciis contrahentibus, & talis fuerit vt eo cognito noluiſſes contrahere?

R. 1. Iuxta communiorem & probabiliorem ſententiam validum eſſe huiuſmodi contractum, tum quia non obſtante dolo illo adfuit ſufficiens conſenſus modo non fuerit error circa ſubſtantiam, tum quia ius poſitiuum non eum irritat, ita ſenſit Gloſſa in cap. cum dilecti de emptione & & venditione verbo deceptione quam plures iure conſulti ſequuntur apud Leſſium libro 2.cap.17.num.33.

R. 2. Partem deceptam habere ius irritandi talem contractum ſi vellet qui enim contrahunt, cenſentur id agere cum hac tacitâ conditione, vt non intendant ſe obligare ſi aduerterent dolum, de quo hic agimus, ea eſt probabilior Doctorum ſententia apud eundem Leſſium.

Rem duobus exemplis declaro. 1. Caius Paulum inducit vt deſpondeat ſibi bertam

quam aſſerit eſſe ditiſſimam cum tamen non ita ſit, Paulus verò alioqui non deſpondiſſet. Dico ſponſalia eſſe valida, ſed poſſe à Paulo decepto irritari. 2. Petrus neſciens valorem ſui bouis; ſed à ſuo villico perſuaſus eum agriculturæ idoneum eſſe, ideòque v. g. 15. nūmis æſtimand ū: eum tali prætio vendit Ioanni quamuis dumtaxat ſeptem nummis valere poſſit. Dico huiuſmodi contractum validum eſſe, ſed poſſe à Ioanne irritari.

Dices, poterit ne cognitâ fraude irritari contractus poſt illius executionem aut integram, aut inchoatam, v. g. ſi Ioannes tradidit Petro 15. nummos aut bouem acceperit.

R. 1. Non poſſe irritari in foro externo, ſed deceptum exigere poſſe reſtitutionem exceſſus prætij bouis, habet enim actionem quanti minoris in Petrum lege Iulianus ff. de actionibus empti.

R. 2. Deceptum poſſe irritare talem contractum in foro interiori, quia ſi dolum ſciuiſſet, noluiſſet contrahere quod intellige ante ſententiam iudicis, nam ei iam latæ parere debet.

Quæres 2. An validus foret contractus ſi dolus ex falsâ dumtaxat opinione vnius contrahentium alio neſciente interueniret?

R. Idem eſſe dicendum in iſto caſu, ac ſi dolus ab aliquo tertio inſciis contrahentibus prouenisset.

Digitized by Google

LECTIO V.

De validitate Contractus per metum celebrati.

SVPPONO 1. Dari tria genera metus, nimirum grauis, leuis, & reuerentialis grauis eſt qui virum conſtantem poteſt commouere, talis eſt metus mortis, mutilationis, vehementis cruciatus, diuturni carceris, ſtupri, &c. leuis dicitur qui non cadit in virum fortem.

Cœterùm ad maiorem explicationem metus grauis ſubdiuiditur in abſolutè grauem, de quo egimus, & reſpectiuè qualis eſt metus mali minoris illis quæ e.g. attulimus idque reſpectu ſenis, feminæ, pueri, aut perſonæ meticuloſæ, quæ omnia prudentis iudicio expendenda ſunt.

Denique metum reuerentialem vocant quo filius timet offendere parentes, vel inferior ſuperiorem: qui metus reducitur ad grauem ſi adſint verbera, aut graues minæ, vel importunæ preces quibus aliquis inuitus adigitur ad contrahendum.

Suppono 2. Metum item alium eſſe intrinſecum, alium extrinſecum: ille oritur ab aliqua naturali cauſa vt à morbo, tempeſtate, fera, tonitru, &c. ita qui conſtitutus in magno vitæ diſcrimine votum emittit cenſetur id agere ex metu intrinſeco: iſte prouenit

prouenit à cauſa extrinſeca, videlicet homine qui rurſus vel iuſtè incutitur, vel iniuſtè: iuſtè Paulo incuteretur à Ioanne, ſi eum in adulterio cum vxore ſua deprehenſum ad Iudicem defferre minaretur, niſi pecuniam daret: iniuſtè ſi eidem mortem minaretur in tali caſu, niſi pecuniam traderet.

Quæres 1. Vtrum contractus metu celebratus, ſit iure naturæ validus?

R. Affirmatiuè licet metus fuerit non modo leuis, ſed etiam grauis, ita cenſent Doctores communiter: quia ſi eſſet inualidus, vel hoc proueniret ex defectu conſenſus, vel ex vi & iniuria per metum illatâ: ſed non prouenit ex primo qui enim ita contraxit, voluit abſolutè loquendo contrahere ideòque conſenſit; nec etiam ex altero capite, quia vis non fuit proxima & immediata cauſa contractus, ſed ipſe conſenſus qui verè adfuit vt oſtenſum eſt.

Quæres 2. An contractus metu graui celebratus, iure poſitiuo ſit validus?

R. 1. Iuxta Doctores omnes, aliquos contractus iure poſitiuo nullos eſſe quando per metum grauem ab homine iniuriâ incuſſum extorquentur. Dixi 1. aliquos vt inter alios matrimonium de aliis enim non agimus cum vix in praxim veniant ſi opus ſit conſulere poteris Leſſium lib. 2. c. 17. dubio 6. n 37. Dixi 2. extorquentur id eſt à cauſa externa ſeu homine incutiuntur de qua mox egimus. Dixi 3. per metum grauem iniuria incuſſum; ſi enim metus iuſte incutiatur, validus erit contractus, etiam ipſum matri-

monium.

R. 2. Alios contractus non exceptos, quamuis metu graui per iniuriam incuſſo extorqueantur, validos eſſe iure poſitiuo iuxta maximam partem Doctorum: poſſe tamen reſcindi ad arbitrium partis læſæ, quia 1. nemo commodum ex ſuo delicto referre debet. 2. æquitas poſtulat vt vim & iniuriam paſſus habeat facultatem reſcindendi talem contractum ſi velit.

LECTIO VI.

De argumento eodem.

QVAERES 1. An ille teneatur ad reſtitutionem qui Caio v. g. inflagranti delicto deprehenſo minatus eſt accuſationem niſi pecuniam daret quam ab eo id metuente accepit?

R. 1. Poſt Sanchem l. 4. de matrimonio diſputatione 8. n. 8. Leſſium l. 2. c. 19. dubio 6. n. 41. Bonacinam de contractibus diſp. 5. qu. 1. p. 2. §. 3. n. 12. alioſque eum non teneri ad reſtitutionem, quia cum habuerit ius accuſandi Caium ideòque iuſtè accuſare potuerit, non ei cenſetur feciſſe iniuriam exigendo prædictam pecuniam. 2. quia ius iſtud accuſandi Caium eſt pretio æſtimabile, vt ait Leſſius ibidem n. 42.

R. 2. Probabile eſſe illum teneri ad reſtitutionem. 1. quia non videtur ius illud nec

Digitized by Google

cuſandi eſſe pretio æſtimabile, vel enim eſſet æſtimabile quando intereſt accuſatoris, puta ſi eius vxor in adulterio deprahenſa ſit, vel quando non illius intereſt, vt ſi extraneum in aliquo crimine deprehenderit, ſed ob nullum ex iis poteſt dici ius illud æſtimabile: non quidem ob prius, quia læſus honor accuſatoris eſt bonum ſuperioris ordinis, quod nemo tenetur reparare bono inferioris ordinis, aliàs poſſem eum qui de me grauiter detraxiſſet adſtringere ad reſtitutionem pecuniariam & vti compenſatione; neque ob poſterius, quia ius accuſandi aliquem non eſt eiuſmodi res quæ vendi aut emi poſſit: eſſet enim iniqua pecuniæ coactio. 2. ſi vera ſit contraria ſententia, poterit aliquis clerico inſidias ſtruere vt eum in loco ſuſpecto deprehendat, & ab eo pecuniam extorqueat metu accuſationis, quod certè nec fieri nec conſuli debet.

Dices, contra priorem opinionem ponamus eum, de quo eſt quæſtio exegiſſe à Caio donationem omnium bonorum ſuorum: ſequitur ex allatâ doctrinâ poſſe illa retinere quod ſane perabſurdum eſt, reſpondet Leſſius ibidem n. 45. negando ſequelam, idem dic ſi exegiſſet maiorem partem bonorum, vel aliquem damnoſum contractum, tunc enim teneretur ad reſtitutionem non quidem integram, ſed iuxta viri prudentis arbitrium, vt ita ſeruetur proportio inter ius quo cedit accuſator, & rem quam à reo accipit.

Quæres 2. An idem teneatur ad reſtitu-

Digitized by Google

tionem ſi non habuerit animum accuſandi, v.g. adulterum vxoris, ſed ſolum terrendi vt pecuniam exigeret?

R. 1. Authores prioris ſententiæ non conuenire inter ſe. Affirmat Bonacina cum aliis loco ſupra laudato num. 13. teneri ad reſtitutionem, quia hic dolus interuenit quem ſi Caius ſciuiſſet, non contraxiſſet nec dediſſet pecuniam quæ exigebatur. Negant Sanchez cum aliis lect. 4. de matrimonio diſputatione 9. & Leſſieus libro citato num. 42. 1. quia licet ille de quo hic agitur, non habeat animum accuſandi, hoc tamen iure poterat, ſed ius illud eſt prætio æſtimabile, ſiue vti eo voluerit ſiue non; inquit Leſſius, ergo &c. 2. dolus ille non eſt iniurioſus: atqui ſolus ex eodem Leſſio iniurioſus dolus irritat contractum, quando contrahens non contraxiſſet ſi dolum agnouiſſet. 3. Caius non dedit illi pecuniam vt deponeret animum accuſandi, ſed vt reipſa non accuſaret: atqui non accuſauit vt ſupponimus; ergo non tenetur ad reſtitutionem pecuniæ traditæ.

LECTIO VII.

De illis qui poſſunt, vel non poſſunt contrahere.

QVAERES 1. Quinam poſſint contrahere?

R. Omnes habentes vſum rationis modò habeant bonorum ſuorum adminiſtrationem & ius poſitiuum non ipſis adimat facultatem contrahendi: ratio autem cur omnes vſum rationis habentes contrahere poſſint eſt quia verum præſtare conſenſum, ideóque de ſuis rebus diſponere poſſunt. Dixi modo habeant, &c. vt indicarem prodigum cui à iudice datus eſſet curator, filiumfamilias, pupillum, minorem, monachum, vxorem, cum non habeant integram ſuarum rerum ſaltem omnium adminiſtrationem, plærumque contrahere non poſſe.

Quæres 2. An filius familias poſſit ante annos pubertatis contrahere?

Reſponſioni præmitto. 1. pubertatem incipere à decimo quarto anno completo, in maribus, & à duodecimo completo in feminis.

2. Marem dici proximum pubertati cum habet annos decem cum medio: feminam verò, cum habet nouem cum medio.

3. Filium familias habere poſſe duo bonorum genera quorum proprietate, & vſufructu gaudeat. 1. bona caſtrenſia quæ ille ac-

Q 3

quiſiuit militando, vel occaſione militiæ, vt etiam famulando regi. 2. quaſi caſtrenſia, id eſt quorum & præcedentium aliqua eſt ſimilitudo: talia ſunt quæ filius familias lucratur exercendo munus aliquod publicum; v. g. Patroni, Notarii, Iudicis, Profeſſoris, &c. talia ſunt quæ Clericus acquirit concionando, Miſſas celebrando, & alia munia eccleſiaſtica præſtando; talia item ſunt reditus beneficiorum. His poſitis.

R. 1. Filium familias qui non attigit annum pubertatis, vel pubertati proximum, non poſſe validè contrahere de bonis quorum habet proprietatem & vſumfructum, etiam cum patris conſenſu, vt expreſsè dicitur inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus §. ſed quod his verbis.

R. 2. Si tamen annum pubertati proximum attigerit, poſſe de illis contrahere ſine conſenſu patris: habet enim tunc integram eorum adminiſtrationem.

Quæres 3. An filiusfamilias habens pubertatis annos, contrahere poſſit?

R. Poſſe etiam ſine patris conſenſu, modo non contrahat in patris alteriuſue præjudicium, vt habetur § item inutilis. Inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus.

Quæres 4 An filius familias qui attigit annum pubertatis, locare poſſit alteri ſuam operam deſerendo patriam domum, inuito patre?

R. Poſſe, quia vt loquuntur juriſconſulti, filius debet quidem patri operas obſequiales, id eſt honorem & obſequium: non

tamen operas artificiales, vel induſtriales, id eſt manum & induſtriam ſuam; quod ita intelligendum eſt. 1. niſi maneat apud patrem, & ab eo alatur. 2. niſi pater ſit in graui neceſſitate; nam tunc virtute pietatis adſtringitur ad manendum in domo paterna, & conferendum omnem ſuam induſtriam commodo patris.

LECTIO VIII.

Quam obligationem contrahat filius familias mutuando pecuniam, vel aliquid aliud.

QVAERES 1. An filius familias qui cum ſub patria poteſtate ſit, pecuniam mutuatus eſt, teneatur eam ſoluere creditori?

R. 1. Teneri procul dubio ſoluere creditori ſuo pecuniam mutuatam ſi propria bona habeat, de quibus l. præcedenti num. 2. egimus.

R. 2. Prædictum filium familias qui pecuniam mutuatus eſt, non teneri paſſim in foro externo eam ſoluere creditori etiam poſt mortem patris, vt dicitur expreſsè l. 1. ff. de Senatus conſulto Macedoniano. Tria tamen hic ſunt obſeruanda. 1. enim dixi qui mutuatus fuerit pecuniam: ſi enim aliquid aliud mutuatus eſſet, priuilegio huius Senatus conſulti quod ſolum de pecunia loquitur gaudere non poſſet. Nihilominus. 2. ſi

aliquid aliud mutuatus ſit, vt inde pecuniam haberet, v.g ſi mutuatus ſit triticum, lanam, vel rem aliam vt venderet, non teneretur in foro exteriori ſoluere : quia non eſt æquum t vt creditor lucrum ex ſuo dolo capiat; ſiquidem illud mutuum in fraudem legis factum eſſe cenſetur. 3. Dixi paſſim, quia tenetur filiusfamilias in certis caſibus etiam quoad forum externum ſoluere.

1. Si filius-familias cum mutuatus eſt publicè habebatur liber à patria poteſtate.

2. Si ex iuſſu vel conſenſu patris mutuatus ſit.

3. Si pecunia à filio mutuata in patris commodum fuerit impenſa.

4. Si mutuatus ſit pro rebus omninò neceſſariis vt alimentis, veſtibus, aut libris valde neceſſariis.

R. 3. Extra dictos caſus quamuis conſtet filium-familias non teneri ſoluere creditori in foro externo : quod ad forum conſcientiæ pertinet duas eſſe Doctorum ſententias celebres.

Prima, quam tenent Reginaldus, Bonacina, & alij indicat filium familias teneri ad ſoluendum, quod iſta lex priuet tantum creditorem actione aduerſus filium-familias, vt poſſit ab eo repetere mutuum non verò liberat debitorem à naturali obligatione ſatisfaciendi creditoribus.

Altera verò iſti contraria quam Leſſius, & plures alij tuentur, putat hanc legem eximere filium familias à naturali obligatione ſoluendi debitum, idque per modum pœnæ

Digitized by Google

quam lex creditoribus infligit, vt ita occurratur incommodis quæ huiuſmodi mutua parere ſolent.

Dices 1. Ponamus filium familias promiſiſſe ſolutionem adhibito iuramento.

R. 1. Tunc eum teneri ad ſolutionem vt adimpleat iuſiurandum: alias redderetur Deus mendacij teſtis.

R. tamen 2. iuxta poſteriorem ſententiam poſſe filium-familias petere ab Epiſcopo iuramenti diſpenſationem, qua obtenta liber eſſet ab onere reſtituendi; Epiſcopus autem poterit ipſi concedere illam diſpenſationem, quia tale iuramentum videtur factum in prædictæ legis fraudem.

Dices 2. Quid ſi filius familias mutuando renunciauerit expreſsè dicto priuilegio Senatus-conſulti Macedoniani.

R. Iuxta ſecundam ſententiam poſſe adhuc illo priuilegio vti ſi velit; quod conceſſum fuit magis in fauorem parentum quam filiorum. Nam ſcire oportet hanc fuiſſe conceſſionis illius priuilegii occaſionem: erat olim Romæ fœnerator inſiguis Macedo nomine, qui mutuum dabat filius-familias grandi fœnore, cui eum ſoluendo non eſſent mortem parentibus moliebantur, vnde hanc legem quæ ab illo Macedone traxit nomen Senatus promulgauit; ex quo patet maximè in fauorem parentum latam eſſe.

LECTIO IX.

De pupillorum & minorum obligationibus.

OBSERVANDVM eſt 1. pupillum vocari puerum qui patrem non habet, ſi enim patre ac matre orbatus fuerit, dicitur orphanus: minorem verò eum appellari qui non habet viginti quinque annos completos.

Obſeruandum 2. Nomine tutoris intelligi eum qui datur pupillo vt illius perſonam & bona cuſtodiat vſque ad completum annum decimum quartum. Curatoris autem nomine illum qui datur minori, vt eius præſertim bona curet, donec ad annum vigeſimum quintum completum peruenerit.

Quæres 1. An pupillus & minor validè contrahere poſſint?

R. Non poſſe ſine conſenſu tutoris aut curatoris niſi contrahant in ſui commodum. 1. quia ſic lege ſi curatorem habens codice de in integrum reſtitutione, cauetur. 2. quia non habent liberam ſuarum rerum adminiſtrationem. Dixi niſi contrahant in ſui commodum quod illa exceptio in eadem lege, & alibi fiat.

Quæres 2. An contractus pupilli aut minoris ſine conſenſu tutoris vel curatoris initus obliget illum, cum quo pupillus aut minor contraxere?

R. Affirmatiuè quamuis enim ſit inuali-

Digitized by Google

dus reſpectu pupilli aut minoris, eſt tamen validus reſpectu alterius contrahentis quem ſupponimus fuiſſe maiorem 25. annis: aliás enim par eſſet vtriuſque ratio; vnde ſequitur pendere ex pupilli aut minoris arbitrio vt cõtractus impleatur, vel reſcindatur. Ita docent Iuriſconſulti & Caſuiſtæ iuxta leges ciuiles quas citant.

Quæres 3. An huiuſmodi contractus ſit ipſo facto irritus?

R. 1. Si pupillus aut minor contraxerint de rebus ſuis immobilibus puta domo, fundo &c. vel de mobilibus alicuius prætij, et quæ vt aiunt iureconſulti ſeruando ſeruari poſſunt, hoc eſt quæ facile non conſumuntur vſu, v.g. aurum vel argentum non ſignatum, gemmæ aulea & contractum ex ſe nullum eſſe niſi acceſſerit conſenſus tutoris aut curatoris, & ipſa iudicis authoritas, vt patet ex iure ciuili ff. de rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt ſine decreto non alienandis vel ſupponendis, & pluribus aliis locis.

R. 2. Si contraxerint de rebus aliis mobilibus ſine conſenſu tutoris aut curatoris, eos obligari tamen naturaliter & in conſcientia, non tamen ciuiliter & in foro exteriori iuxta probabiliorem ſententiam, ideòque poſſe vti beneficio reſtitutionis in integrum hoc eſt poſſe adire iudicem, vt per literas regiæ authoritatis obtineant reſciſionem contractus, vt aſſerunt omnes Doctores nixi variis legibus quas adducunt.

Digitized by Google

LECTIO X.

De argumento eodem.

QVARES I. An pupillus aut minor, qui de bonis quæ ſine iudicis authoritate alienare non poſſunt, Cum alio contraxerunt, poſſint illa priuatim repetere, non implorata iudicis ope, & an ille qui cum ipſis contraxit teneatur ea reſtituere ante condemnationem?

R. 1. Poſſe pupillum ea repetere authoritate propriâ nam beneficium reſtitutionis in integrum conceditur dumtaxat pro contractibus validis, hic autem de quo eſt quæſtio nullus eſt ergo tali beneficio non eget.

R. 2. Illum qui cum pupillo aut minore contraxit teneri ad ea bona reſtituenda ante ſententiam iudicis, quia contractus ex dictis inualidus fuit. Debet tamen ei pupillus reſtituere pecuniam traditam pro prætio: atque is de quo agimus poteſt bona pupilli retinere quodam iure ac titulo compenſationis, donec ipſi pecunia reſtituatur quod intellige ante ſententiam iudicis; nam ſi à iudice iubeatur bona ei reſtituère, tenetur obedire in conſcientia, quamuis ipſi pupillus aut minor pecuniâ non reſtituerint.

Dices, videtur iniquum vt pupillus aut minor retineant pecuniam illius cum quo contraxerunt.

R. Secuta iudicis ſententia poſſe illos iuſtè pecuniam retinere præter id in quo facti ſunt ditiores, ita putat Reginaldus citans legem catenus ff. de authoritate tutorum.

Quæres 3. An pupillus & minor qui de bonis aliis, ad quorum alienationem non requiritur decretum iudicis, contraxerunt ſine conſenſu tutorum aut curatorum, poſſint ea repetere authoritate propria?

R. 1. Probabilius eſſe non poſſe, quia ligantur obligatione naturali.

R. 2. Poſſe tamen ea recuperare implorando beneficium reſtitutionis in integrum, quo obtento, qui cum eis contraxit tenetur ad ea bona reſtituenda poſt ſententiam iudicis, & ſi pupillus aut minor non teneantur ipſi reſtituere prætium, ſed tantum id quo facti ſunt locupletiores.

LECTIO XI.

De reſtitutione in integrum.

QVAERES 1. Quid ſit reſtitutio in integrum?

R. Eſſe beneficium, fauorem, aut remedium, quò iudex perſonas læſas reſtituit in earum priſtinũ ius & ſtatum, ita vt contractus validi ante ab illis celebrati reſcindantur ſi expediat ipſis propter læſionem quam paſſæ ſunt, vel ſeruetur æqualitas prætij, ſi dictæ perſonæ in hoc grauiter læſæ fuerint. Dixi perſonas læſas, ſcilicet quæ

imprudenter contraxerunt in ſui damnum; contractus autem nomen hic ſumitur non modo strictè, ſed etiam latè, de quo egimus l.1.n.1. Dixi 2. quo iudex reſtituit, &c. vbi obſerua poſſe aliquem reſtitui à judice in priſtinum ius. 1 implorando per regias litteras ipſius authoritatem ad ſua bona repetenda ab eo cum quo iniuit contractum, puta ſi Petrus minor vendiderit prædia imprudenter Antonio, poterit eum citare coram Iudice vt in integrum reſtituatur, & obtentis litteris regiis ſua bona recuperare.

2. Excipiendo contra eum cum quo celebrauit contractum hoc eſt petendo à Iudice, vt ſe liberet ab onere ſolutionis; v.g. ſi Caius minor acceperit mutuo pecuniam à Paulo, vt eam in ludos aut potationes inſumeret, atque ab ipſo exigatur ſolutio poterit excipere contra Paulum, & obtinere à Iudice obligationis reſciſſionem.

Quæres 2. *Quinam* poſſint hoc priuilegio gaudere?

R. 1. Poſſe illo frui non modo pupillos, ſed etiam minores qui poſt vigeſimum quintum annum completum habent ſpatium quatuor annorum ad petendam reſtitutionem in integrum lege vltima C. de in integrum reſtitutione.

R. 2. Communitates, Eccleſiam puta Clerum, perſonam eccleſiaſticam pro bonis alicui beneficio addictis Monaſteria, xenodochia, & alia pia loca.

R. 3. Interdum etiam mulieres & rudiores, &c. de quibus conſule juriſtas & forenſes.

Quæres 3. An minor qui reſtituitur in integrum, & recuperat ſuam rem alienatam, ius habeat repetendi fructus illius?

R. 1. Si rem ſuam alienauerit per gratuitum contractum, v. g. donationem imprudenter factam, ius habere repetendi fructus detractis tamen expenſis à donatario factis, v. g. in colendis agris, fructibus colligendis, reficienda domo, &c. quia cenſetur læſus nedum in re, ſed etiam in eius fructibus.

Dixi 1. Donationem imprudenter factam, ſi enim cum iuſta cauſa donauerat, non cenſeretur eſſe læſus. Dixi 2. detractis expenſis, vt conſtat ex dictis in caſu pari, vbi de reſtitutione in genere.

R. 2. Si alienauerit oneroſo contractu, diſtinguendum eſſe; nam 1. ſi vendiderit v. g. rem ſuam iuſto prætio non poteſt fructus eius repetere, quia non fuit læſus quantum ad illos cum pecuniâ emptoris vſus fuerit. 2. ſi autem non vendiderit iuſto prætio poteſt repetere fructus habita ratione læſionis.

Quæres 4. An minor habens ius reſtitutionis in integrum, poſſit vti occulta compenſatione, quando videt ſe non poſſe obtinere illam reſtitutionẽ ſine magnis expẽſis?

R. Probabilius videri eum plerumque id non poſſe. 1. quia nemo ſibi ius dicere poteſt authoritate propria. 2. beneficium reſtitutionis in integrum à iure minoribus, ita conceditur vt eis à Iudice tribuatur. Dixi plerumque, nam ſi conſtaret de manifeſta læſione, tunc occulta compenſatio licita eſſet modò nullius aliundè obex occurreret.

Digitized by Google

LECTIO XII.

Quænam culpa in contractibus admiſſa obliget ad reſtitutionem.

NOTA 1. Duplicem aſſignari culpam, nimirùm Theologicam quæ eſt peccatum mortale aut veniale, de quâ hic non agimus: & iuridicam quæ definitur omiſſio diligentiæ quam tenemur adhibere in aliquo negotio, ac de illâ nobis ſermo eſt.

Nota 2. Culpam iuridicam ſubdiuidi à Doctoribus in grauem, leuem & leuiſſimam.

Grauis eſt, omiſſio illius cautelæ ac diligentiæ, quâ communiter homines vti ſolent in ſuis negotiis: puta ſi ex obliuione vel inaduertentiâ reliqueris librum à te mutuatum, ante fores domus vel in media via, aut ſi ea ignores quæ tuæ profeſſionis homines vulgò ſciunt.

Leuis, dicitur omiſſio diligentiæ & circunſpectionis quam adhibent prudentiores alicuius conditionis: vt ſi eumdem librum in aperto cubiculo reliqueris.

Denique leuiſſimam vocant, illius cautelæ omiſſionem quâ prudentiſſimi vtuntur: talis eſſet illius culpa, qui commodatum librum in arcâ poneret, quam ſciens primâ vice non claudi, omiſiſſet iterùm inſpicere, vt mos eſt diligentiſſimis, an verè clauſa eſſet.

Quæres 1. An peccatum reperiatur in culpâ iuridicâ? R. Interdùm reperiri, non ta-

men ſemper non reperitur, cum fuit obliuio vel inaduertentia quæ vituperari nequit: reperitur, ſi adfuerit dubium aliquod, metus aut præuiſio culpæ?

Quæres 2. An culpa iuridica peccato carens obliget ad reſtitutionem in foro conſcientiæ, vel ſolùm in foro externo?

R. Communem opinionem docere illam obligare ad reſtituendum in conſcientiâ: quia leges quæ reſtitutionem iniungunt propter culpam iuridicam, licet ob inaduertentiam vel obliuionem peccatum abfuerit, conſentaneæ ſunt æquitati naturali, & contrahentes cenſentur tacitè conſenſiſſe ad earum rigorem ſubeundum. Ita Reginaldus, Leſſius, Filiucius, Bonacina, & alij contra Sotum, & quoſdam alios.

LECTIO XIII.

Quandonam culpa iuridica obliget ad reſtitutionem.

QVÆRES 1. In quo caſu obliget ad reſtitutionem culpa iuridica?

Reſponſioni præmitto aliquos fieri contractus. 1. ad vtilitatem ſolius accipientis, vt commodatũ libri, vaſorũ, &c. 2. alios in cõmodum ſolius tradentis, vt depoſitum ferè. 3. Alios in fauorem vtriuſque contrahentis, qualis eſt venditio, conductio, &c. iam.

R. 1. In contractibus primi generis, excepto precario, accipientem, qui commiſit cul-

pam nedum leuem, ſed etiam leuiſſimam, teneri ad reſtitutionem: quia naturalis æquitas poſtulat, vt qui rem alterius in ſolam ſui commodum accepit, in eâ cuſtodiendâ maximam adhibere diligentiam teneatur, quã ſi non adhibeat, reſtitutioni obnoxius ſit. Dixi excepto contractu precarij: quia tradẽs aliquid alteri precario, illud ad libitum repetere poteſt, non autem qui commodauit.

R. 2. In contractibus ſecundi generis, accipientem teneri ſolùm reſtituere ob culpã grauẽ: quia cum rem in ſolam tradentis vtilitatem acceperit, æquum eſt vt ob ſolam grauem culpam reſtituere debeat.

R. 3. In contractibus tertij generis accipientẽ teneri reſtituere ſi commiſerit culpã grauem aut leuem: hoc enim æquitas exigit, cum huiuſmodi contractus in vtriuſque partis vtilitatem cedant.

Quæres 2. An qui rem alterius aliquo contractu accepit, reſtituere teneatur, ſi ea fortuitò deterior facta ſit, aut perierit? R. Negatiuẽ niſi fuerit pactum aut mora. 1. enim caſus fortuitus præuideri ac vitari etiam diligentiſſimâ cautelâ non poteſt. 2. nemo ſe ad caſum fortuitum obligare eumque in ſe accipere velle cenſetur, niſi pactum præceſſerit. Quamobrem.

Dixi 1. Niſi fuerit pactum, nam in eo caſ teneretur ad reſtitutionem; ita qui merces mari tranſuehunt ſuo periculo, & ob id accipiunt prætium, ſi illæ etiam caſu perierint ad reſtitutionem obligantur.

Dixi 2. Niſi fuerit mora: nam reſtituendi

mora facit reum accipientem; vnde ſi Petrus v.g. tibi librum cõmodauerit eâ lege vt eum ipſi octauo die reddas: ſi poſt elapſum diem octauum tibi ſurripiatur aut alio caſu pereat, teneris ad reſtitutionem, quia conſtituto die non reddidiſti.

TRACTATVS XV.

De Contractibus in particulari, ac 1. de emptione & venditione.

LECTIO I.

De emptionis definitione.

QVÆRES, quid ſit emptio? R. Eſſe contractum mutuo conſenſu celebratum qui reciprocè obligat emptorem ac venditorem: illum quidem ad pretium pro merce ſoluendum, iſtum verò ad mercem tradendam pro pretio.

Dixi 1. Qui reciprocè obligat: eſt enim contractus onerosus.

Dixi 2. Pretium id eſt pecuniam: in quo emptio differt à permutatione, ſiquidem in ea res cum re commutatur ſine vllo pretio; vt fiebat in exordio mundi ante inuentum pecuniæ vſum, quem deinde homines ad maiorem ſui commoditatem inſtituerunt, vt pecunia eſſet quaſi menſura rerum omnium quæ vendi & emi ſolent.

Dixi 3. Pro merce: quo nomine intelligitur quidquid vendi poteſt, vt bona immobilia, videlicet prædia, domus, & mobilia, vt merces, fructus terræ, item omnia iura, denique omnia venalia.

LECTIO II.

De illo qui emit à poſſeſſore malæ fidei.

OBSERVA nos poſſe aliquid emere à poſſeſſore malæ fidei duobus modis. 1. ſi emamus res ex furto, vel aliâ iniuſtitiâ prouenientes quarum ipſe dominus eſt. 2. ſi emamus rem alterius quam ille habet in ſpecie. de primo hic agetur; de altero in ſequenti lectione.

Quæres 1. An ille qui emit à poſſeſſore malæ fidei res ex furto, vel iniquitate aliâ prouenientes, quarum tamen fur dominus eſt, ad reſtitutionem teneatur? R. Negatiuè, niſi emerit in fraudem creditorum poſſeſſoris malæ fidei.

1. Dixi eum non teneri ad reſtitutionem: quia emit ab eo qui dominiũ eiuſmodi rerũ transferre potuit, cum illarum dominus eſſet: quod verum eſt, licet emptor nouerit ſuum venditorem eſſe malæ fidei poſſeſſorẽ.

2. Dixi niſi emerit in fraudem creditorum poſſeſſoris malæ fideit; v. g. ſi emerit aduertens eum velle in potationes, ludos, & his ſimilia pecuniam pro rei pretio tradendam inſumere, atque ideò non fore ſoluendo

creditoribus ſuis; ratio exceptionis eſt, quod in illo caſu emptor cooperetur iniquæ actioni quâ malæ fidei poſſeſſor lædit creditores ſuos, cum reddit ſe imparem ſoluendo.

Quæres 2. quandonam poſſeſſor malæ fidei cenſeatur adeptus dominium rei furtiuæ aut alio iniquo modo partæ? R. Sæpiùs id poſſe contingere, ſed maximè in hoc duplici caſu. 1. Cum aliquis vendidit rem à proximo iniuſtè acceptam; habet enim dominium pecuniæ ex tali venditione acceptæ, vt poſteà videbimus.

2. Cum eam ita rebus ſuis miſcuit, vt diſcerni ab illis nequeat; v.g. cum alterius triticum, vinum, oleum, pecuniam cum ſuo tritico, &c. ita confudit, vt hæc iam non poſſint diſtingui ab inuicem, tunc enim malæ fidei poſſeſſor eſt omnium dominus, iuxta deciſionem Doctorum vtriuſque iuris; quia tali commiſtione poſitâ, vt triticum v.g. Petri à tritico furis non valeat diſcerni, præſtat dicere totum aceruum eſſe illius qui ſurripuit, quamuis teneatur ad reſtitutionem illati damni.

Dices, inde ſequi graue abſurdum: nam ſi fur notabilem tritici, v. g. quantitatem ſurripuerit, eamque cum exiguo ſui tritici aceruo confuderit, ſequeretur ex dictis totius tritici dominium pertinere ad furem, quod ſenſui communi repugnat.

R. 1. Cum in tali caſu quantitas ſurrepta excedat longè quantitatem tritici ad furem pertinentem: videri, vt bene Vaſques obſeruat opuſc. de reſtitut. c. 9. 2. dub. 3. n. 27.

furem non eſſe dominum totius aceruí, quia iuxta vulgare dictum, parum pro nihilo reputatur.

R. 2. Non poſſe in hac materiâ certam regulam aſſignari, cum nihil Doctores definierint: ſed videantur ſupponere furem eſſe totius dominum, quamuis res furtiua excedat in quantitate rem furis cum quâ miſcetur, niſi exceſſus fuerit valde notabilis.

LECTIO III.

De illo qui emit à poſſeſſore malæ fidei rem alterius in ſpecie.

OBSERVA nos emere poſſe rem alterius in ſpecie. 1. bonâ fide. 2. malâ id eſt ſcientes aut dubitantes rem non pertinere ad venditorem. De priori caſu hîc, de altero in ſequenti lectione agetur.

Quæres 1. An ille qui emit bonâ fide rem alterius in ſpecie, teneatur ad reſtitutionem, vbi intelligit fuiſſe alienam?

R. Teneri ad eam reſtituendam: quia res pro domino clamat, & dominus non amiſit eius dominium.

Dices, poſſetne illam reddere furi, vt ſuam pecuniam recuperaret.

R. Duas eſſe opiniones quarum communior id fieri poſſe affirmat. 1. quia nemo tenetur aliorum potiùs indemnitati conſulere quàm ſuæ. 2. quia emptor non conſtituit rẽ in peiori ſtatu, ſed eodem quo erat antea.

Quæres 2. Quid in iſto caſu dicendum ſit. Petrus emerat equum à Paulo bonâ fide, quem Paulus Ioanni ſurripuerat: eumdem re ſibi adhuc ignotâ vendidit Antonio, à quo Ioannes ſuum equum vi aut iudicis authoritate recuperauit; quæritur an Petrus teneatur Antonio pecuniam reſtituere, quam ab ipſo acceperat in pretium equi, an vero ſit ſatis, vt ei cedat ius agendi in Paulum furem?

R. Multò probabilius eſſe, Petrum teneri reſcindere contractum, & pecuniam reſtituere Antonio, par enim eſt iſtius ratio ac vitioſæ rei venditoris, quem poſteà dicemus teneri ad reſciſſionem contractus: quia emptor non cenſetur emere voluiſſe rem vitio affectam: nec enim emere voluiſſet, ſi vitium agnouiſſet, ita pariter Antonius non emiſſet equum, ſi ſciuiſſet eſſe ſurreptum, ergo Petrus debet illi ſuam pecuniam reſtituere.

Dices 1. Sed Petrus opponet, ſe bonâ fide illum equum emiſſe.

R. Quamuis ita ſit, non ideò æquum eſſe vt recuſet Antonio pecuniæ ipſius reſtitutionem; deceptus quidem fuit à Paulo, ſed hoc ei nullum dat ius decipiendi ac lædendi Antonium: ita ille, vt alibi dicemus, qui bonâ fide pecuniam adulterinam accepit, non poteſt eam inſumere: aut ſi alicui tradiderit, aliam legitimæ notæ dare debet.

Dices 2. quid ſi Antonius equum ſponte Ioanni reſtituat, num Petrus tenebitur An-

tonio pecuniam reſtituere; Petrus enim dicere poterit, ſi me Antonius monuiſſet, illi pecuniam ipſius, & receptum ab eo equum Paulo reddidiſſem: itaque recuperatâ pecuniâ nullum damnum incurriſſem.

R. 1. Si conſtet Petrum ſuam á Paulo equi ſure pecuniam recuperare potuiſſe, modo ipſum monuiſſet Antonius & illi equum reddidiſſet, Petrum non teneri ad reſtituendum Antonio qui cauſa eſt dãni Petri in eo caſu.

R. 2. Præter eum caſum, teneri Petrum ad reſtitutionem.

Quæres 3. Si Antonius v. g. cui equum à te bonâ fide emptum, bonâ fide vendidiſti, domino equi comparente, non reperiatur; an tenearis Ioanni, quem equi dominum ſuppono reſtitutionem facere?

R. Minimè, quia nec teneris ratione detentionis, cum non habeas equum, nec ratione iniuſtæ acceptionis, cum emeris equum bonâ fide.

Dices, habere te pretium equi, ergo detinere rem Ioannis. R. Te huius pretij dominium per venditionem equi adeptum eſſe, vt colligitur ex dictis lect. præcedenti qu. 2. & fuſiùs infrà dicendis: ſed tamen obligaris domino reſtituere, id in quo factus es ditior, puta ſi pluris equum vendideris quam emeras, deductis equi expenſis.

Lectio 4.

LECTIO IV.

De illo qui emit malâ ſide rem alterius in ſpecie.

QVÆRES 1. An ille, qui emit malâ fide rem alterius in ſpecie, teneatur eam Domino reſtituere, vel poſſit eam reddere furi venditori, vt ſuam pecuniam recuperet.

R. Multò probabilius eſſe illum teneri rem Domino reſtituere, quamuis incurrat periculum amittendi prætii: quia cum ſciret eſſe rem furtiuam, non potuit eam emere ſine iniuriâ Domini; quamobrem ſibi pecuniæ iacturam imputet: quam recuperandi nullum habet ius, vt idcircò rem furtivam reddere furi poſſit. Leſſius l. 2. c. 14. dub. 3. n. 19.

Dices ſi tantùm dubitaret eſſe alienam.

R. Teneri etiam reſtituere, quia dubium reddit eum malæ fidei poſſeſſorem, vt ex dictis alibi patet.

Quæres 2. An detur aliquis caſus in quo malâ fide rem alterius emens non teneatur ad reſtitutionem, quamuis à poſſeſſore iniquo emiſſet rem alterius in ſpecie.

R. Eſſe valde probabile, eum qui emit à fœneratore triticum v. g. quod fœnerator pro vſuris accepit, non teneri ad reſtitutionem: quia licet emerit rem alienam in ſpecie, Dominus tamen cenſetur tacitè conſentire: ſi enim rogaretur, veriſimile eſt reſponſurum te

R

LECTIO XII.

Quanam culpa in Contractibus admiſſa obliget ad reſtitutionem.

NOTA 1. Duplicem aſſignari culpam, nimirum Theologicam quæ eſt peccatum mortale aut veniale, de quâ hic non agimus: & iuridicam quæ definitur omiſſio diligentiæ quam tenemur adhibere in aliquo negotio, ac de illâ nobis ſermo eſt.

Nota 2. Culpam iuridicam ſubdiuidi à Doctoribus in grauem, leuem & leuiſſimam.

Grauis eſt, omiſſio illius cautelæ ac diligentiæ, quâ communiter homines vti ſolent in ſuis negotiis: puta ſi ex obliuione vel inaduertentiâ reliqueris librum à te mutuatum ante fores domus vel in media via, aut ſi ea ignores quæ tuæ profeſſionis homines vulgò ſciunt.

Leuis, dicitur omiſſio diligentiæ & circunſpectionis quam adhibent prudentiores alicuius conditionis: vt ſi eumdem librum in aperto cubiculo reliqueris.

Denique leuiſſimam vocant, illius cautelæ omiſſionem quâ prudentiſſimi vtuntur: talis eſſet illius culpa, qui commodatum librum in arcâ poneret, quam ſciens primâ vice non claudi, omiſiſſet iterùm inſpicere, vt mos eſt diligentiſſimis, an verè clauſa eſſet.

Quæres 1. An peccatum reperiatur in culpâ iuridicâ? R. Interdùm reperiri, non ta-

men ſemper non reperitur, cum fuit obliuio vel inaduertentia quæ vituperari nequit: reperitur, ſi adfuerit dubium aliquod, metus aut præuiſio culpæ?

Quæres 2. An culpa iuridica peccato carens obliget ad reſtitutionem in foro conſcientiæ, vel ſolùm in foro externo?

R. Communem opinionem docere illam obligare ad reſtituendum in conſcientiâ: quia leges quæ reſtitutionem iniungunt propter culpam iuridicam, licet ob inaduertentiam vel obliuionem peccatum abfuerit, conſentaneæ ſunt æquitati naturali, & contrahentes cenſentur tacitè conſenſiſſe ad earum rigorem ſubeundum. Ita Reginaldus, Leſſius, Filiucius, Bonacina, & alij contra Sotum, & quoſdam alios.

LECTIO XIII.

Quandonam culpa iuridica obliget ad reſtitutionem.

QVÆRES 1. In quo caſu obliget ad reſtitutionem culpa iuridica?

Reſponſioni præmitto aliquos fieri contractus. 1. ad vtilitatem ſolius accipientis, vt commodatū libri, vaſorū, &c. 2. alios in cōmodum ſolius tradentis, vt depoſitum ferè. 3. Alios in fauorem vtriuſque contrahentis, qualis eſt venditio, conductio, &c. iam.

R. 1. In contractibus primi generis, excepto precario, accipientem, qui commiſit cul-

pam nedum leuem, ſed etiam leuiſſimam, teneri ad reſtitutionem: quia naturalis æquitas poſtulat, vt qui rem alterius in ſolum ſui commodum accepit, in eâ cuſtodiendâ maximam adhibere diligentiam teneatur, quã ſi non adhibeat, reſtitutioni obnoxius ſit. Dixi excepto contractu precarij: quia tradẽs aliquid alteri precario, illud ad libitum repetere poteſt, non autem qui commodauit.

R. 2. In contractibus ſecundi generis, accipientem teneri ſolùm reſtituere ob culpã grauẽ: quia cum rem in ſolam tradentis vtilitatem acceperit, æquum eſt vt ob ſolam grauem culpam reſtituere debeat.

R. 3. In contractibus tertij generis accipientẽ teneri reſtituere ſi commiſerit culpã grauem aut leuem: hoc enim æquitas exigit, cum huiuſmodi contractus in vtriuſque partis vtilitatem cedant.

Quæres 2. An qui rem alterius aliquo contractu accepit, reſtituere teneatur, ſi ea fortuitò deterior facta ſit, aut perierit? R. Negatiuè niſi fuerit pactum aut mora. 1. enim caſus fortuitus præuideri ac vitari etiam diligentiſſimâ cautelâ non poteſt. 2. nemo ſe ad caſum fortuitum obligare eumque in ſe recipere velle cenſetur, niſi pactum præceſſerit. Quamobrem.

Dixi 1. Niſi fuerit pactum, nam in eo caſ teneretur ad reſtitutionem; ita qui merce mari tranſuehunt ſuo periculo, & ob id accipiunt prætium, ſi illæ etiam caſu perierint ad reſtitutionem obligantur.

Dixi 2. Niſi fuerit mora: nam reſtituendi

mora facit reum accipientem; vnde ſi Petrus v.g. tibi librum cõmodauerit eâ lege vt eum ipſi octauo die reddas: ſi poſt elapſum diem octauum tibi ſurripiatur aut alio caſu pereat, teneris ad reſtitutionem, quia conſtituto die non reddidiſti.

TRACTATVS XV.

De Contractibus in particulari, ac 1. de emptione & venditione.

LECTIO I.

De emptionis definitione.

QVÆRES, quid ſit emptio?

R. Eſſe contractum mutuo conſenſu celebratum qui reciprocè obligat emptorem ac venditorem: illum quidem ad pretium pro merce ſoluendum, iſtum verò ad mercem tradendam pro pretio.

Dixi 1. Qui reciprocè obligat: eſt enim contractus oneroſus.

Dixi 2. Pretium id eſt pecuniam: in quo emptio differt à permutatione, ſiquidem in ea res cum re commutatur ſine vllo pretio; vt fiebat in exordio mundi ante inuentum pecuniæ vſum, quem deinde homines ad maiorem ſui commoditatem inſtituerunt, vt pecunia eſſet quaſi menſura rerum omnium quæ vendi & emi ſolent.

Dixi 3. Pro merce: quo nomine intelligitur quidquid vendi poteſt, vt bona immobilia, videlicet prædia, domus, & mobilia, vt merces, fructus terræ, item omnia iura, denique omnia venalia.

LECTIO II.

De illo qui emit à poſſeſſore malæ fidei.

OBSERVA nos poſſe aliquid emere à poſſeſſore malæ fidei duobus modis. 1. ſi emamus res ex furto, vel aliâ iniuſtitiâ prouenientes quarum ipſe dominus eſt. 2. ſi emamus rem alterius quam ille habet in ſpecie. de primo hic agetur; de altero in ſequenti lectione.

Quæres 1. An ille qui emit à poſſeſſore malæ fidei res ex furto, vel iniquitate aliâ prouenientes, quarum tamen fur dominus eſt, ad reſtitutionem teneatur? R. Negatiuè, niſi emerit in fraudem creditorum poſſeſſoris malæ fidei.

1. Dixi eum non teneri ad reſtitutionem: quia emit ab eo qui dominiũ eiuſmodi rerũ transferre potuit, cum illarum dominus eſſet: quod verum eſt, licet emptor nouerit ſuum venditorem eſſe malæ fidei poſſeſſorẽ.

2. Dixi niſi emerit in fraudem creditorum poſſeſſoris malæ fidei; v. g. ſi emerit aduertens eum velle in potationes, ludos, & his ſimilia pecuniam pro rei pretio tradendam inſumere, atque ideò non fore ſoluendo

creditoribus ſuis; ratio exceptionis eſt, quod in illo caſu emptor cooperetur iniquæ actioni quâ malæ fidei poſſeſſor lædit creditores ſuos, cum reddit ſe imparem ſoluendo.

Quæres 2. quandonam poſſeſſor malæ fidei cenſeatur adeptus dominium rei furtiuæ aut alio iniquo modo partæ? R. Sæpiùs id poſſe contingere, ſed maximè in hoc duplici caſu. 1. Cum aliquis vendidit rem à proximo iniuſtè acceptam; habet enim dominium pecuniæ ex tali venditione acceptæ, vt posteà videbimus.

2. Cum eam ita rebus ſuis miſcuit, vt diſcerni ab illis nequeat; v.g. cum alterius triticum, vinum, oleum, pecuniam cum ſuo tritico, &c. ita confudit, vt hæc iam non poſſint diſtingui ab inuicem, tunc enim malæ fidei poſſeſſor eſt omnium dominus, iuxta deciſionem Doctorum vtriuſque iuris; quia tali commiſtione poſitâ, vt triticum v.g. Petri à tritico furis non valeat diſcerni, præſtat dicere totum aceruum eſſe illius qui ſurripuit, quamuis teneatur ad reſtitutionem illati damni.

Dices, inde ſequi graue abſurdum: nam ſi fur notabilem tritici, v. g. quantitatem ſurripuerit, eamque cum exiguo ſui tritici aceruo confuderit, ſequeretur ex dictis totius tritici dominium pertinere ad furem, quod ſenſui communi repugnat.

R. 1. Cum in tali caſu quantitas ſurrepta excedat longè quantitatem tritici ad furem pertinentem: videri, vt bene Vaſques obſeruat opuſc. de reſtitut. c.9. 2.dub.3. n.27.

furem non eſſe dominum totius acerui, quia iuxta vulgare dictum, parum pro nihilo reputatur.

R. 2. Non poſſe in hac materiâ certam regulam aſſignari, cum nihil Doctores definierint: ſed videantur ſupponere furem eſſe totius dominum, quamuis res furtiua excedat in quantitate rem furis cum quâ miſcetur, niſi exceſſus fuerit valde notabilis.

LECTIO III.

De illo qui emit à poſſeſſore malæ fidei rem alterius in ſpecie.

OBSERVA nos emere poſſe rem alterius in ſpecie. 1. bonâ fide. 2. malâ id eſt ſcientes aut dubitantes rem non pertinere ad venditorem. De priori caſu hic, de altero in ſequenti lectione agetur.

Quæres 1. An ille qui emit bonâ fide rem alterius in ſpecie, teneatur ad reſtitutionem, vbi intelligit fuiſſe alienam?

R. Teneri ad eam reſtituendam: quia res pro domino clamat, & dominus non amiſit eius dominium.

Dices, poſſetne illam reddere furi, vt ſuam pecuniam recuperaret.

R. Duas eſſe opiniones quarum communior id fieri poſſe affirmat. 1. quia nemo tenetur aliorum potiùs indemnitati conſulere quàm ſuæ. 2. quia emptor non conſtituit rẽ in peiori ſtatu, ſed eodem quo erat antea.

Digitized by Google

Quæres 2. Quid in iſto caſu dicendum ſit. Petrus emerat equum à Paulo bonâ fide, quem Paulus Ioanni ſurripuerat: eumdem re ſibi adhuc ignotâ vendidit Antonio, à quo Ioannes ſuum equum vi aut iudicis authoritate recuperauit; quæritur an Petrus teneatur Antonio pecuniam reſtituere, quam ab ipſo acceperat in pretium equi, an verò ſit ſatis, vt ei cedat ius agendi in Paulum furem?

R. Multò probabilius eſſe, Petrum teneri reſcindere contractum, & pecuniam reſtituere Antonio, par enim eſt iſtius ratio ac vitioſæ rei venditoris, quem poſteà dicemus teneri ad reſciſſionem contractus: quia emptor non cenſetur emere voluiſſe rem vitio affectam: nec enim emere voluiſſet, ſi vitium agnouiſſet, ita pariter Antonius non emiſſet equum, ſi ſciuiſſet eſſe ſurreptum, ergo Petrus debet illi ſuam pecuniam reſtituere.

Dices 1. Sed Petrus opponet, ſe bonâ fide illum equum emiſſe.

R. Quamuis ita ſit, non ideò æquum eſſe vt recuſet Antonio pecuniæ ipſius reſtitutionem; deceptus quidem fuit à Paulo, ſed hoc ei nullum dat ius decipiendi ac lædendi Antonium: ita ille, vt alibi dicemus, qui bonâ fide pecuniam adulterinam accepit, non poteſt eam inſumere: aut ſi alicui tradiderit, aliam legitimæ notæ dare debet.

Dices 2. quid ſi Antonius equum ſponte Ioanni reſtituat, num Petrus tenebitur An-

LECTIO IV.

De illo qui emit malâ fide rem alterius in ſpecie.

QVÆRES I. An ille, qui emit malâ fide rem alterius in ſpecie, teneatur eam Domino reſtituere, vel poſſit eam reddere furi venditori, vt ſuam pecuniam recuperet.

R. Multò probabilius eſſe illum teneri rem Domino reſtituere, quamuis incurrat periculum amittendi prætii: quia cum ſciret eſſe rem furtiuam, non potuit eam emere ſine iniuriâ Domini; quamobrem ſibi pecuniæ iacturam imputet: quam recuperandi nullum habet ius, vt idcircò rem furtivam reddere furi poſſit. Leſſius l. 2. c. 14. dub. 3. n. 19.

Dices ſi tantùm dubitaret eſſe alienam.

R. Teneri etiam reſtituere, quia dubium reddit eum malæ fidei poſſeſſorem, vt ex dictis alibi patet.

Quæres 2. An detur aliquis caſus in quo malâ fide rem alterius emens non teneatur ad reſtitutionem, quamuis à poſſeſſore iniquo emiſſet rem alterius in ſpecie.

R. Eſſe valde probabile, eum qui emit á fœneratore triticum v. g. quod fœnerator pro vſuris accepit, non teneri ad reſtitutionem: quia licet emerit rem alienam in ſpecie, Dominus tamen cenſetur tacitè conſentire: ſi enim rogaretur, veriſimile eſt reſponſurum te

R

hoc minimè curare. Leſſius l. 2. c. 20. dub. 19. num. 166.

LECTIO V.

De pretio quo res emi poſſunt.

QVæres 1. Vtrùm emere liceat, quanto minori pretio poteris.

R. Perabſurdum eſſe id opinari, ſed rem iuſto ſemper emendam eſſe pretio; quod in omnibus æquitas ſeruanda ſit.

Quæres 2. Quænam ſit iuſtum pretium.

R. Aſſignari duplex, nimirùm legitimum quod à principe vel magiſtratu definitur, & naturale ſeu commune quod à vulgari hominum æſtimatione pendet. Hanc verò inter vtrumque differentiam ponunt: quod legitimum conſiſtat in indiuiſibili, nec vllam habeat latitudinē quā ſi quis excedat, & ſi leuiter in eo peccat. Naturaliter verò pretium habet aliquam latitudinē, quam modò non tranſilias iuſte cenſeris emere, illaque diuiditur in tres quaſi gradus videlicet in pretium ſupremum ſeu rigoroſum, medium ſeu moderatum, & infimum ſeu pium: v. g. ſi pretium vulgare fuerit 10. aſſium, ſupremum erit 11. & infimum 9. ſi pretium commune ſit 100. librarum, ſupremum erit 105. & infimum 95.

Quæres 3. An teneamur ſtare iuſto pretio.

Reſponſioni præmitto nos hic agere de empto re, acturus poſteà de venditore.

R. Igitur 1. Affirmatiuè ſi vniuerſim loquamur.

R. 2. Dari tamen aliquas circunſtantias in quibus licet emere viliori etiam pretio quam communi & infimo.

Prima eſt modus emendi puta ſi rem emas quæ ſub haſta venditur, nam in tali caſu modo abſit fraus, potes emere viliſſimo pretio.

Secunda eſt copia mercium ita ſi captâ ciuitate in bello iuſto ſpolia emas á milite vili prætio, idem accidit in fine nundinarum.

Tertia quando rogatus à venditore vt rem emas quâ non eges nam iuxta vulgare dictum merces vltroneæ ſeu quæ vltro offeruntur emptoribus pro tertia parte vileſcunt.

Quæres 4. An liceat emere vili pretio à venditore qui egeſtate compellitur ad vendendum.

R. Probabile eſt licere ſine iniuria rem quâ non indiges minoris pro tertia parte iuſti pretij emere: quia ex dictis merces quas rogamur emere;pro tertia parte vileſcunt. Si tamen intra tertiam partem emeris vt ſæpe contingit in annis ſterilitatis, debes reſtituere defectum pretij vſque ad tertiam partem pro qua diximus vltroneas merces vileſcere de quo monere debent Confeſſarij emptoris, quibus etiam non permittent emere tam vili prætio, cum id ſæpius Chriſtianæ charitati aduerſetur quamuis ſi reipſa emerint hoc tolerari poſſit, modo vt dixi non deſcenderint infra tertiam partem.

Quæres 5. An ille teneatur ad reſtituendum quod deficit ad iuſtum pretium qui emit rem

Digitized by Google

viliſſimo prætio ab eo qui eius valorem igno-rabat, & quem ſupponimus nulla egeſtate compelli ad vendendum.

Reſpondeo teneri quia venditor non cen-ſetur liberè vendidiſſe: nam ſi rei valorem ag-nouiſſet maiori utique prætio vendidiſſet.

Dices ex iure tenetur ſolum reſtituere juſti prætij defectum qui emit infra dimidium il-lius, putà ſi emerit 47 aut. 48. libris rem, quæ 100. æſtimatur iuxta prætium iuſtum.

R. *Id* quidem iura ſtatuiſſe pro foro exte-riori, vt innumeras lites amputarent quæ ſu-binde oriuntur ex varijs pretextibus læſio-num, ſed eorum decreta non reſpicere forùm interiùs in quo tenetur deceptor ad compen-ſationem iuſti prætij ex æquitate naturali.

LECTIO. VI.

Vtrum credita vili prætio emi poſſint.

QVÆRES I. An poſſis emere à Petro v. g. nongentis nummis credita mille nummorum quæ ipſi debentur à Rege, Domi-no, communitate, &c.

R. Poſſe licitè, modo ſolutio ſine magnis moleſtiis & expenſis obtineri nequeat, vel am-bigua ſit, aut aliæ circunſtantiæ occurrant, propter quas eiuſmodi creditum minoris va-lere cenſetur.

Quæres 2. quid ſi nihil horum adſit, & ſolu-tio certa fuerit.

R. Probabilius eſſe quod non liceat in tali

zed by Google

caſu creditum minoris emere: quia talis emptio videtur uſura palliata & mutuum implicitum; ponamus enim Caium v. g. emere prætio 90. librarum à paulo creditum 100. quæ illi debentur á Ioanne: creditum in quam cuius ſolutio nullam habeat difficultatem dico perinde eſſe ac ſi Caius mutuo daret Paulo 90. libras à quo deinde 100. acciperet. Atque tunc vſuram committeret, quia ſupra ſortem aliquid à ſuo debitore exigeret ſolo mutui titulo, vt infra dicemus ergo.

Quæres 3. Quid in iſto caſu dicendum ſit. Petrus mutuo dederat Paulo 100. libras in annum, ſed illo nondum elapſo, eum conuenit rogans debiti ſolutionem, ac dicens ſe 90. libris v. g. contentum eſſe: queritur an Paulus debitor illam conditionem acceptare tuta conſcientiâ poſſit.

R. Multo probabilius eſſe non poſſe, niſi damnum emergens aut lucrum ceſſans pateretur, ſoluendo ante conſtitutum diem: eſſet enim vt in caſu præcedenti vſura palliata.

Dixi niſi pateretur, & quia tunc haberet ius deducendi lucrum illud ceſſans aut damnum emergens: cum enim adhuc non teneatur adſolutionem, ſi quidem conſtitutus terminus non adeſt, ius habet exigendi lucrum ceſſans aut damnum emergens quod patitur, ſed nihil ſupra.

Dices cenſeri Petrum condonare illas 10. libras Paulo debitori.

R. donum illud non eſſe voluntarium, ſed coactum ideoque invalidum, quamobrem non eximit à reſtitutionis onere.

Digitized by Google

LECTIO VII.

An liceat minoris & infra iuſtum pratium emere praſertim lanam, cum ſolutio anticipatur.

QVæRES I. An liceat minoris emere Lanam v. g. aut aliquid aliud propter anticipatam ſolutionem.

R. Hunc ſolum titulum non dare ius emendi minoris infra iuſtum pretium ſiue lanam ſiue alias res, quia, 1. Illa emptio & ſolutio anticipata eſt mutuum implicitum vnde fit vt venditor rem tradat emptori cum vſura illius, tunc enim pluris valet quam tempore emptionis ac ſolutionis. Ergo ibi eſt vſura palliata 2. Eccleſia definiuit Capitulo, Nauiganti de vſuris iuſtum pretium rerum venalium non eſſe deſumendum ex tempore quo celebratur contractus venditionis ſed ex eo quo res ipſæ traduntur emptori.

Quæres. 2. vtrum dentur aliqui iuſti tituli ex quibus licet Minoris emere lanam quam valitura ſit tempore quo tonderi ſolent oues

R. 1. Duas eſſe Doctorum ſententias: affirmatiuam tuentur Sotus, Molina, Sanches, Leſſius, Filucius, Bonacina & alij: negatiuam, Nauarrus, Petrus Nauarra, Reginaldus, & quidam alij

R. 2 Negatiuam eſſe magis conſentaneam æquitati & ideo ſequendam in praxi, nam altera opinio ex indulgentia orta eſt ſolumque

fucatas rationes affert, vt patebit ex diligenti examine rationum quas pro ſe afferent Doctores prioris ſententiæ.

Dicunt igitur 1. Eos qui ſic emunt, pati iacturam lucri, nam per ſolutionem anticipatam priuant ſe pecunia, qua poſſent aliquid lucrari per aliam negotiationem.

Sed contra ex dicendis vbi de vſura iuxta communem Doctorum ſenſum requiritur ad veram lucri ceſſantis rationem vt pecunia fuerit ante deſtinata alicui lucro probabili quod fere nunquam accidit in noſtro caſu; nam ſi quæſtio ſit de illis emptoribus qui hanc vnam negotiationem lanarum exerceat: Clarum omnino videtur eos, nullum poſſe prætendere lucrum ceſſans, cum ſuam pecuniam nulli alteri negotiationi deſtinauerint. Si vero ſit quæſtio de illis qui alia etiam cõmercia agunt, nullum video lucrum ceſſans, vel enim quærunt Lanas vt eas emant tumque ſatis oſtendunt ſe illarum emptione lucrari velle non autem alia ratione, vel ſi lanæ illis offerantur dico pauciſſimos repariri qui ſuam pecuniam alteri commercio deſtinauerint, imo qui eam de induſtria non reſeruarint vt lanas hieme à ruſticis emerent quos tunc ſe conuenturos ſciunt ad earum venditionem, vt inde vel tributa ſoluere vel familiam ſuſtentare poſſint addo & ſi aliquis emptor veram lucri iacturam pateretur, eam fore longe minorem lucro ex iſta emptione prouenien te.

Dicunt. 2. Emptores incurrere periculum amittendi peccuniam vel recipiendi fucatam mercem puta quod eis lanæ madidæ aut

Digitized by

ſordidæ tradantur vt ita pondus illarum creſcat, vel non recipiendi tantam lanarum copiam quantum à ruſticis emerunt: quæ omnia efficiunt ut lanæ minoris valeant ideoque minori emi poſſint.

Sed cōtra nam ſe emptores ſibi optime cauere ſolent ab eiuſmodi periculo amittendi pecuniam, & ſine vlla mora lanas emptas recipere tonſionis tempore curant.

2. Si aliquando tale periculum incurrant, hoc ſatis eſt leue, ſi vero eſtimandum foret, parui æſtimaretur vnde lanas tam vili prætio emere non poſſent.

3. Quod ad prædictas ruſticorum fraudes attinet dico vel eas non ſemper accidere, vel ſi accidant, paſſim ab emptoribus agnoſci qui ſtatim compenſationem in pondere v. g. aut alio modo ſibi fieri curant; imo ſæpius contingit ab illis ruſticos fraudari eo prætextu vero aut ficto.

4. Quod autem ruſtici dicantur maiorem lanæ copiam vendere quam reipſa habeant: id vel emptoribus notum eſt, aut probabilis de hoc ſaltem orta ſuſpicio, tunc que non læſi vel decepti cenſentur ſed potius lædentes ac deceptores cum eo prætextu longe minoris emant quam par eſſet: vel ſi emptores hoc ignorauerint, aut ſuſpicari non potuerit, curant ſibi tempore ſolutionis lanam aut triticum anni ſequentis tam vili prætio vendi vt nullam iacturam patiantur.

Digitized by Google

LECTIO VIII.

Reſpondetur tribus aliis rationibus quas afferunt ad probandum licere minores emere lanas ob ſolutionem anticipatam.

DICVNT alij 3. Quamuis nemo emeret lanam ſolutione anticipata non ideo pluris ea venderetur tempore tonſionis quam vendatur ante quinque vel ſex menſes: prætium enim decreſcit propter copiam mercis quæ tunc maxima eſt.

Sed contra quia id gratis dicitur, & quamuis hæc ratio eſſet legitima, publico quidem non autem privatis emptoribus faueret.

Dicunt 4. Eiuſmodi emptiones valde opportunas eſſe ruſticis vt poſſint habere pecuniam ad tributa ſoluenda, vel alia negotia peragenda.

Sed contra quia hæc ruſticorum neceſſitas aut oportunitas nullum dat ius emptoribus emendi minoris infra iuſtum prætium: alias excuſarentur omnes vſurarij.

Dicunt 5. merces vltroneas minoris æſtimari. Sed contra 1. quia ex dictis lectione præcedenti n. 3. non ſemper emptores rogantur emere lanas 2. quamvis etiam rogarentur.

Dico illud axioma non eis favere quod ſolùm intelligatur, tum de iis quibus non egemus aut de quibus non curamus vt l. 5. n. 7.

diximus ; tum de præſenti merce quę habetur præ manibus cum offertur ; nam ex dictis l. præc. n. 1. Eccleſia definiuit iuſtum rerum venalium pretium deſumi ex tempore traditionis non venditionis.

Obiicies colligi poſſe ex dictis l. præc. n 3. & 4. dictos emptores habere duplicem titulum emendi minoris ſcilicet lucrum ceſſans & periculum amiſſionis pecuniæ quam tradunt ante mercis receptionem ergo admittis opinionem quam impugnabas.

R. 1. Duplicem illum titulum aut eorum alterum veriſſimè contingere, vnde ideo non ſequitur dicendum eſſe vniuerſim quod liceat vili pretio lanas emere obſolutionem anticipatam.

R. 1. Quamvis in aliquo caſu leue eſſet lucrũ ceſſans, aut periculum amiſſionis pecuniæ, vtrumque non multi æſtimari poſſe, ac minoris pretij exceſſum de quo hic agitur nimis eſſe notabilem vt conſideranti patebit. Lucrantur enim 6. 8. 10. & amplius libris pro ſingulis ponderibus quod lucrum 30. vel 40. libris, aut circiter pro ſingulis centipondiis conſtat: dictum autem lucrum ceſſans, & periculum non poteſt probabiliter æſtimari plus quam duobus vel tribus libris pro centum.

Digitized by Google

LECTIO IX.

Vtrum hoc liceat in aliquo caſu.

QVæres 1. an liceat in aliquo caſu, tuta conſcientia emere lanam ſolutione anticipata.

R. Licere in his duobus caſibus 1. ſi emas lanam currente pretio quo vendetur tempore tonſionis, hic enim modus emendi rectus & Chriſtianus eſt, quo plerique emptores contenti eſſe debent, cum ideo ſolum anticipate emere ſoleant quod lanarum commercio dent operam.

2. Quando probabiliter iudicaueris, quo pretio vendenda ſit lana tempore tonſionis; cum autem iuſtum pretium ex dictis L. 1. n. 2. habeat latitudinem in tres quaſi gradus diſtributum, poteris emere infimo pretio ſine vllo periculo iniuriæ committendæ: nam incertum plane eſt vtrum pluris an minoris valitura ſit lana eo tempore, vnde fit vt emptor ac venditor ſe mutuò iacturæ periculo exponant. Et quamuis emptor magnum lucrum ſe feciſſe aduertat, quod lana multo pluris vendita ſit tempore tonſionis quam præſumeretur vendenda, nullo tamen ſcrupulo augi debet, modò bona fide ac ſincere coniectari futurum lanæ valorem tempore tonſionis. Obſerua tamen periculum eſſe, ne ſibi quis in eiuſmodi æſtimatione facienda indulgeat propter inna-

tam cupiditatem quâ homines lucro ac diuitiis inhiare ſolent.

Dices cur plures authores opinati ſint licitum eſſe lanas minoris emere anticipatâ ſolutione.

R. Hanc opinionem in Hiſpaniis ortam eſſe: vbi eſt magnum lanarum commercium; nam initio contigit quoſdam mercatores ſuis confeſſariis attuliſſe lucrum aliquod ceſſans vel damnum emergens quod patiebantur tradendo anticipatâ ſolutione pecuniam ruſticis, à quibus lanam emebant, vnde factum eſt vt doctores idem de aliis opinãtes vniuerſim docuerint eiuſmodi emptionem licitam eſſe; in quo tamen videntur dupliciter erraſſe 2. quod legem vniuerſalem ſtatuerint ex quibuſdam caſibus particularibus 3. quod non aduerterint lucrum ceſſans aut damnum emergens ſi quod in eiuſmodi emptione fuerit, longe minus eſſe lucro ex illà prouenientе.

Quæres 2. quomodo ſe geret confeſſarius erga illos qui bona fide lanam minoris emerint ob ſolutionem anticipatam.

R. 1. Poſſe illis permittere vt retineant tres libras pro ſingulis ponderibus ſupra prætium currens lanarum tempore tonſionis.

R. 2. Debere illos adſtringere ad reſtituendum exceſſum, putà ſi pondus lanæ valuerit octo nummis tempore tonſionis, emptor autem ſex nummis emerit ſolutione anticipatâ, poteſt illi permittere confeſſarius, vt nummum vnum retineat & alium reſtituat; hoc autem ſolùm intellige de tempore præterito, ac de illis emptoribus, qui rem bona fide ege-

runt & aſſerunt, quod ex pecunia ſua lucrati eſſent alio commercij genere, ſi iſtud illicitum eſſe cognouiſſent, nam de cætero poſtquam de iniquitate talium exemptionum moniti fuerint, hoc eis minimè licebit.

LECTIO X.

De illo qui emit alterius nomine ac pecunia.

QVæres 1. an ille qui emit rem, alterius nomine ac pecuniâ ſibi aliquid retinere poſſit.

R. Si mercedem acceperit pro labore emptionis, vel accepturus ſit, aut fuerit in famulatu, aut ſe curam emendi gratis ſubiturum promiſerit: eum in tali caſu nihil ſine iniuriâ retinere poſſe, & ad reſtitutionem obligari ſi quid retinuerit; nullum enim habet legitimum titulum retinendi.

Dices ponamus emiſſe minoris ab amico à quo rem accepit v. g, pro 9. libris cum alij 10. communiter venderent.

R. Non ideo retinere poſſe libram reſiduam: quia tenetur mandatarius ſuum munus obire in cõmodum mandantis, & cum quantâ poterit parſimoniâ.

Quæres 2. quomodo ſartores peccare poſſint, & ad reſtitutionem obligentur, emendo merces pro veſtibus aliorum conficiendis.

R. Variis modis 1. ſi non eligant meliorem

Digitized by Google

veſtium materiã, & non minoris emant quantú poſſunt; vnde ſi vnius mercatoris tabernã adeant potius quam alterius, vbi tamen melior materia aut ſaltem minoris venditur, quod v. g. munus aliquod ab illo mercatore ſperent: notum eſt peccare & reſtitutioni obnoxios eſſe.

2. Si ſartor rogatus ab eo, cuius veſtes conficiendas ſuſcepit, adire cum illo tabernas mercatorum vt veſtium materiam ſimul emant: ſi tunc inquam non ſinceras merces accipiat in gratiam mercatoris, vel maiori pretio emat quam par ſit: peccat etiam, teneturque reſtituere id in quo læſit; alter enim eius fidelitati & ſinceritati fidebat: vnde pari diligentia vti debuit ac ſi pro ſe emiſſet.

Dices quid ſi ſartor optimam emerit mercem, ſed aliquid ex conventione acceperit á mercatore in gratiam frequentis emptionis: vel ipſe mercator citra conuentionem aliquid ſartori dederit vt ad frequentem in ſua taberna emptionem alliceret.

R. 1. Speculatiue loquendo ſartorem nõ teneri ad reſtituendum in illo duplici caſu.

R. 2. Hoc tamen in poſterum ei non eſſe permittendum, quia graue periculum imminet ſartoribus, ne auri cupiditate allecti conſentiant iniuriæ: puta in qualitate materiæ venditæ aut pretio &c. quæro enim ab illis vtrum auderent mercatori decipere volenti obſiſtere: probabilius eſt non auſuros; quamobrem tutius erit hæc & ſimliia prohibere ſartoribus.

Digitized by Google

LECTIO XI.

De venditionis definitione.

QVæres 1. quid ſit venditio?

R. Contractus mutuo conſenſu initus & vltro citroque obligans venditorem ſcilicet ad mercem tradendam, emptorem vero ad pretium eius perſoluendum. Hæc definitio patet ex dictis l. 1. n. 1. cum definiuimus emptionem: ſi quæ tamen ſuperſunt difficultates, quæſitis ſequentibus expedientur.

Quæres 2. vtrum ſufficiat mutuus partium conſenſus ad venditionis valorem, an verò ad illum requiratur ſcriptura.

R. 1. Solum conſenſum mutuum ſufficere ex ſe ad venditionis ſubſtantiam & valorem.

R. 2. Si tamen emptor aut venditor velint tantum venditionem eſſe validam poſtquam fuerit ſcripto conſignata: eam non eſſe validam niſi poſt ſcripturam: quia vt putat, conſenſus partium non fuit abſolutus ſed conditionalis.

Dices quomodo ſciemus partes voluiſſe venditionem eſſe tantum validam poſt ſcripturæ confectionem.

R. 1. Si alter vter contrahendo mentionem proximè aut remotè de ſcripturâ fecerit: ſignum eſſe non habuiſſe intentionem obli-

gandi ſe niſi confecta ſcriptura.

R. 2. Si res illæ vendantur de quarum venditione ſolet ſcriptura confici, putà domus prædiſa, &c. quamuis nihil de ſcripturâ meminerint contrahentes, cenſeri tamen eam fuiſſe illorum intentionem, vt noluerint contractum eſſe validum niſi poſt ſcripturæ confectionem.

R. 3. Si autem fiat venditio earum rerum de quibus inter aliquas perſonas non ſolet ſcriptura confici, vt de mercatoribus in ſuarum mercium emptione conſtat tunc ſolo partium conſenſu perfici venditionem.

Quæres 3. An traditio Rei venditæ ad ſubſtantiam venditionis pertineat.

R. Negatiue: habet enim venditio omnia ſibi eſſentialia, ſtatim atque venditor & emptor mutuo conuenerunt.

Obſeruandum tamen eſt emptorem non acquirere Dominum rei venditæ, & ut alias diximus ius in re, niſi per traditionem: vnde fit vt ſi venditor illam deinde alteri venderet ac reipſa traderet, poſterior iſte emptor eius dominio potiretur, nec eâ ex ipſius manibus prior eripere poſſet, haberet tamen actionem in venditorem quâ damnorum compenſationem iuſte peteret ſi quæ incurriſſet.

Digitized by Google

LECTIO XII.

De rebus quæ vendi validè poſſunt, aut non poſſunt.

QVæres 1. quænam res vendi validè poſſint.

R. Eas omnes vendi poſſe, quæ prætio æſtimari poſſunt; niſi aliqua circunſtantia earum venditionem invalidam reddat. Ita cenſent omnes Doctores, unde ſequitur 1. res ſacras vt Sacramenta, Calices quatenus conſecratos, Beneficia, &c. non poſſe validè vendi, quia nõ poſſunt pecunia æſtimari 2. plures alias res non poſſe validè vendi quantum ad forum exterius de quo viderint iureconſulti.

Quæres 2. an poſſis vendere rem alterius; quàm habes per iniuſtam acceptionem, vel detentionem, putà ſi eam furatus ſis, vel fortè inventam reſtituere nolis.

R. Te non poſſe illam vendere, ita vt transferre poſſis rei dominium emptori, nam illius non es Dominus; valere tamen venditionem, quantum ad dominium pecuniæ quod venditor acquirit, vt dicitur lege qui res ff. de furtis, & fert cõmunis opinio Theologorũ.

Dices hoc videri abſurdum, nam emptor rem non emeret, ſi ſciret eſſe alienam; ergo non cenſetur tradere pecuniam furi voluntariè, nec conſequenter illius dominiũ in eum transferre.

R. Errorem illum emptoris non eſſe ſubſtan-

tialem ſed accidentalem, & traditionem pecuniæ eſſe quidem inuoluntariam ſecundum quid, non tamen abſolutè & ſimpliciter: ideoque venditionem non eſſe invalidam iure naturæ quod vt melius capias.

Aduerte contractus ſecundum quid inuoluntarios ex ſe non eſſe invalidos iure naturæ, ſed ſolum iure poſitiuo, non tamen ſemper, ſed in iis tantum caſibus qui iure poſitiuo excipiuntur: quod patet in contractu matrimonij, quãuis enim Petrus v.g. matrimoniũ iniens cum Berta quam putabat habere in bonis 100. nummos, noluiſſet cõtrahere ſi ſciuiſſet habere tantum 10. eiuſmodi tamen contractus non cenſetur invalidus, vt affirmant omnes Doctores: quia fuit tantum involuntarius ſecundum quid, non tamen abſolutè; vnde ſequitur eſſe validum iure naturæ cumque illum ius poſitivum non irritet, ſequitur omnino tenere.

Idem accidit in noſtro caſu jus quidem poſitivum, nullam reddidit venditionem rei alienæ quantum ad tranſlationem Domini inemptorem, non quantum ad tranſlationem dominij pecuniæ in venditorem, imo expreſſe [illegible]cit venditorem illius dominium acquirere, [illegible]netur tamẽ venditor damnũ emptoris reparare.

Quæres 3 an venditor cui pecunia furto [illegible]blata, pro pretio tradita erit, illius dominium acquirat.

R. Negatiué quia cum emptor illius dominium non haberet, nec poterat transferre in emptorem, vnde ſequitur eum teneri ad reſtitutionem dictæ pecuniæ cum ſciuerit fuiſſe ſubreptitiam.

Digitized by Google

LECTIO XIII.

De rebus quæ licitè vendi non poſſunt.

Quæres 1. quænam res licitè vendi non poſſint.

R. Quæ nulli bono vſui inſeruiunt: quales paſſim ſunt libri impudici & idola ex Divo Thoma; hoc enim eſſet probare occaſionem proximo Deum offendendi. Dixi quales ſunt paſſim hæc enim & ſimilia poſſent licitè vendi vt patet in quibuſdam caſibus.

Quæres 2. an liceat vendere venena.

R. Iis dumtaxat vendi poſſe, quos probabiliter iudicas non abuſuros: puta ſi eſtant, vt ad medicinam vel ad necandos mures aliosque vſus honeſtos vtantur; ſecus non poſſe licitè vendi propter rationem ſuperius allatam.

Quæres 3. an tuta conſcientia vendi poſſint res de ſe indifferentes ſed quibus homines ſæpius malè vti ſolent: vt ſunt cartæ luſoriæ, aleæ, f ri, arma, &c.

R. 1. Conſulendū eſſe huiuſmodi rerum venditoribus vt ab illo commerio abſtineant ſi fieri poſſit.

R. 2 Poſſe tamen res illas vendi niſi conſtet emptorem mox illis ad malum finem vſurum; puta ſi velit enſem emere vt ſtatim occidat inimicum vel in ſingulare certamen deſcendat.

Digitized by Google

Dixi 1. vendi licitè poſſe: quia cum ſint ex naturâ ſuâ res indifferentes, non cenſetur venditor cooperari delicto aliquorum illis abutentium.

Dixi 2. niſi conſtet, &c. quia tunc venditor peccato alterius cooperaretur.

Dices quid ſi cogaris vendere, metu grauis damni v. g. mortis.

℞. Te poſſe in eo caſu licitè vendere, quamvis conſtet emptorē mox gladio v.g. male vſurum; quia ex dictis venditio talium rerum non eſt intrinſece mala. Vide ad maiorem difficultatis huius elucidationem quæ diximus vbi de reſt. in genere l. 28. num. 3.

Quæres 4. vtrum cauponibus liceat vendere carnes diebus prohibitis.

R. Non licere ſine rationabili cauſa: 1. quia peccati alterius participes fierent. 2. id regis edicta vetant. Dixi ſine rationabili cauſa, v. g. ſi venderent carnes ægroto, aut ſi recuſando, graue ipſis damnum immineret, quale non cenſeretur eſſe ſola lucri iactura.

Dices an iidem poſſint cœnam apponere diebus ieiunii.

R. 1. Non peccare ſi apponant iis quos credunt vel dubitant non teneri ad ieiunium.

R. 2. Probabile eſſe illos non peccare apponendo cœnam petentibus licet ieiunii lege adſtrictis, ſi videant ad alios caupones ituros qui apponent.

R. 3. Contrarium tamen eſſe probabilius ideoque conſulendum in praxi; nam 1. hoc eſt peccato alterius cooperari. 2. Quia lucrum quo ſe caupones priuant in eo caſu, non eſt cauſa

ſatis legitima (quidquid dicant contrariæ opinionis authores) vt hoc licitum fiat, neque obſtat alios caupones cænam appoſituros ideoque peccatum non impediendum: hoc enim nihil reffert, ac ſi talis ratio valeret, is non peccaret qui malum ab alio patrandum ageret.

LECTIO IV.

De prætio quo res vendi poſſunt.

QVæres 1. Quanti res vendi poſſint.

R. 1. Res quæ habent prætium legitimum id eſt à ſuperioribus definitum non poſſe pluris aut minoris vendi, vt conſtat ex dictis l. 9. n. 2.

R. 2. Res quæ habent prætium naturale id eſt vulgari hominum æſtimatione impoſitum, vendi poſſe intra latitudinem dicti prætii, nimirum pretio ſupremo aut medio vel infimo vt conſtat ex eadem lectione

R. 5. Res quæ nullum ex his duobus prætium habent, vt ſunt aliquæ gemmæ, canes, vertagi, Falcones, picturæ veteres, numiſmata inſignia, ſtatuæ, tanti valere quanti vendi poſſunt iuxta plures authores, quia cum non ſint res neceſſariæ, qui eas ſummo prætio emunt, cenſentur donare pretii exceſſum: ſunt tamen plures alii Doctores qui contrariam tuentur ſententiam.

Quæres 2. In quibus circonſtantiis liceat rem pluris vendere quam valeat.

R. Quatuor communiter aſſignari.

Prima eſt lucrum ceſſans: decreuerat aliquis v. g. ſuum triticum ſeruare vſque ad menſem maium, quo tempore probabile & pluris valiturum, ſi tamen ab aliquo rogatus, illud modò vendat, poterit pluris vendere quam nunc valeat modò duæ conditiones adſint, primò verè decreuerit ſeruare triticum vſque ad dictum tempus, aliàs enim non putaretur lucri iactura.

2. Vt deducat expenſas cuſtodiæ tritici neceſſarias; puta ſi conduxiſſet horeum & item periculi æſtimationem in aſſeruando apud ſe tritico ſubeundi, poterat enim illud ſurripi vel aliquo caſu perire v. g. conflagrare, &c. quæ efficiunt vt iam tanti non valeat, quanti valiturum erat menſe maio.

Quæres quid igitur aget quiuis in tali caſu.

R. Tria 1. conueniet cum emptore triticum v. g. iam tanti emendum quanti valebit menſe maio quo ipſe illud vendere decreuerat 2. aſſignabit præcisè dictum tempus v. g. dicens tanti iam emes quanti valebit à prima die Maij vſque ad 1. vel 1 à vſque ad finē menſis; non tamen conuenire de pretio rigoroſo tritici menſe maio: nam 1. Deducenda ſunt illa de quibus egimus n. præc. & 2. Non conſtat Caium venditurum eſſe triticum tali pretio. Inſtabis adhuc vtrum caius iudicare poſſit quanti fere valiturum ſit triticum menſe maio.

R. poſſe in rigore & ſpeculatim loquendo vt conſtat ex dictis l. 9. n. 1.

R. 2. hoc tamen in praxi non eſſe conſulendum: tum propter ſcandalum, tum quia

Digitized by Google

periculum ne aliquis cupiditate excœcatus iudicet triticum tunc pluris eſſe vendendum, quam vereſſimile ſit.

LECTIO XV.

De argumento eodem.

QVÆRES 1. tres alias circunſtantias quibus liceat rem pluris vendere ſupremo pretio.

R. Secunda eſt damnum emergens puta ſi quis credito vendens inde patiatur verum aliquid damnum quia cum ob damnum emergens liceat aliquid accipere ſupra ſortem vt conſtabit ex dicendis tract. de vſura licet etiam obidem carius vendere iuſto pretio.

Tertia eſt multitudo emptorum, pecuniæ copia & raritas mercium puta ſi princeps cum aulico comitatu aut vniuerſus exercitus, &c. Ad aliquem locum venerint quia tunc res pluris valere cenſetur demum quartā aſſignant ob peculiarem affectum quo aſſiceris erga rem tuam quâ ideo ægrè priuari te poteris v. g. Si petat aliquis vt ei domum vendas cuius tibi habitatio periucunda eſt ſiue ab aëris ſalubritatem ſiue obuiciniam, ſiue ob diuturnam maiorum tuorum poſſeſſionem, vel ob aliam rationem tam etſi friuolam quia priuatio delectationis & commodi veri aut imaginarii quod ex re tua percipis quid pretio æſtimabile, ideoque vendi poteſt.

Obſerua tamen pro praxi quod aliquis pluris faciat rem ſuā quam ſecūdum ſe valeat ſæpius haud prouenire ex ſingulari affectu ad illam,

ſed potius ex auaritia, cupiditate lucri, & inuidiâ inſigni quâ fit vt proximo ipſius vtilitatem vendere velit.

Dices numquid mihi liceret vendere Ioanni pluris iuſto prętio domum aut prædium &c. Quæ ipſi video eſſe neceſſaria vel commoda.

R. Non licere ſi nullus alius pluris vendendi titulus adſit: hoc eſt ſi velis domum aut prædiũ vendere, nõ ideò carius prętio rigoroſo vẽdere potes, quod iis vicinum egere noueris; ratio eſt quia eiuſmodi commodum emptoris eſt, non venditoris qui proinde rem alienam vendere nequit.

Quæres 2. vtrum mercator qui fecit mirabiles expenſas aut grauem iacturam paſſus eſt in recuperandis mercibus, poſſit rem pluris iuſto prætio vendere, vt ita ſuæ indemnitati conſulat v.g. ſi pars mercium quæ Caio mercatori deferebantur quam ponamus æſtimari 200. libris, vel à prædonibus in itinere capiatur, vel aliquo pereat infortunio putà naufragio, incendio, &c. quæritur an Caius poſſit, vel duas reſiduas merces pluris iuſto prætio vendere in accepti damni 200. librarum compenſationem.

R. Negatiuè quod in prætio mercibus imponendo, non ſint attendendi caſus fortuiti extraordinarii, quales ſunt quibus hic agitur, ſed ſolum ordinarii Leſſius l.2.c.21.dub.4.n.21.

Quæres 3. quid dicendum ſit in hoc caſu; mercator aliquis rogatus à Petro vt ei mutuo pecuniam det, recuſauit, ſed illi mercem credito vendidit prętio rigoroſo quæritur an peccet contra iuſtitiam, ſi deinde mercem ab eo emat infimo prætio.

R. I.

R. Grauiter peccaturum contra charitatem & ſcandalo alijs futurum vt fatentur omnes Doctores.

R. 2. Ex probabiliori ſententia peccaturum contra iuſtitiam ſi vendiderit mercem cum intentione poſtea illam redimendi hoc enim eſſet implicitum mutuum, & conſequenter yſura palliata.

Quæres an ille qui nouit breui aliquam mercem vili prætio vendendam quod v.g. magna copia illius advehenda ſit vel vrbem ab hoſtibus diripiendam, poſſit merces, domos, & alia vendere currente pretio.

R. Poſſe ſine iniuria, quia 1. habet ius vendendi res ſuas ergo illo vti poteſt. 2. Caſus ille fortuitus mox futurus, non eſt vitium intrinſecum rei quam vendit, ſed ſolùm extrinſecum.

LECTIO XVIII.

De monopolio mercatorum.

OBſeruat. duo eſſe genera monopoliorum, quorum vnum fit authoritate publica, vt ſi rex concedat alicui Typographo facultatem excudendi librum & non alijs, ſed de peccatis quæ in eo committi poſſunt, non agemus cum illud parum ſpectet ad praxim. Alterum fit authoritate priuata cum vnus aut plures machinationibus & induſtriâ caritatem rei alicuius inducunt, quæ monopolij definitio quæſtionibus ſequentibus explicabitur.

Digitized by Google

Obſerua 2. Alterum illud monopolij genus fieri poſſe tripliciter 1. cùm mercatores de non vendenda merce aliqua niſi certo pretio conſpirant.

2. Cùm iidẽ omnes alicuius loci merces coemunt vt eas ſeruent ac deinde cariùs vendunt.

3. Cum vi, fraude, vel mendacio impediunt ne aliunde merces advehantur vt ita ſuas carius vendant.

Quæres 1. An mercatores de non vendenda merce aliqua niſi certo pretio cõſpirantes peccent contra iuſtitiam & reſtituere teneantur.

R. 1. Si pretium illud excedat rigoroſum, illos peccare contra iuſtitiam vt patet cùm vendant rem pluris quam valeat.

R. 2. Si non excedat pretium ſupremum, probabile eſſe illos non peccare contra iuſtitiam ſed contra charitatem dumtaxat. Obſerua tamen plures authores contrarium opinari.

R. 3. Cùm iuxta Doctores omnes, illi contra charitatem peccent: debere confeſſarios hoc monopolii genus prohibere & ijs negare abſolutionem qui non habuerint verum ac ſincerum animum abſtinendi ab illo in poſterum.

Quæres 2. An idem ſit de artificibus & operis dicendum.

R. Idem omninò: poſſunt enim æquè ac mercatores peccare contra iuſtitiam vel charitatẽ; vt ſi cœpto aliquo ædificio defunctiſque opificibus; alii eiuſdem loci conſpirent non perficere illud niſi pretio iuſtum excedente.

Quæres 3. An emptores peccent qui merces vilitantſum pretio emere conſpirant.

R. Peccare contra charitatem ſi conſpirent emere tantum infimo pretio; & contra iuſti-

tiam ſi conſpirent emere infra iuſtum pretium.

Dices nunc ſaltem hoc licebit emptoribus ſi viderint conſpiraſſe venditores in pretium certum, idque ſpecie defenſionis aut titulô compenſationis.

R. 1. Emptores in nullo caſu poſſe conſpirare infra iuſtum pretium emere: quamobrem licet mercatores de vendendis mercibus pretio rigoroſum excedente conuenerint, non ideo emptores poſſunt inire conſpirationem de illis emendis viliori pretio quam ſit infimum; eſſet enim ſpecies iniquæ vindictæ.

R. 2. Poſſe tamen emptores conſpirare in pretium infimum, ſi conſtet ipſis de monopolio mercatorum; habent enim ius conſulendi ſuæ indemnitati.

R. 3. Eos teneri ad monopolium tale diſſoluendum vbi intellexerint ſuum diſſoluiſſe mercatores; quod diligentia confeſſarij cauebunt: ne ſibi emptores blandiantur.

Quæres 4. An peccent qui ſecundo monopolii genere coemunt omnes alicuius loci merces vt eas ſeruent, ac deinde ſoli vendant iuſto pretio.

R. Illos peccare contra charitatem iuxta omnium Doctorum ſenſum & contra iuſtitiam ſecundum Communiorem opinionem.

Quæres 5. De illis qui vi, fraude ac mendaciis impediunt ne aliunde merces advehantur, vt ita ſuas carius vendant quod eſt tertium monopolii genus.

R. Eos peccare contra iuſtitiam vt patet ex dictis aliàs tractatu reſtitutionis in gen. L. 19 n. 1, part. enim eſt vtrobique ratio.

LECTIO XVII.

De venditione rerum aliquo vitio laborantium.

NOTA 1. res venales poſſe habere multiplicem defectum ſcilicet 1. manifeſtum & occultum 2. notabilem ac leuem.

Nota 2. Notabilem defectum eſſe poſſe duplicis generis: vel enim 1. eſt abſolute talis & reſpectu emptorum omnium: vel 2. reſpectiuè dumtaxat in ordine ad vſum ad quem emitur.

Quæres 1. Ad quid teneatur venditor qui rem vitio ſibi quidem noto ſed emptori occulto laborantem vendidit.

R. 1 Si emptor cognita fraude noluiſſet emere, venditorem teneri reſcindere contractum ideſt pecuniam emptori reſtituere, mercemque illi traditam reſumere: quia contractus in tali caſu fuit invalidus propter fraudem quæ interuenit, vt colligitur ex tractatu de contractibus in genere.

R. 2. Si emptor cognita fraude nihilominus emiſſet, quamvis non tanti (patet enim illum non tanti eſſe empturum ſi fraudem nouiſſet) venditorem teneri ad reſtitutionem exceſſus pretij quod accepit ab emptore, quia contractus fuit quidem validus in hoc caſu, ſed tamen iniquus, cùm rem venditor ſupervendiderit.

R. 3. In duobus caſibus mox adductis venditorem inſuper obligari ad reparationem

damnorum quæ paſſus eſt emptor quod illorum fuerit cauſa efficax, cùm rei defectum non dilexerit vt tenebatur ex officio, ita omnes vtriuſque iuris Doctores.

Quæres 2. Quid ſi vitium pateat, & illud emptor facilè aduertere poſſit, teneturne venditor ad reſtitutionem, ſi vitium emptor non aduerterit.

R. 1. Teneri ad reſtitutionem ſi non minuerit pretium rei pro ratione vitii, res enim vitio laborans non poteſt tanti vendi vt patet, quanti res vitio carens.

R. 2. Cum diſtinctione: nam ſi emptor non aduerterit vitium manifeſtum ex negligentia: puta ſi rem quæ par eſt diligentia non inſpexerit, vt ſolent communiter emptores, venditorem non teneri ad reſtitutionem iuxta dictum priori reſponſione, quia emptor ſibi debet in tali caſu damnum imputare, ſi tamen non aduerterit ex mera ignorantia venditorem teneri ad omnia ad quæ diximus n. 1. huius lect. teneri, eum qui rei venalis occultum vitium non detexerit.

Quæres. 3. Ad quid venditor teneatur qui rei à ſe venditæ vitium ignorabat, ſed illud poſt venditionem agnouit.

R. 1. Non teneri reſumere mercem in foro exteriori, quia cõtractus vẽditionis in tali caſu validus eſt, cum nulla fraus interuenerit, ergo nõn tenetur venditor eum reſcindere: ita decernitur leg. Iulianus ff. de actionibus empti.

R. 2 Teneri tamen reſcindere in foro interiori ſi emptor velit, modo is noluiſſet contrahere ſi fraudem nouiſſet ratio deſumitur ex

Digitized by Google

n. 2. præcedenti, & ex Lectione 3. tractatus de contractibus in genere n. 2.

R. 3. Non tamen obligari ad reſarcienda emptoris damna, cùm illorum non fuerit cauſa efficax, teneri tamen ad diminutionem pretii, quanti ſcilicet minoris res valet propter illum defectum.

LECTIO XVIII.

Expenduntur alia dubia circa venditionem rerum vitio laborantium.

QVæres 1. An venditor qui ſic loquitur emptori, nolo teneri de vitio mercis occulto, quare illam diligenter inſpice antequam emas teneatur ad reſtitutionem, ſi merx aliquod vitium habuerit.

R. 1. Si venditori mercis vitium notum erat teneri illum ad idem omnino ad quod teneretur ſi hæc aut ſimilia non dixiſſet, quia 1. egit mala fide 2. par eſſet illius ratio atque illius qui vendidit prædium aliqua ſeruitute affectum quam quidem nouerat, ſed in contractu venditionis exprimi noluit ille enim teſtatus fuerit emptori ſe nolle teneri de vlla ſeruitute, quæ tali prædio adherere poſſet, conſtat tamen ex iuris deciſione illum teneri lege ſi quæro ff. de actionibus empti.

R. 2. Si autem vitium mercis occultum ignorabat, opus eſt diſtinctione, nam ſi tali pretio vendiderit vt nullam habuerit rationem periculi cui emptor, exponebatur, dico eum teneri ad reſtitutionem initâ proportione dicti periculi quod ſanè eſt pretio æſtimabile vnde fit vt res minoris valeat propter illam circumſtan-

Digitized by Google

tiam ſi verò minoris vendiderit habitâ ratione huiuſmodi periculi, aſſero nullo reſtitutionis onere adſtringi.

Quæres 2. Ad quid obligetur venditor conſcius occulti vitii ſuæ mercis quam hac arte celare nititur dicens v g. vendo tibi equum claudum, anhelantẽ, cœcum & omne vitiũ habentẽ.

R. Tum æque obligari ac ſi nihil horum dixiſſet nam perinde eſt ac ſi nullum equi vitium indicaſſet, ſiquidem dicens equum ea vitia habere quibus illum carere conſtabat, induxit emptorem ad credendum nullum ei defectum ineſſe, atque ita ipſum decepit,

Quæres 3. quid dicendum in hoc caſu. Sempronius v. g. Caio vendidit plures merces in quibus aliqua reperitur valde inutilis emptori. Quæritur an vẽditor id ſciens teneatur omnes merces reſumere & pecuniam reſtituere, aut ſaltèm mercem inutilem reſumere illiuſque ptetium reddere.

R. Si dictæ merces habeant talem inter ſe connexionem vt omnes emptori opus ſint & vna ſine altera prorſus inutilis fuerit: venditorem obligari ad eas omnes reſumendas v. g. ruſticus emit à caio iugum boum, indicans velle ſe iis vti ad colendos agros: ſi alter eorum non poſſit arare, tenetur caius iugum reſumere, quia contractus eſt nullus ex dictis L. præcedenti n. 1. obſerua tale vitium eſſe reſpectiue notabile.

Quæres 4. An venditor teneatur defectus etiã leues emptori aperire ſi de illis interrogetur.

R. Affirmatiuè quia cum interrogetur, debet omnia rei vitia ex officio aperire, & nullũ om-

Digitized by Google

nino celare; quare ſi aliquod celet, tenetur ad omnia ad quæ diximus l. procedenti n. 1. venditorē obligari qui texit vitium rei occultum.

LECTIO XIX.

De venditione earum rerum quæ à venditoribus vitientur.

QVæres 1. An poſſis tuta conſcientia miſcere tritico optimo, ſicale, hordeum, aliaue grana modò non reddas illud deterius, ac minoris valoris quam ſit vulgare triticum.

R. 1. Speculatiuè loquendo nullam in illis circumſtantijs iniuriam reperiri.

R. 2. Id tamen confeſſarios non debere permittere in praxi, quia 1. periculum eſt ne ſibi blandiantur venditores æſtimando ſuum triticum melius alio quod paſſim venditor, aut nimium ſicalis, hordei miſcendo, 2. quia ex eiuſmodi licentia confeſſarij, plurima alia conſequerentur quæ magnam publico perniciem afferent.

Quæres 2. Vtrum liceat aquam vino generoſo apponere.

R. 1. Si venditori conſtet emptorem nolle ſeruare vinum, ſed potius velle ſtatim ebibere, tunc idem de iſto eſſe dicendum quod n. 1. diximus de frumentario.

R. 2. Si non conſtet illud venditori, aut probabiliter dubitet emptorem velle ſeruare vinum, tunc eum peccare grauiter contra iuſtitiam quia periculum eſt. ne vinum aqua permiſtum degeneret ac feruescat, ideoque tene-

Digitized by Google

ri a reparanda omnia damna quæ patietur em..or, cum ſit illorum cauſa efficax.

..æres 3 Quid ſit dicendum in iſto caſu, Caius habens plura vini dolia venalia in quorum aliquibus vino aquam miſcuit, ſingula præbet emptori deguſtanda: vt quod magis libuerit, eligat: quæritur an poſſit vinum aqua miſtũ eodem pretio vendere quo vendit aliud vinum præſtans, ſi emptor illud eligat.

R. Non poſſe teneri que ad reſtitutionem ſi vendiderit, quia vinum aqua permiſtum non tanti valet, quanti merum.

Dices quid ſi venditor fraudẽ aperiat emptori, nimirum vinũ quod elegit eſſe aqua miſtũ.

R. Venditorem nihilominus peccare, tenerique ad reſtitutionem 1. quia vendit aquam pro vino: tantum enim aquæ vendit pro vino quantum aquæ vino apposuit 2. quia ſi emptor vinum eiuſmodi ſeruet, periculum eſt ne tempore æſtiuo mutetur.

Inſtabis hanc reſponſionem videri paulo duriorem: quippe quæ illi axiomati ei pugnet, volenti non fit iniuria.

R. 1. *Sæpius* emptorem, ſi fraus illi nota ſit vinum eiuſmodi non empturum, illud enim alteri præfert quod putet eſſe præſtantius metuatque ne ipſe venditor imponat cum aſſerit aquam illi appoſitam.

R. 2. Si aliquando contingat emptorem credere venditori admixtionem aquæ affirmanti, & nihilominus vinum huiuſmodi emere: adhuc verum eſſe, quod diximus: quia tunc ſine dubio emptori conſtat vinum illud à ſe tanti vendendum quanti venderetur præſtans: aliàs enim

non emeret vt clarum eſt, vnde fit emptorem vendēdo poſtea tale vinum pro genere ſe peccaturum peccato iniuſtitiæ, cùm aquam pro mero vendat, & fore cauſam damni emptorum ſi vinum ſeruent idque f. ruefiat, ad cuius reparationem tenebitur.

LECTIO XX.

De pacto vendentiũ res notabiliter minus vtiles.

NOta 1. per huiuſmodi merces intelligi, pharmaca, pannos, ferrum, & alia notabiliter minus vtilia, v. g. ſi pharmaca defectu virtutis, minus apta ſint confectioni medicamentorum, ſi panni cito vſu deterantur vel alio vitio laborent, quod eos minus vtiles reddat huius autem vitii exceſſus, & inde prouenienti damni, luculentum habes exemplum in quodam ferro notabile minus vtili quod totũ non ſit ex bono metallo: ſed partim ex eo, partim ex alio inferioris notæ, quod proindè minoris venditur. De hoc igitur ferro,

Nota 2. Eſſe ideò notabiliter minus vtile. 1. quod in igne plus altero quartâ vel etiam tertia parte minuatur. 2. quod ineptum ſit faciendis operibus exquiſiti artificii, puta ſeris, &c. nam ſi Fabri eo vti velint ad illa, ſuam operam perdunt. 3. quod rudia opera ex eo fieri ſolita, vt equi ſoleæ &c. minus durent iis quæ fiunt ex bono ferro. 4. demum quod ad reficienda hæc opera rudia v. g. ara-

Digitized by Google

tri cultros illius : ac probi ferri concretio fieri nequeat. his ita ſuppoſitis.

Quæres an præfecti ferrariæ fabricæ qui ferrum illud ad vſtrinam effingi curant, venduntque peccent, & ad reſtitutionem obligentur.

R. Affirmatiuè quia mercem vitio notabili & occulto laborantem fieri mandant, eamque vendunt, ſiquidem obſeruandum eſt paucos huiuſmodi ferrum agnoſcere; imo maximam partem emptorum inprimis extraneorum in eo decipi quod plerumque melius appareat.

Dices 1. Eos illud minori pretio vẽdere quàm bonum ferrum, non igitur facere iniuriam.

R. Paulo quidem minori pretio vendere, non eo tamen quo par eſſet : cùm ſemper excedant iuſtum illius pretium; nam ex dictis longe minoris valet alio ferro : putâ quarta vel tertia parte ergo ſi liceret illud vendere 48. pars pretii deducenda eſſet, v. g. ſi probi ferri pondus 20. aſſibus veneat, iſtud & tantùm venire debet quod tamen ab his venditoribus non eſt ſperandum; ergo ſuperfluum eſt inquirere, an poſſint vendere prædictum ferrum minuendo pretium, vt par erit.

Dices 2. Eos vendere ferrum emptoribus qui vitium illius noſcunt, ſed contra fateor quidem eos non facere iniuriam mercatoribus, quibus illud vendunt, cùm hi plerumque tanti ferrum illud vendere ſoleant ac ſi probum eſſet; vnde fit vt minori pretio libenter emant certi ſe maiori venditures.

Dico tamen iniuriam facere artificibus ferrum illud ad opus empturis, conſtat enim ex 2. notabili eos magnam inde iacturã pati, de qua

iniuria eodem modo philoſophandum eſt ac de illa quæ à vini aqua mixti venditoribus cõmittitur vt vidimus Lect.præc.n.4.ſub finē.

Dices 3. Bonacinam & alios apud illum tractatu de contractibus Diſputatione 3. q. 2. puncto. 6. n.12. aſſerere venditorem qui monet immediatū emptorem de vitio rei venditę non teneri ad reſtitutionem erga emptorē mediatū ideſt eum, qui emit ab illo cui rē ipſe vēdiderat.

R. 1. Eiuſmodi authores ſupponere venditorem illum non vendere rem pluris iuſto eius pretio, nam ſi v.g. vendat ferri pondus 19. libris: quod valet ſolum 15. propter eiuſmodi vitium, non eſt credibile dictos Auctores velle hunc venditorem eximere à reſtitutionis obligatione erga memoratos artifices quibus à ſuo emptore ferrum iniuſto pretio vendendum præuidet: ideoque mercatorum iniquitati ſe cooperaturum eſſe non ignorat.

R. 2. Illorum opinionem eſſe omninò falſam exceptis duobus caſibus. 1. Si venditor non ſuperuendat mercem vitioſam, & cuius defectum aperit emptori 2. ſi moraliter certus fuerit emptorem non eam ſuperuenditurum artificibus eiſque vitium illius manifeſtaturum.

R. 3. Has duas conditiones in praxi adfuturas nnnquam: Conſtat enim experientia ferrariæ fabricæ præfectos nunquam eiuſmodi ferrum iuſto pretio vendere, vnde ſequitur eos iniuriam facere ſi non emptoribus quibus illud vendunt ſaltem artificibus quibus ab iſtis vendi ſolet pluris quam valeat, quamobrem illorum iniuriæ cooperantur idque grauiſſimè cum totius mali authores ſint.

Digitized by Google

LECTIO XX.

De vendente alterius nomine.

QVæres 1. An qui rem vendidit alterius nomine, poſſit ſibi ex pretio aliquid retinere.

R. Non poſſe citra iniuriam ſi mercedem acceperit, vel gratis hoc officium ſe promiſerit præſtiturum nam ſi primùm, duplicem acciperet mercedem, ſi alterum priuauit ſe omni iure ac titulo quidpiam retinendi.

Quæres 2. Vtrum ſi dominus taxauerit rei pretium poſſit mandatarius incrementum pretij retinere ſi rem pluris vendiderit.

R. Negatiuè: quia non cenſetur ei dominus pretium ideo taxaſſe, vt illi donaret incrementum, ſed tantùm indicare voluiſſe ne rem minori pretio venderet.

Dices 1. Poſſit ne mandatarius in tali caſu rem in mente emere, eamque poſtea vendere ſuo nomine, & pretij augmentum retinere.

R. 1. Communiter Doctores hoc probare, quia mandatarius factus eſt rei emptor ideoque dominus: quare ſi iam pluris vendat, totum ipſi pretium ut domino cedit, apud Leſſium lib. 2. cap. 21. dub. 19. n. 139. & Bonacinam de reſtitutione in genere diſp. 14. 2. p. 6. n. 17.

R. 2. Hoc tamen vt verum fatear non carere periculo auaritiæ, cupiditatis & ſcandali

reſpectu mandantis, ſi rem aliquando ſciuerit: quare licet factum non damnem vt iniquum, dico tamenim praxi non eſſe conſulendum.

Quæres 3. An poſſet mandatarius pretii augmentum retinere ſi rem pluris venderet ob aliquam inſignem diligentiam, putâ ſi eam ad quindecim aut viginti leucas deferret vbi longè maiori pretio vendidit quam hic vendidiſſet, vbi dominus eam vendi mandauerat.

R. Poſſe retinere cùm ſit illius induſtriæ fructus.

LECTIO XXII.

De venditione vel emptione cum pacto redemptionis.

QVæres an liceat vendere aut emere prædium, domum &c. cum pacto redimendi.

R. Licere modò adſint debitæ conditiones. Prima eſt verus animus vendendi & emendi præſertim ex parte emptoris nam ſi defuerit, non cenſebitur contractus emptionis ac venditionis ſed potius mutuum ideoque vſura palliata vt accideret in iſto caſu. Caius egens pecunia rogauit Paulum vt ipſi mutuo daret, Paulus abnuens quod à confeſſariis acceperit non licere aliquid ſupra ſortem accipere in mutuo, proponit ei vt ſibi prædium aut domum vendat cum pacto redimendi cap. lege vt domum ſuam recuperaturus ſit quando pecuniam pro eius pretio traditam reddet.

Digitized by Google

Secunda eſt iuſtum rei pretium: ita vt ſpectatis omnibus circunſtantiis recta ſeruetur æ-æqualitas nec vlla prorſus emptori aut vēditori fiat iniuria, cæterum de hoc nulla certa regula valet aſſignari ob varias circunſtantias quæ occurrere poſſunt.

Tertia vt rei venditæ fructus ad emptorem pertineant; vt enim aliàs dictum eſt, res quælibet ſuo domino fructificat.

Quarta, ſi emptor locet rem illam venditori, non accipiat immodicam penſionem ſed ſolùm iuſtam, habitâ ratione fructuum quos affert, nam fieri poteſt vt ſi accipiat ſex vel etiam 5. pro 100., violetur iuſtitia, & ſit obligatio reſtituendi vt patet in iſto exemplo, ponamus Caium emere à Paulo 100. nummis agrum v. g. cum pacto redemptionis, ſi poſt emptionem eum illi locauerit. Dico vt ambo conueniant de iuſto locationis pretio, non habendam eſſe rationem dictæ pecuniæ quæ afferret 6. pro 100. vnde conficitur ſumma octodecim librarum & quindecim aſſium, ita vt idem pro locatione poſſit accipere, ſæpius enim accidit vt ne quidem quinque pro cento percipere valeat cum ex dictis habenda ſit ratio fructuum prædii, alioqui venditor læderetur ſi maiorem penſionem daret quam prędium ferre poſſit.

TRACTATVS XVI.

De mutuo & vſura.

LECTIO I.

De mutui definitione.

QVæres quid ſit mutuum.

R. Contractus quo aliquis tradit alteri rem ſuam, quæ vſu conſumitur, eo animo vt accipiens, illius dominium acquirat, ac deinde aliam eiuſdem ſpeciei & bonitatis reddat, explico definitionem.

Dixi 1. Rem quæ vſu conſumitur, puta triticum, vinum, oleum, pecuniam, rebus enim huiuſmodi vti non potes niſi vſu ipſo conſumantur; pecunia vero cenſetur vſu conſumi, quando mutuo datur propter eius alienationem & in alterius dominium tranſlationem, ſic autem mutuum diſtinguitur à commodato quo traditur res quæ vſu non conſumitur puta ſi domum, equum &c. Loces.

Dixi 2. Eo animo vt rem accipiens, dominium illius acquirat, nam in iſto contractu,

rei dominium transfertur in accipientem: vnde dicitur mutuum quaſi ex meo tuum, quo etiam diſtinguitur accommodato quia commodans retinet commodatæ rei dominium.

Dixi 3. Deinde quo differt mutuum à permutatione in qua ſtatim res ſimilis redditur.

Dixi 4. Eiuſdem ſpeciei & bonitatis quia cum iuſtitia commutatiua poſtulet vt ſeruetur æqualitas: ſi mutuatarius rem maioris valoris reſtitueret, mutuator iniquus eſſet & vſuræ labem contraheret, de qua mox tractabimus.

LECTIO II.

De vſuræ definitione.

QVæres 1. quid ſit vſura?

R. Lucrum ex mutuo immediatè prouenięns. Dixi 1. Lucrum quo nomine intelligimus rem aliquam temporalem, quæ ſit æſtimabilis v.g. pecuniam, triticum, vinum, aliamve mercem, obſequium; quamcumque obligationem pecunia æſtimabilem. Dixi 2. ex mutuo immediatè prouenięns ideſt quod ſolo mutui titulo acquiritur, nam ſi alio titulo puta lucri ceſſantis, aut ſocietatis accipias, non erit vſura.

Quæres 2. quid ex hac definitione colligendum ſit?

R. Colligendum eſſe pro praxi. 1. peccare peccato vſuræ mercatores qui mutuo dant vel

vel credito vẽdunt alicui cum pacto vt merces tantum emat in tabernis ipſorum, nam onus pecunia æſtimabile imponunt.

2. Item nobiles & alios habentes moletrinas non indictiuas id eſt quo non habent ius indicendi molituram, peccare peccato vſuræ ob eandem rationem ſi tibi pecuniam vel aliud mutuo dent eâ lege vt ipſorum molendinis dumtaxat molas.

3. Idem eſſe dicendum de illis qui mutuo tradunt pecuniam, frumentum &c. ruſticis eo pacto vt ipſorum vineam aut agrum iuſto pretio colant: ſi tamen ſolum vellent anticipare ſolutionem, fateor tunc non commiſſuros vſuram neque reſtitutioni fore obnoxios, eſſet enim potius locatio quam mutuum.

Dices, ponamus illum mercatorem non ſupervendere merces, nullumque damnum ex huiuſmodi obligatione debitorem incurriſſe: tunc non videtur mercator obligari ad reſtitutionem cum debitorem ſuum non læſerit.

R. 1. Accidere in praxi rarò, vt mutuatarii quibus hoc onus mutuantes imponunt, aliquod inde grauamen non patiantur.

R. 2. quamvis nullum reipſa paterentur, videri probabilius creditores vt in noſtro caſu mercatores, vſuram committere ideoque teneri ad reſtitutionem: priuarunt enim debitores facultate eundi ad alia molendina vel tabernas quæ pro libito adire poterant, & obligarunt ad ſua tantum frequentanda: hoc autem eſt pretio æſtimabile, ergo tenentur ad aliquam reſtitutionem pro iniuria eiuſmodi iuxta viri prudentis arbitrium.

Digitized by Google

Quæres 3. An vſura imponentis obligationem molendi tantum in ſuo molendino vel emendi in ſua taberna, ſit mortale aut veniale peccatum.

R. Si ſupponas debitorem non fuiſſe læſum, illud peccatum non eſſe mortale quia talis obligatio non affert graue incommodum, ergo ſolùm erit veniale peccatum ob materiæ leuitatem.

LECTIO III.

De vſura diuiſione.

QVæres quomodo diuidatur vſura?

R. Diuidi 1. in euidentem quæ manifeſta eſt, & palliatam quæ legitur ſpecie alterius contractus vt ſi pluris iuſto pretio vendas quia credito vendis, alia exempla vſuræ palliata dedimus vbi de venditione & emptione.

2. In realem quæ committitur cum interuenit pactum expreſſum vel tacitum dandi aliquid ſupra ſortem, & mentalem: hæc autem dupliciter intelligi poteſt 1. itaut ſignificet voluntatem fœnerandi: putâ ſi Petrus vſurarius habeat hic & nunc intentionem cras mutuo dandi 100. nummos vt ex vi mutui aliquid ſupra ſortem accipiat, de qua uſuræ acceptione non eſt quæſtio.

2. Ita ut ſonet omne mutuũ actuale ſine vllo pacto externo ſed tamen cũ intẽtione principali lucrandi, & aliquid ſupra ſortẽ accipiendi

tanquam debitum ex iuſtitia & vi mutui.

Dixi cum intentione principali, nam ſi quis mutuando ſolùm intenderet benefacere amico vel alterius gratiam demereri, non cenſeretur labem vſuræ contrahere, quamvis mutuaret cum intentione minùs principali & ſecundaria lucrandi aliquid ex mutuo, vt autem facilè dignoſcas vtrum aliquid mutuauerit cum intentione principali vel ſecundaria lucrum ex mutuo percipiendi.

Aduerte eum qui non erat mutuaturus, ſi ſciuiſſet nullum ſibi lucrum obuenturum ex mutuo, cenſeri mutuaſſe cum intentione principali aliquid lucrandi, vnde patet vſuræ mentalis reum eſſe: illum vero qui mutuaturus erat quamuis certo crediđiſſet ſe nihil mutuo lucraturum, cenſeri non intendiſſe lucrum primario & præcipuè, ſed ſolum gratiam mutuatarii nec quid aliud ſimile: quamobrem nulla erit in hoc caſu mentalis vſura; probatur iſte diſcurſus ex cap. conſuluit de vſuris vbi Vrbanus III. ita loquitur: qui non aliàs mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, vt licet omni conuentione ceſſante, plus tamen ſorte recipiat: pro intentione lucri quam habet, iudicandus eſt male agere.

LECTIO IV.

De grauitate peccati vſuræ.

QVæres quanta ſit huius peccati grauitas ? R. Maxima ; cum iuri naturali, diuino & canonico aduerſetur.

Naturali quidem primò quia ſic Diuus Thomas & cum eo Theologi morales cenſent. 2. quia eſt contra ius naturæ, vt quis duplex accipiat pretium ſeu binam pro eadem re ſolutionē; & vendat quod ſuum non eſt : atqui hæc duo reperiuntur in vſura, nam accipiens aliquid ſupra ſortem, vel illud ratione ſummæ mutuo datæ accipit, vel ratione vſus eiuſdem ſummæ : ſi primùm duo eiuſdem rei pretia recipit; ponamus enim mutuaſſe 100. nummos & ſupra alios centum accipere ſex, euidens eſt ipſi duplex eiuſdem ſūmæ pretium tradi quod repugnat naturali rationi : ſi alterum videlicet ſi accipiat ſex nummos pro ſumma 100. nummorum quos mutuauerat vſu, accipit pretium & lucrum rei non ſuæ, nam per mutuum ; ſe illius dominio priuauerit, ergo nullum ex ea lucrum percipere potuit : quod ſi perceperit, conſtat rem alienam vendidiſſe, nempe vſum dictæ pecuniæ nummorum centum, ita diſcurrit ſanctus Thomas 2. 2. q. 78. a. 10.

Repugnat quoque vſura diuino iuri : quod probatur 1. definitione Vrbani III. conſuluit de vſuris, vbi aſſeret vſuram in vtroque teſta-

Digitized by Google

Quæres 3. Diuiſionem intereſſe.

R. quia mutuator lædi poteſt 1. ratione damni emergentis 2. ratione lucri ceſſantis: ideo communiter intereſſe duplex aſſignari, nimirum damni emergentis & lucri ceſſantis.

Damnum emergens dicitur illud, quod aliquis patitur in rebus ſuis ob mutuum alteri traditum; putà ſi Caius non poſſit reficere domum quæ corruit vel ideo locari non poteſt, quod pecuniam ſuam mutuo dederit, vel ſi propter idem mutuum cogatur ipſe mutuari pecuniam & vſuras pro ea ſoluere.

Lucrum ceſſans erit ſi quis ob pecuniam alteri mutuatam, non lucretur quæ cum ea lucratus fuiſſet: putà ſi caius qui pecuniam ſuam emptioni alicuïus fundi vel alicui negotiationi deſtinauerat, eam in hæc ob mutuationem illius expendere nequiuerit.

LECTIO VI.

In quo caſu liceat creditori exigere aliquid ſupra ſortem ratione lucri ceſſantis aut damni emergentis.

NOta poſſe interuenire pactum expreſſum, aut tacitum inter creditorem & debitorem vt ille accipiat aliquid ſupra ſortem ratione damni emergētis vel lucri ceſſantis tunc interuenit pactum expreſſum quando partes hac de re conuenerunt: tacitum verò; ſi

de hoc non meminerint, omnis enim debitor cùm aliquid mutuatur ab alio, cenſetur ſe obligare ad reparationem damni emergentis vel lucri ceſſantis quod creditor patietur, ſi mutui ſolutionem non accipiat conſtituto tẽpore.

Quæres 1. In quo caſu non liceat creditori aliquid exigere ſupra ſortem ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis quod patitur ob mutuum debitori datum.

R. Tunc non licere quando nulla fuit conuentio de hoc inter partes, nec debitor eſt in mora ſoluendi ſaltem cum ſua culpa: quia cenſetur creditor in tali caſu ceſſiſſe iuri aliquid exigendi pro damno eiuſmodi quod ipſi ex mutuo poterit euenire; nec licet debitor ſit in mora ſoluendi, modò citra ipſius culpam, vt fert communior & probabilior opinio, tenebitur damnum illud reſarcire: quia cùm nulla fuerit conuentio inter partes de hoc vt ſupponimus, nimis durum eſſet, nec conſentaneum æquitati damnare creditorem ad compenſationem damni quod accidit ſine ipſius culpa, nimirùm quia non ſoluit præfixo termino, cùm tamen ſoluendo non eſſet.

Dices quandonam cenſeatur debitor in mora ſoluendi abſque ſua culpa.

R. In duplici caſu 1. ſi fortuitò & citrà ipſius culpam redditus ſit impotens ſolutionis: puta cùm res ſuas incendio, vel naufragio amiſit, aut incidit in extremam, vel grauem neceſſitatem. 2. Si bona fide putauerit dilationem ſolutionis elapſo termino non diſplicere creditori.

Quæres 2. An debitor teneatur compenſare totum

totum damnum emergens, aut lucrum ceſſans creditoris ſi ambo ita conuenerint, ac debitor ſit in mora ſoluendi abſque ſua culpa.

R. affirmatiuè, quia 1. debitor id promiſit 2. & creditor iure potuit conſulere indemnitati ſuæ.

LECTIO VII.

Quænam conditiones requirantur, vt creditor iuſtè poſſit exigere à debitore ſuo compenſationē damni emergentis quod patitur ex mutuo illi tradito.

R. 3. COmmuniter aſſignari 1. vt creditor cum mutuò tradit, moneat debitorem de damno quod paſſurus eſt ob mutuum, vel iuſtè metuit ſe paſſurum: fortaſſis enim debitor, ſi hoc ſciuiſſet, non erat mutuaturus cum tali onere.

2. Vt optio detur mutuatario vel reſarciendi totum damnum emergens quod ex mutuo creditori obueniet, vel paciſcendi quid velit pro eo ſoluere, ratio eſt quod ita creditor ſufficienter prouideat indemnitati ſuæ: nam ſi vellet obſtringere debitorem ad paciſcendum de pretio damni cui ſe mutuãdo exponit, poſſet excipere debitor, malle ſe reſarcire totum damnum quod eueniet, vnde tunc creditor erit indemnis; quod ſi debitor maluerit æſtimare damnum emergens, poterit creditor acceptare pactum: ſed caueat ne pluris æſtimet huiuſ-

modi damnum quàm poſtulet æquitas.

3. Vt mutuum verè ſit cauſa totius damni emergentis, alioqui damnum emergens non verum, ſed fictitium eſſet. Puta ſi creditor haberet aliam pecuniam otioſam quæ ipſi opus non eſſet, vel quam nulli negotio deſtinaſſet: aut ſi vellet pecuniam ſolùm à debitore repetere, vt eam in ludos, potationes, alioſque vſus non neceſſarios inſumeret, quam cum repetere non poſſit v. g. quod debitor tunc ſoluere nequeat, aliam mutuo acciperet cum onere ſoluendi vſuras; in iis aut ſimilibus circumſtantiis dico non poſſe creditoré exigere à debitore vſuras quas alteri ſoluit, ſpecie damni emergentis, quia eiuſmodi damnum eſt voluntarium, vt per ſe patet: dixi totius damni, nam ſi mutuũ non fuerit cauſa totius damni, ſed partis dumtaxat, poteſt tantùm creditor exigere compenſationem illius partis: v. g. Caius mutuo dedit quingentos nummos, quos cum repetere nõn poſſit à debitore, coactus eſt 200. v. g. nummos mutuari & pro iis ſoluere vſuras, fateor poſſe tutâ conſcientiâ exigere à ſuo debitore vſuras 200. nummorum, cùm tale damnum ex mutuo patiatur; non tamen ſupra, cum maius damnum non patiatur.

Vbi aduertat confeſſarius errorem multorum, qui ſe putant excuſari dum exigunt vſuras à debitoribus ſuis, quod ipſi aliis vſuras ſoluant: nam niſi aliter ſe habeat ac modò explicatum fuit, rei ſunt peccati vſuræ.

Digitized by Google

LECTIO VIII.

Quænam ſint conditiones neceſſariæ, vt quis poſsit exigere aliquid ſupra ſortem, ratione lucri ceſſantis.

QVæres 1. huiuſmodi conditiones.

R. 5. Tradi à Doctoribus. Prima eſt vt mutuator habuerit ante mutuationem verum & ſincerum animum impendendi pecuniam alicui commercio, vel emptioni fundi, aut alteri negotio frugifero. Id patet ex vi nominis, lucrum enim ceſſans dici non poteſt, niſi fuiſſet abſque mutuo; quare ſi lucraturus eras aliquà viâ, niſi mutuo dediſſes pecuniam; cum mutuum in illo caſu vera ſit cauſa lucri ceſſantis, poteris pro eo aliquid exigere ſupra ſortem.

Quæres 2. Quandonam cenſeatur creditor non habere animum impendendi pecuniam negotiationi.

R. Quando non habet intentionem abſolutam, ſed ſolùm conditionalem; putà cum dicit, ſi meâ pecuniâ merces emerem, vel negotiationi eam impenderem, non minorem fructum afferret, fortè etiam maiorem quàm in mutuo: vel ſi dicat, poſſem illâ negotiari: emere fundum aliave frugifera; nam hæc duo valde differunt, impenderē pecuniam tali rei, & decreui eam impendere, quare idem de vtroque iudicium ferri non poteſt.

Quæres 3. Quibus indiciis cognoſcemus mutuatores habere ſincerū animū impendendi

pecuniam alicui negotio frugifero, niſi mutuum impediret.

R. Videndũ eſſe an pecuniâ interdum vtantur ad aliquam, negotiandi rationem; quod ſi nuſquam, aut fere nuſquam agant, patet, quidquid dicant, eos carere vero animô negotiandi; vt enim Philoſophi dicunt, fruſtra eſſe potentiam quæ non reducitur ad actum, dici etiam poteſt in morali, eum eſſe illuſorem, qui aſſerit ſe velle id facere, quod nunquam, aut fere nunquam exequitur.

Dices an requiratur ad eam intentionem, vt mutuator malit pecuniam impendere negotiationi quam mutuo dare.

R. 1. Affirmare Caietanum, Syluestrum & Conradum, aliàs inquiunt, non erit vera, ſed ficta intentio negotiandi.

R. 2. Alios tamen id negare: aiunt enim ſufficere, vt mutuator habeat verum animum impendendi pecuniam rei frugiferæ, & nihil referre, an malit mutuare quàm ita impendere.

R. 3. In praxi ſententiam priorem eſſe ſecuram, & poſteriorem ſuſpicione ac periculo non carere: quia difficile eſt vt patet experientiâ, reperire homines qui malint pecuniam mutuo dare, quam ex ea negotiari, & ſimul habeant veram intentionem vtendi pecuniâ ad aliquid ex ea lucrandum aliâ ratione.

Quæres 4. An ille qui mutuauit pecuniam alicui negotio deſtinatam, & habet aliam apud ſe, cenſeatur pati lucrum ceſſans.

R. Cum diſtinctione, ſi enim 1. habeat pecuniam otioſam nullique vſui deſtinatam, non patitur lucrum ceſſans: cùm illam poſſit mu-

atè ſupponere, & idem negotio impendere. Sed tamen 2. ſi eam ſeruet ad filias dotandas el ad illâ vtendum ſi ægrotauerit aliudue ipcontigerit, tunc erit verum lucrum ceſſans.

LECTIO IX.

Traduntur aliæ conditiones lucro ceſſanti neceſſariæ.

QVæres alias conditiones veri lucri ceſſantis.

R. quatuor ſupereſſe declarandas.

2. Igitur eſt, vt mutuator admoneat mutuatarium de ſuo lucro ceſſante: hoc enim eſt neceſſarium 1. vt relinquatur arbitrio mutuatarii, an velit ſe obligare ad aliquid ſoluendum pro tali lucro, maximè ſi notabile fuerit, necne. 2. ne idem mutuatarius ſcandalum patiatur exiſtimans mutuatorem vſuræ labe infici, cum aliquid exigat ſupra ſortem.

3. Conditio eſt vt creditor non exigat à debitore, titulo lucri ceſſantis, quidquid lucratus eſſet, ſi pecuniam ſuam rei frugiferæ impendiſſet; nam deducere debet expenſas & pericula fortuita quæ prudentis arbitrio æſtimanda erunt: ſiquidem lucrum in ſpe, minoris valet quam lucrum præſens, & quod habetur ad manum.

4. Eſt vt creditor nihil accipiat ſupra lucrum ceſſans quod ob mutuum paſſus eſt; alioqui committeret iniuriam vt patet.

Quinta conditio eſt, vt idem creditor non exigat lucrum ceſſans tempore dati mutui: ſed conueniens interuallum expectet: quia mutuans non perciperet lucrum ex ſua pecunia hic & nunc; ergo non poteſt exigere ſtatim lucrum ceſſans; vnde ſi lucrum ceſſans Pauli v.g. mutuantis 100. nummos, æſtimetur ſex nummis, & Paulus ſtatim dato mutuo illos ſex númos accipiat, erit vt patet mutuum 94 nummorum, & tamen accipiet lucrum ceſſans nummorum 100. quos non mutuauit omninò, erit igitur aperta iniuria.

Dices quodnam interuallum ſufficiens iudicetur, vt debitor poſſit aliquid accipere pro lucro ceſſante.

R. 1. Satis eſſe in vigore, vt accipiat lucrum eo tempore, quo ex ſua pecunia lucraturus eſſet.

R. 2. Multò meliùs fore vt expectet finem anni, quod conſulet in praxi Confeſſarius; tum ne det creditor occaſionem ſcandali, accipiendo ante anni exitum lucri ceſſantis compenſationem, tum quod ita ſe gerant viri morati.

Digitized by Google

LECTIO X.

...trum liceat ob alios titulos quàm lucri ceſſantis aut damni emergentis aliquid accipere ſupra ſortem.

QVæres 1. An propter periculum amittendi pecuniam mutuatam, vel eam non recuperandi niſi cum expenſis & moleſtiis, liceat accipere aliquid ſupra ſor tem.

Reſponſioni præmitto, huiuſmodi periculum vel eſſe remotum, quale reperitur in omni mutuo, conſtat enim omnia variis caſibus exponi; vel proximum, puta ſi mutuo des homini pauperi, prodigo aut malæ fidei, &c. his poſitis.

R. 1. Ex Nauarro, Soto, Reginaldo, & quibuſdam aliis, mutuantem nihil poſſe accipere ſupra ſortem ob tale periculum; quia 1. ſic cenſent communiter Theologi & Canoniſtæ apud eundem Nauarrum. 2. Contraria ſententia pluribus vſuris palliatis aditum præbet.

R. 2. Opinionem contrariam eſſe probabilem, quando periculum eſt proximum, non autem remotum: vt intelligunt omnes Authores iſtius ſententiæ; quod patet ex variis exemplis quæ afferunt: ratio eſt, quod tale periculum ſit pretio æſtimabile.

R. 3. Raró tamen Confeſſarius hoc debere cõſulere; quia huiuſmodi periculũ raró accidit;

videmus enim mutuatores cautè ſibi prouide-re, vt v. g. eligendo mutuatarios diuites, aut petendo fideiuſſorem, quod ſi aliquando iudicent hoc eſſe conſulendum, aduertánt illud periculum multò minùs æſtimandum vſuris quæ regio edicto taxantur: quare cum vix reperire ſit pœnitentes qui tam modico fructu contenti ſint, vix erit vſquam locus id conſulendi.

Hinc verò colliges toto cœlo decipi aliquos confeſſarios, dum putant licitum eſſe pœnitentibus exigere vſuras edicto regio taxatas, ob eiuſmodi periculum proximum; de quo hic agimus; nam 1. ſupponunt tale periculum in omni mutuo reperiri, quod falſum eſt, 2. minimè aduertunt illud ſi contingat interdum, non poſſe æſtimari iuxta regia edicta.

Quæres 2. An Petrus mutuo dans Paulo 1000. nummos quos Paulùs per mare in Italiam, vel per loca valde periculoſa in Hiſpaniam mittere vult, ſi onus & periculum tranſactionis in ſe recipiat, poſſit exigere aliquid ſupra ſortem, ratione talis periculi.

R. 1. Poſſe cum illud periculum ſit pretio æſtimabile.

R. 2. Non poſſe tamen mutuando Paulo illum obligare, vt ſe potius quàm alio vtatur ad nummos transferendos 1. quod ea obligatio quam Paulo imponeret ſit onus pecunia æſtimabile 2. quod illud expreſſè vetetur C. nauiganti de vſuris, ita enim debet intelligi hæc epiſtola decretalis, de cuius ſenſu non conueniunt Doctores.

LECTIO XI.

penduntur alii tituli exigendi aliquid ſupra ſortem.

Væres 1. vtrum priuare ſe pecuniâ per aliquod tempus,ita vt mutuans non poſ-
ſeam repetere intra illud, ſit legitima ratio
gendi aliquid ſupra ſortem.
. Negatiuè 1. quod illa pecuniæ carentia
obligatio eam non repetendi ad certum
ıpus, ſint res mutuo eſſentiales: quod in
: differt à cōtractu precarij, quia res preca-
tradita repeti poteſt omni tempore: cùm
tur hoc ſpectet ad intrinſecam mutui ratio-
n, & aliunde vi mutui nihil exigi poſſit,
ıc titulum patet eſſe fictitium:vt enim aliàs
imus acceſſorium, ſequitur naturam ſui
ncipalis 2. poſſent ita vſuræ omnes excuſari.
)bjicies ex num. 2. lect. 2. obligatio quam
ditor imponit debitori eſt pretio æſtima-
is, quare igitur iſta quam ſibi creditor im-
ıit: non erit huiuſmodi.
R. Magnam eſſe diſparitatem in hoc ſitam:
ɔd obligatio, quam creditor imponit mu-
tatio,non ſit intrinſeca& eſſentialis mutuo,
le pretio æſtimari poteſt;at verò illa,quam
creditor mutuando imponit, & quâ pri-
ſe iure petendi pecuniam ad certum tem-
,eſt intrinſeca naturę mutui:nō enim potes
tuare, quin hanc tibi obligationem impo-

nas, ergo cum nihil ſupra ſortem accipi poſſit vi mutui, non poterit pecuniâ æſtimari obligatio quæ naturæ mutui eſſentialiter & intrinſecè adhæret.

Quæres 2. An gratia quâ per mutuum obſtringitur debitor, ſit iuſta ratio exigendi aliquid ſupra ſortem, videtur enim pretio æſtimabilis æquè atque illa iniqua delectatio quam tibi occiſor inimici attulit, pro quâ diximus aliàs, vbi de reſtitutione, poſſe accipi mercedem.

R. Nequaquam; diſparitas eſt quod gratia collata per mutuum, ſit intrinſeca ipſi mutuo, non minus ac dicta obligatio N. præcedenti memorata, & ex parte conſiſtit, vt illa, in eo quod priues te iure petendi pecuniam vſque ad certum tempus.

Objicies, nonne tenetur mutuatarius gratiam rependere, cur igitur non poterit mutuans inire cum eo pactum de illâ tali modo repetendâ, puta ſolutione talis ſummæ ſupra ſortem.

R. Cum diſtinctione; fateor quidem teneri ex gratitudine, non autem ex juſtitiâ, vnde fit vt non poſſit mutuans paciſci cum eo de re aliquâ ſoluendâ ſupra ſortem, quin committat vſuram, quod probatur ex triplici fundamento: 1. virtus gratitudinis nequit fieri iuſtitia, ſicut accidens ex communi Philoſophorum placito non poteſt fieri ſubſtantia, nec res eadem, vt fert vulgaris hominum ſenſus, poteſt ſimul donari ac vendi. 2. Si hoc eſſet, nulla vnquam foret vſura, nullus enim eſt qui non poſſit dicere mutuatario: cùm mihi gratiam rependere tenearis, quæro vt de illa paciſca-

r, ita vt ſoluere debeas ex rigore iuſtitiæ
tium, quo meum in te beneficium æſtima-
ur; vnde facilis erit excuſatio cuiuſcun-
: vſuræ. 3. Huiuſmodi pacto cogeretur de-
or inuitus ad ſolutionem rei de qua ſuprà
em tradendâ conuentum eſſet, hoc autem
ifeſtam iniuriam ſapit.

Quæres 3. Si mutuatarius donet aliquid
litori ſupra ſortem, nonne is erit legiti-
titulus accipiendi aliquid ſupra capi-
.

R. Affirmatiuè, ſi verum donum fuerit, hoc
duas iſtas conditiones habuerit. 1. Vt lu-
ti animo fiat. 2. vt creditor caruerit præci-
& primaria intentione obligandi debi-
m ad rependendum aliquid ſuprà ſortem,
t debitum ex juſtitia: fateor igitur in eo
nullam reperiri vſuram, & donum fore
legitimum titulum accipiendi aliquid ſu-
ortem.

Dico tamen. 1. fere nunquam accidere in
i, vt debitores lubenti animo donent vſu-
reditoribus ſuis: has enim propterea ſol-
. 1. Quod putent creditores gratis non mu-
aros. 2. Vt ab iis obtineant dilationem ſo-
onis: quamobrem ſi dicant ſe donare, pa-
oc non dici ex animo ſed ore tenus, vel-
enim ſibi gratis mutuo dari.

Dico 2. Fere nuſquam contingere vt mu-
or non intendat principaliter huiuſmodi
im, adeoque non committat vſuram men-
n.

Petes, An reus dictæ vſuræ mentalis te-
ur ad reſtituendum illi qui donauit ex
o.

R. Cum diſtinctione, nam ſi conſtet, ipſi donum fuiſſe omninò volũtarium, probabilius eſt ad nullam reſtitutionem obligari, ar. 2. ſi de hoc ipſi non cõſtet, imo credat vel dubitet non fuiſſe voluntarium donum, tenetur ad reſtitutionem ex conſcientiâ erroneâ.

Vide alia notatu digna circa donum vbi de reſtitutione in genere lect. 49. n. 3.

LECTIO XII.

An Regis conſtitutio ſit ratio ſufficiens exigendi aliquid ſupra ſortem.

R. NEgatiuè, niſi adſit alius titulus exigendi: conſtat enim ex dictis vſuram eſſe vetitam iure naturæ, ideoque ſemper illicitam.

Dices regem id permittere, imò præcipere iudicibus vt damnent debitores ad ſoluendas vſuras, ergo licere.

R. 1. Hanc conſequentiam non eſſe bonam, Rex id fieri permittit ergo licitum eſt, quot enim mala permittuntur à Rege vt grauiora vetentur, vt patet de lupanaribus, &c.

R. 2. Falſum eſſe id Regem permittere niſi cum adeſt, vel iuſtè præſumitur adeſſe lucrum ceſſans aut damnum emergens, quod in eius edicto vocatur intereſſe; hoc inde patet quod iudices nunquam debitores ad ſoluendum intereſſe damnẽt, niſi à tempore quo creditor petiit debiti ſolutionem in iudicio: tunc

Digitized by Google

m iudices rectè præſumunt creditorem
ere pecuniâ mutuatâ cùm eam exigat,
ui adeo vel ex eius carentia damnum pati,
aliquid eâ lucraturum, ſi haberet, quia
o creditores forte maius damnum aut lu-
m prętéderint quā in reipſa foret, Princeps
cto ſuo intereſſe taxauit, nimirum vt acci-
ntur 5. pro 100. rem in exemplo videamus.
ius debet Paulo 100. nummos à decem an-
, à quo fuit pro eorum ſolutione vocatus
iudicium ab vno tantum menſe: iudex dā-
)it Caium ad ſoluendum intereſſe ab vno
ntaxat menſe non à decem annis, &c.

LECTIO XIII.

maritus poſsit accipere intereſſe ex dote vxoris, vel vidua ex ſua dote.

QVæres 2. an poſſit maritus accipere inte-
reſſe ex dote vxoris non ſoluta.
R. Poſſe accipere à ſocero vel alio qui vxo-
i dotauit, donec fuerit dos perſoluta. Col-
tur ex C. ſalubriter de vſuris vbi dicitur ſi
er dotem filiæ non ſoluat genero, poſſe
erum percipere fructus alicuius fundi à
ero traditi in pignus, & aſſecurationem do-
ergo poterit gener accipere pecuniam pro
reſſe dotis; quid enim refert fundi fructus
cipere aut pecuniam, cùm vtrumq; ſupra
em accipiatur: ita omnes Doctores, qui

tamen non conueniunt de titulo, quô licet huic genero accipere intereſſe. Aliqui enim putant id Pontificem ſtatuiſſe quod præſumeret generos pati damnum emergens vel lucrum ceſſans: alij verò quod iuſtum ſit ſocerum dare aliquid genero ad alendam filiam & ſuſtinenda matrimonij onera.

Dixi autem donec fuerit dos perſoluta; vbi notabis generum non poſſe accipere vllum intereſſe, quando ſocer vel alius qui dotauit vxorem, vult reipſa dotem tradere; quia ſocer tradendo dotem promiſſam & acceptatam, eximitur ab onere alendi filiam & ſuppeditandi genero vnde poſſit onera coniugij ſuſtinere, quare non tenetur ad ſolutionem intereſſe, ſi velit dotem ſoluere quam genero promiſit.

Quæres 2. An generi cui creditum ſoceri pro dote aſſignatur, poſſit ex eo capere intereſſe donec integram ſolutionem acceperit.

R. Negatiuè, ſi nullam aliam exigendi rationem habeat, quam quod talis pecunia ſocero debita, ſit dos ipſius vxoris, & poſtulet æquitas vt habeat vnde onera matrimonij ſuſtinere poſſit. Ratio eſt, quod ſocer, vt diximus, teneatur quidem ad ſolutionem dotis vel ejus intereſſe, vt gener valeat onera matrimonij ſuſtinere, ſoceri tamen debitor ad hoc non obligetur, ſed tantùm ad debiti ſolutionem, vel ſi differat illam præfixo termino, ad reparationem damni emergentis aut lucri ceſſantis quod patietur creditor, quare, ſi gener nullum patiatur, quia, v. g. dotem alicui negotio frugifero non deſtinauit, vt ferè ſemper accidere conſtat, non poterit capere intereſſe ex dote vxoris.

)ices, quid ſi gener opponat debitorem ſoce-
iolle ſoluere dotem, quod ipſum non eſſe ſol,
ıdo cauſetur, ideoque, niſi capiat intereſſe -
rrimonij onera ſuſtinere non poſſe.
:. Conſulat illi Confeſſarius, vt ſincerè pro-
ıat dotem rei frugiferæ impendere, quando
s ſolutionem obtinuerit: quo caſu poterit
ipere intereſſe, id eſt, lucrum ſupra ſortem,
ı conſcientia ratione lucri ceſſantis.
Quæres 3. Quid cenſendum ſit de viduis.
.. Idem omninò quod diximus de marito,
one dotis vxoris.

LECTIO XIV.

liceat tutoribus, pupillis nobilibus, &c. accipere lucrum ſupra ſortem regio edicto definitum.

)Væres 1. An poſſint tutores capere lucrum ſupra ſortem ex pupillorum pecunia mudata.
ʀ. Non poſſe ſine iuſto titulo puta damni rgentis, lucri ceſſantis, aut ſocietatis, ı vſura eſt intrinſecè mala.
ices, tutores, ſi non accipiant tale lucrum, ɔnere ſe graui damno, nam Iudex eos damt ad ſoluendos fructus quos pecunia pupilrere potuiſſet.
ʀ. Id verum eſſe: quod præſumant iudices niam pupillorũ, ſi nullos fructus pepererit

Digitized by Google

otioſam & ſterilem fuiſſe negligentia tutorum; quare vt bene obſeruat Reginaldus poſt Sylueſtrum, pupilli ius habent exigendi à tutoribus fructum ſuæ pecuniæ, quia tenebantur tutores eam impendere imptioni alicuius fundi, vel mercatori conferre in ſocietatem.

R. 2. poſſe tutores hoc pacto vitare damnum eiuſmodi: vel enim pupilli pecunia eſt penes debitores, cùm ipſi tutelam ineunt, vel non; ſi prius habeant verum & ſincerum animum illam exponendi, vel in emptionem prædii aut cenſus, vel in ſocietatem: quod ſi eius ſolutionem obtinere non poſſint, tunc erit lucrum ceſſans, ratione cuius licebit accipere lucrum ſupra ſortem ſi poſterius, impendant eam alicui rei ex modò aſſignatis, ita enim fructum legitimum pariet.

Objicies, in iis non pauca incommoda reperiri; nam 1. reditus fundi non ſufficient ſuſtentationi pupilli, 2. in eiuſmodi cenſu conſtituto non poteſt exigi capitale quamdiu ſoluitur annua penſio: denique pauci ſunt mercatores idonei ſoluendo, quare periculum imminet tutori, ne à pupillo, iam ſui iuris facto in iudicium vocetur ob eius pecuniam malè impenſam.

R. 1. Collationem pecuniæ in ſocietatem videri pupillo commodiorem, ideoque potiùs conſulendam,

R. 2. Si tamen difficile ſit reperire mercatores idoneos, poſſe tutores ita ſuæ indemnitati conſulere: petendo ſcilicet à iudice, vt probet authoritate ſuâ pecuniam dari mutuo ta-

ercatori, qui, ſi minus idoneus æſtimetur, n ex ſui muneris officio aſſignet, vel ſta. pecuniam aliâ ratione impendi: putà in ione fundi, &c. atque ita poterit excipere aduerſus actionem pupilli, nullaque vſu- be inquinabitur.

ıæres 2. An idem liceat nobilibus & aliis ıegotiari nolunt.

Minimè: cùm vſura, ex dictis, intrinſecè ſit.

LECTIO XV.

ɔndetur obiectionibus in fauorem vſuræ afferri ſolitis.

Icunt igitur aliqui 1. plures viros nobiles, viduas, &c. nolle aut non poſſe negotiari; : ſi præter pecuniam nihil aliud in bonabeant, eamq; in arca otioſam relinquant, ntur illâ tandem ſumptibus quotidianis uſtâ, mendicare vel inediâ conſumi.

1. Vſuram, id eſt lucrum ſupra ſortem acım, ſolo mutui titulo, vtpote rem intrinmalam, nullo etiam vitæ periculo excuſaſſe.

2. Non deeſſe alia media, quibus liceat um aliquem ex pecunia capere, vnde, iis lo, nullum erit periculum mendicandi vel pereundi: nimirum emptionem fundi aut

cenſus, collationem pecuniæ in ſocietatem, &c.

Neque dicas hæc minimè acceptanda. quod 1. ex reditibus prædiorum nihil ferè, poſt ſoluta tributa ſuperſit, & aliunde maximâ in his curâ opus ſit, quæ tamen pluribus eſt ingrata. 2. in eiuſmodi cenſibus non poſſit exigi ſors à debitore: & videatur omninò ridiculum, quod cum in tali cenſu idem lucrum percipiatur ac in mutuo, iſtud tamen illicitũ, non illud æſtimetur. 3. Mercatores ſoluendo pares non inueniantur.

R. 1. Dato, quod illa media non ſint æquè commoda & frugifera ac mutuum: neminem tamen iis vtendo ad mendicitatem redigendum fore, ſed minùs diuitem dumtaxat futurum; quod nulli mirum videri debet, cùm profeſſio chriſtiana, ſi eius officium bene attendatur, à nobis exigat, vt innatam diuitiarum cupiditatem paululum moderemur.

R. 2. Licet prudentiæ carnis hæc media videantur incommoda: non eſſe tamen reipſa 1. Enim Deus, cuius gratiâ minori prouentu contentus eris, eas ſpeciali benedictione cumulabit, ſiquidem melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas, pſalmo 36. v. 16.

2. Idem Deus peculiari prouidentiâ plures caſus auertet, vt morbos, lites, tributa inſolita & oneroſa, grandinem, peſtem, & vnde homines ad maiorem inopiam rediguntur, quàm diteſcere ſoleant ex immodicis vſuris; hoc autem in vtroque teſtamento expreſſum habetur innumeris prope locis.

Digitized by Google

LECTIO XVI.

De materia eadem.

DIcunt 1. Mutuantes præſtare charitatis officium mutuatario, cuius interdum bo- ·iliſſimo pretio diſtraherentur, niſi mutuo ſuccurrerent.

ed contra 1. quamvis ita ſit, non ideo mu- ıti licebit accipere lucrum ſupra ſortem: a cum eiuſmodi commodum ſit aliquid mu- ;arij, non poteſt mutuans illi vendere quod us eſt; ita diximus vbi de emptione & ven- one: neminem poſſe alteri vendere illius ımodum.

. Fictitium eſt huiuſmodi charitatis offi- n: nam vſura eſt intrinſecè mala, vt oſten- ıus, ideoque actus furti non charitatis; eſ- autem vera charitas ſi mutuaret aliquis : vlla ſpe lucri, iuxta illud Chriſti Do- ıi, mutuum date nihil inde ſperantes. *Lucæ* . *6*. v. 37.

Dicunt 3. Neminem mutuaturum, ideo- : plures fame perituros.

.. 1. Hanc curam Deo eſſe relinquendam; n enim ſit orbis conditor, eius conſer- ioni prouidebit; habet in manu corda ninum, quæ ad libitum flectat vt ſibi

mutuent cùm opus fuerit: pater eſt vniuerſæ creaturæ, nullique ſuà ope indigenti deerit, num illum ſtultitiæ accuſarent, quem iſta ſollicitudo angeret, v.g. vtrum Sol orbem ſolito curſu illuſtrabit? anni tempeſtates ſuo quælibet tempore aduenient, &c. vide in hanc materiam quæ habentur elegantiſſimè deſcripta in capitibus 38. 39. 40. Libri Iob eximij patientiæ ſpeculi.

R. 2. Eos quos eiuſmodi cura tangit, debere potius eſſe ſollicitos, quid tandem ipſis accidet, ſi lucrum ſupra ſortem accipiant, quod eſt intrinſecè malum, non enim vitare poterunt vſuræ peccati rei iacturam ſalutis & calamitatem æternam.

Dicunt 4. Reipublicæ intereſſe vt lucrum accipiatur ex mutuo, aliàs enim ceſſaret omne commercium, ſed contrà, nihil enim bono publico magis officit, quod ex ipſis regum verbis oſtendo, ad quos maximè pertinet Reipublicæ cura, ecce initium edicti à Carolo IX. Galliarum Rege Chriſtianiſſimo promulgati. Attendimus maximam partem ſubditorum, qui olim mercaturam agere & cum exteris inire commercia ſolebant, magno huiuſce regni cõmodo, & alios manufactis operam dantes, quæ intra & extra Galliam expeditè venduntur: ita lucro immodico cenſuum, puta 8. vel 9. pro 100 allici, vt ideo commercium & opus manucarium abdicarint, otio tantum indulgentes, vnde mala oriuntur quæ parere otium ſolet.

Ex quibus tria ſunt colligenda 1. nomine cenſuum hic intelligi etiam mutua, quæ ideo regis edictum ſic appellat, quod eo tempore

Digitized by Google

mutuantes, honeſto cenſuum vocabulo vſuras tegere ſolebant: vnde conſtitutio meminit lucri immodici, putà quo accipiuntur 8. pro 100. vel plus etiam; quod ſi quis adhuc pertinaciter aſſerat hic ſolùm agi de cenſibus, ideoque malè edictum à nobis afferri, dico cùm illi cenſus minùs commodi ſint quàm ſimplicia mutua, quod in iis non poſſit vnquam exigi capitale, ergo ſequitur eiuſmodi cenſus non tam eſſe damnandos ac mutua.

2. Mutuum pecuniæ, in quo lucrum ſupra ſorrem accipitur, nocere potius quàm prodeſſe commercio.

3. Idem mutuum fouere otium quod eſt plurium malorum origo; vt verbis edicti vtar, nam inde euenit vt homines fugiant laborem, cùm tamen ſcriptum ſit, homo naſcitur ad laborem & auis ad volatum. Iob c. 9. v. 7. vt ludi, lautiora conuiuia, libidines, & alia huiuſmodi vigeant, atque ita populi, magno Reipublicæ damno, in omnem peccati foueam precipites ruant.

mutuent cùm opus fuerit : pater eſt vniuerſ
creaturæ, nullique ſuâ ope indigenti deeri
num illum ſtultitiæ accuſarent, quem iſta ſol
citudo angeret, v.g. vtrum Sol orbem ſoli
curſu illuſtrabit? anni tempeſtates ſuo quæl
bet tempore aduenient, &c. vide in hanc ma
teriam quæ habentur elegantiſſimè deſcripta i
capitibus 38. 39. 40. Libri Iob eximij patie
tiæ ſpeculi.

R. 2. Eos quos eiuſmodi cura tangit, de
bere potius eſſe ſollicitos, quid tandem ipſ
accidet, ſi lucrum ſupra ſortem accipiant, quo
eſt intrinſecè malum, non enim vitare pote
runt vſuræ peccati rei iacturam ſalutis & ca
lamitatem æternam.

Dicunt 4. Reipublicæ intereſſe vt lucrum ac
cipiatur ex mutuo, aliàs enim ceſſaret omn
commercium, ſed contrà, nihil enim bono pu
blico magis officit, quod ex ipſis regum verb
oſtendo, ad quos maximè pertinet Reipubli
cæ cura, ecce initium edicti à Carolo IX
Galliarum Rege Chriſtianiſſimo promulgati
Attendimus maximam partem ſubditorum, qu
olim mercaturam agere & cum exteris inir
commercia ſolebant, magno huiuſce regni cō
modo, & alios manufactis operam dantes, qu
intra & extra Galliam expeditè venduntur : it
lucro immodico cenſuum, puta 8. vel 9. pro
100 allici, vt ideo commercium & opus ma
nucarium abdicarint, otio tantum indulgen
tes, vnde mala oriuntur quæ parere otium ſolet

Ex quibus tria ſunt colligenda 1. nomin
cenſuum hic intelligi etiam mutua, quæ ide
regis edictum ſic appellat, quod eo tempor

Digitized by Google

mutuantes, honeſto cenſuum vocabulo vſuras tegere ſolebant: vnde conſtitutio meminit lucri immodici, putà quo accipiuntur 8. pro 100. vel plus etiam; quod ſi quis adhuc pertinaciter aſſerat hic ſolùm agi de cenſibus, ideoque malè edictum à nobis afferri, dico cùm illi cenſus minùs commodi ſint quàm ſimplicia mutua, quod in iis non poſſit vnquam exigi capitale, ergo ſequitur eiuſmodi cenſus non tam eſſe damnandos ac mutua.

2. Mutuum pecuniæ, in quo lucrum ſupra ſortem accipitur, nocere potius quàm prodeſſe commercio.

3. Idem mutuum fouere otium quod eſt plurium malorum origo; vt verbis edicti vtar, nam inde euenit vt homines fugiant laborem, cùm tamen ſcriptum ſit, homo naſcitur ad laborem & auis ad volatum. Iob c. 9. v. 7. vt ludi, lautiora conuiuia, libidines, & alia huiuſmodi vigeant, atque ita populi, magno Reipublicæ damno, in omnem peccati foueam precipites ruant.

Digitized by Google

LECTIO XVII.

Quomodo ſe geret Confeſſarius erga illos qui lucrum ex mutuo percipiunt, aut olim perceperunt juxta Regis conſtitutionem.

OBſerua duo remediorum genera hic eſſe à Confeſſario adhibenda, vt conſcientiæ pœnitentium opituletur, quorum alia tempus præteritum, alia futurum ſpectant.

Quæres 1. quid aget Confeſſarius ſi pœnitentes occurrant, qui hactenus lucrum ex mutuo perceperint.

R. Debere illos adſtringere vt reſtituant, niſi conſtet huiuſmodi lucrum valide à debitoribus fuiſſe donatum, juxta dicta in tractatu de reſtitutione in genere lect. 11.

Dices: quid ſi lucrum acceperint bonâ fide, eoque animo, vt ſi putaſſent eſſe iniuſtum, alio modo licito contraxiſſent, vt iuſtum ex pecunia lucrum perciperent.

R. 1. Eos, ſi verè fuerint ita diſpoſiti, non teneri probabiliter ad reſtitutionem; quia tunc cenſetur adeſſe lucrum ceſſans: mutuum enim ex quo lucrum accepere, fuit in cauſa ne pecuniam frugifero negotio impenderent, quod

eos implicitè voluiſſe præſumitur.

R. 2. Contrariam opinionem videri probabiliorem, quod huiuſmodi lucrum ceſſans paulò ſubtilius appareat, nec ſolida ratione nixum; non enim videtur habere omnia neceſſaria vero lucro ceſſanti, de quibus antea.

R. 3. Experientiâ quotidianâ conſtare pauciſſimos ita diſpoſitos reperiri; nam fructus liquidus, & nulli periculo expoſitus qui ex mutuo percipitur, adeò pleroſque allicit ad mutuandum, vt nullatenus velint pecuniam alteri vſui deſtinare.

Sed petes vnde ſciet Confeſſarius an pœnitens ita diſpoſitus fuerit nec ne.

R. 1. Non ſufficere ſi dicat, v. g. non reliquiſſem pecuniam in arcâ otioſam: plures enim ita reſpondent, quos tamen conſtat nolle illam alicui negotio licito impendere, vt 1. emptionis fundi, aut publici muneris, vel cenſus annui pecuniarij 2. collationi in ſocietatem, &c. Siquidem Confeſſario hæc media proponenti objiciunt incommoda omnia quæ ſuperiùs Lect. 17. num. 2. Retulimus: ergo, cum nulla ratio impendendi licitè pecuniam illis arrideat, ſequitur eos ſolo mutui titulo voluiſſe lucrari; ſiquis enim volens proficiſci Tholoſam, tres ſolùm huc vias ducere acciperet, ac rogatus quam eligere vellet, nullam ex ijs placere ſibi reſponderet: quis inquam æſtimauit illùm habere intentionem proficiſcendi Toloſam.

R. 2. Idem poſſe colligere Confeſſarium ex pertinaciâ, quâ huiuſmodi pœnitentes ſolent

Digitized by Google

vt plurimùm cum ſuis confeſſariis de hac materia contendere; varias afferendo rationes, de quibus earumque abſurditate ſuperius actum eſt à lect. 10. ad decimam quintam. Quamobrem illis optimè quadrat illud Oſeæ 4. v. 4. populus tuus ſicut hi qui contradicunt Sacerdoti.

Quæres 2. Quid Confeſſarii pœnitentibus conſulent in futurum tempus.

R. Id ex iam dictis facilè colligi: nimirum vt pecuniam licito negotio impendant, ſi ex ea legitimum fructum percipere velint.

LECTIO XVIII.

An poſsis vti pignore, vel fructus prædij à te venditi percipere, donec illius pretium ſoluatur.

PIgnus eſt quod creditori ad ſecuritatem datur.

Quæres 1. An poſſit mutuator vti pignore, v. g. veſte, arcâ, ſcamno, ſibi à mutuatario tradito.

R. Non poſſe citra vſuram, quia talis vſus eſt pretio æſtimabilis.

Quæres 2. An ille committat vſuram qui tibi pecuniam mutuauit eo pacto, vt tuo agro aut domo fruatur, donec mutuum ſolueris.

R. Affirmatiuè, niſi talis contractus alio titulo

tulo honeſtetur, Nam 1. ita expreſſe definitum eſt c. 1. & 2. de vſuris. 2. Res quælibet ſuo domino fructificat, ergo cùm mutuatarius ſit huiuſmodi rerum dominus, non poteſt creditor ijs frui ſine labe vſuræ.

Vbi duo ſunt obſeruanda 1. ſæpius hic grauiſſimam vſuram committi, quia plerumque ager aut domus pluris valent pecunia in mutuũ tradita 2. & licet non pluris valerent, certum eſt tamen ea mutuatorem non emiſſe, ergo eorum fructus ad dominum non ad illum pertinebunt.

Quæres 3. An hoc pactum ſit vſurarium, aliquis mutuator eâ conditione pignus accepit, vt ſi non recuperetur à debitore intra certum tempus, de quo inter ſe ambo conueniunt, pignus fiat mutuatoris vel exponatur vendendum aut venditum habeatur.

R. 1. Huiuſmodi pacta vtroque iure prohiberi quod pignus præſumatur pluris valere mutuatâ pecuniâ.

R. 2. Si tamen pluris non valeat, nullam eſſe in tali pacto vſuram cum eo proximus non lædatur.

Quæres 4. An ille qui vendidit alteri agrum, domum, aliamve rem frugiferam, poſſit aliquid accipere ab emptore donec iſte pretiũ ſoluerit.

R. Poſſe, cum enim vendiderit emptori rem quæ ſibi fructum pariebat, ius habet aliquid exigendi à debitore, vt ſuæ indemnitati conſulat.

Digitized by Google

LECTIO XIX.

De mutuo tritici, vini, &c. item pecuniæ ea lege vt ſimilis in ſpecie reſtituatur.

QVæres 1. An liceat mutuo dare triticum alicui eà conditione, vt ſoluat illius pretium non currens tempore mutui ſed futurum alio tempore, quo præuidetur triticum pluris quàm tunc valiturum.

R. Solutionem huius quæſtionis petendam eſſe ex dictis ſupra, vbi de emptione & vendit. Lect. 14. num. 2.

Quæres 2. An liceat mutuo dare quatuor tritici modios, cũ eo pacto, vt quinque tradantur tempore collectionis.

R. 1. Cum diſtinctione; nam ſi mutuans velit ſeruare triticum vſque ad tempus quo modij 4. tanti probabiliter vænient quanti tempore collectionis quinque, tunc licebit. Quod ſi non habeat talem intentionem, ſed ſolùm velit hac arte augere quantitatem ſui tritici, patet illum vſuram committere cùm aliquid accipiat ſupra ſortem.

R. 2. quamuis aliqui habeant intentionem ſeruandi triticum, &c. non tamen id de omnibus dicendum eſſe: quare caueat confeſſarius ne omnes, abſolutè loquendo, id ſibi licitum putent.

Dices quid ſi ruſtici malint triticum ea lege mutuari, vt reddant pro 4. quinque modios, quàm vt ſoluant pretio quo triticum væniet anno exeunte; imo ſi rogent mutuantes de tali pacto ineundo, vt ita certò ſciant quid pro mutuo ſint ſoluturi.

R. 1. Neminem poſſe ruſticis ita mutuare; qui verè non habuerit intentionem ſuperiùs explicatam.

R. 2 quamuis aliqui eam ſe habere profiteantur, id meritò confeſſariis ſuſpectum eſſe debere,

Quæres 3. An petrus qui mutuabit paulo ſex aureos, cùm ſinguli v. g. quatuor tantùm libris valebant, ea lege, vt ſibi alios ſex aureos reſtitueret: poſſit nunc aucto illorum pretio exigere totidem in ſpecie, vel an poſſit accipere tantùm 24. libras quam ſummam conficiebant ſex aurei tempore mutui vt ſupponimus.

R. Cum diſtinctione. Nam 1. ſi nouerit aureos pluris valituros tempore ſolutionis, quia ita accepit à regis miniſtro v. g. non poſſet ſine vſura obligare paulum vt totidem redderet in ſpecie: ita enim ſupra ſortem acciperet exceſſum valoris aureorum: ſi tamen eos ſeruare conſtituiſſet vſque ad illud tempus quo erant pluris valituri, poſſet exigere ſimiles in ſpecie illumque valoris exceſſum titulo lucri ceſſantis accipere.

2. Si neſciret an pluris valituri eſſent necne! ac de vtroque pariter dubitaret vterque probabili; Dico petrum poſſe in tali caſu paciſci cum paulo vt reddat ſimiles aureos in

V 2

ſpecie : quia probabile vtrinque periculum, parem facit Petri ac Pauli conditionem, vnde hic nulla reperitur iniuria.

Quæres 4. An Petrus mutuans centum nummos, qui cum ſinguli valeant, vt ſuppono, viginti aſſibus : conficiunt centum libras, ſciens tamen quod mox eorum pretium iuſſu regis decreſcet vſque ad ſexdecim aſſes, poſſit deinde centum libras exigere à ſuo debitore.

R. Probabilius eſſe illum poſſe libras centum exigere : quia nummi quos mutuat, nunc, ideſt mutui tempore, valent centum libris.

LECTIO XX.

De cenſu conſtituto.

QVÆRES 1. Quid vocas cenſum conſtitutum.

R. Quando Petrus v. g. emit à Paulo certã pecuniæ ſummã cenſum annuum, id eſt jus percipiendi ab eo annuam penſionem pecuniariam ſuper illius domo aut prædio conſtitutam, cum hac duplici conditione in fauorem Pauli venditoris. 1. vt nunquam teneatur cenſum redimere, ac pecuniam pro eius venditione acceptam reſtituere modò ſoluat annuam penſionem. 2. Vt ipſe poſſit ad libitum redimere penſionem reſtituendo pecuniam ab emptore acceptam.

Quæres 2. An illa cenſus conſtitutio licita ſit.

R. Affirmatiuè, modo abſit omnis iniqua conditio, quia 1. hanc Romani Pontifices approbarunt, vt videre eſt in extrauagantibus communibus de emptione & venditione. 2. Eſt contractus emptionis & venditionis non mutui. Dixi modo, &c. cùm autem reges ſuis edictis, ac ſupremi Senatus ſuis decretis prohibuerint maximam partem iniquorum pactorum quæ hic interuenire poſſint, eorum iudicio ſtandum erit tuta conſcientia de quo periti patroni conſulendi ſunt.

Quæres 3. An licitus ſit cenſus vtrinque redemibilis vt in hoc caſu v. g. Petrus emit paulo annuam penſionem quinque librarum ſummá centum, cum pacto expreſſo, vt teneatur paulus cenſum illum redimere intra aliquod tempus.

R. Nullatenus, ſed potius eſſe palliatam vſuram, quia 1. judices procul dubio hunc cenſum improbarent.

2. Paulus venditor cenſus, nimiùm grauaretur illo pacto: quod revera mutuum eſt nomine cenſus palliatum, cum eo ſolum pauli commodo, vt non poſſit cogi ad ſolutionem per tres aut quatuor annos v. g. Hoc autem carius emeret annua penſione 5. librarum, quam Petro ſolueret. 3. Licet aliquis obſtinatè perſiſteret in aſſerenda huius pacti æquitate, quod quidam authores ita iudicent, dico propter nimium venditoris grauamen vix poſſet emptor accipere in penſionem annuam 2. pro 100. hoc autem nemo in praxi acceptaret.

Digitized by Google

Quæres 4. An Petrus emptor cenſus poſſit paciſci cum Paulo venditore, vt, ſi penſionem ipſi non ſoluat per duos annos integros, vocetur in iudicium, vt iudicis authoritate cogatur cenſum redimere.

R. Probabiliter id poſſe juxta Medinam, Leſſium & Bintfeldium, quia 1. venditor cenſus non multum grauatur illo pacto. 2. fortè venditor nuſquam ſolueret emptori penſionem ſi tale pactum deeſſet.

LECTIO XXI.

De ſocietatis definitione, diuiſione & conditionibus.

Quæres 1. quid ſit ſocietas?

R. Conuentio duorum aut plurium qui conferunt pecuniam vel induſtriam, aliudve pretio æſtimabile ad commune lucrum percipiendum. Dixi 1. qui conferunt &c. in hoc enim differt iſte contractus a reliquis. Dixi 2. commune lucrum, nam ſi vni tantùm cedat, non erit contractus ſocietatis ſed locationis, &c.

Quæres 2. Diuiſionem ſocietatis.

R. Has duas ſpecies ſocietatis eſſe præcipuas: nimirum ſocietatem animalium, ſeu quæ initur de animalibus, vt capris, ouibus, equis, bobus, &c. & ſocietatem pecuniæ de quibus poſteà ſigillatim agetur.

Quæres 3. quænam requirantur conditiones vt ſocietas licita & iuſta ſit.

R. Tres 1. Vt fiat in aliquâ negotiatione licita. 2. Vt omnes ſocij aliquid in ſocietatem conferant, ſiue pecuniam, ſiue laborem, ſiue induſtriam, aliudue pretio æſtimandum. 3. Vt in eâ ſeruetur æqualitas, id eſt, vt vnus ſocius non grauetur plus alio, ideoque lucrum, expenſæ, iacturæ & damna ſint communia: niſi aliter iuſtè conuentum ſit, nam fieri poteſt v. g. vt vnus ex ſociis in ſe periculum iacturæ animalium, aut pecuniæ ſuſcipiat, ſine vllâ iniuriâ: modo adſint debitæ circumſtantiæ, de quibus infra.

LECTIO XXII.

De contractu ſocietatis animalium.

QVæres 1. quænam conditiones requirantur in ſocietate ouium.

R. 1. Vt ineatur ſocietas in tempus legitimum, puta ſex annorum aut circiter; nam ſi fieret in breuius, apponens læderetur, cum non poſſet ex ſocietate percipere fructus reſpondentes valori dimidiæ pecoris partis, quo tamen ſe priuat, cùm illud recipienti ruſtico acquiratur.

2. Vt ſi pecus emas à ruſtico vt ei tradas in ſocietatem, illud emas quanti valet: nam ſi minoris iuſto pretio emas, vt pleriſque mos eſt, iniuriam facis iuxta dicta vbi de venditione & emptione.

3 Vt tradens pecus ruſtico, accipiat tantùm

dimidiam partem agnorum & lanæ, non autem lactis, caſeorum & lucri quod ex pecore in ſtercorandis agris prouenit: alioqui non ſeruaretur æqualitas; debent enim hæc tria fructuum genera cedere recipienti in compenſationem cuſtodiæ & alimentorum pecoris.

4. Vt ſocij damna æqualiter ferant: aliàs enim apponens vel recipiens paterentur iniuriam.

5. Vt quidquid in grege reperietur abſoluto tempore contractus, inter ſocios æquali portione diuidatur: vt ita ſeruetur æqualitas.

Quæres 2. Conditiones ſocietatis caprarum.

R. Eaſdem eſſe ac ſocietatis ouium: niſi quod ad tertiam conditionem attinet: quia dimidia lanæ pars, quam apponens ex ouibus percipit, lacte, caſeis alioue caprarum fructu compenſanda eſt, cùm illæ careant lanâ.

Dices quomodo fiet illa compenſatio & quam lactis aut caſei quantitatem apponens in annum percipiet.

R. Non poſſe rem definiri vniuerſim, propter varias conſuetudines regionum: hoc vnum dici poteſt æqualitatem eſſe omninò ſeruendam, ne apponenti vel recipienti vlla fiat injuria.

Quæres 3. Quænam ſint conditiones ſocietatis boum & vaccarum.

R. 1. Non poſſe tradi regulam generalem pro omni regione: quod ruſtici accipientes eiuſmodi animalia in ſocietatem maiora ex his commoda & lucra in quibuſdam locis percipiant, quam in aliis, puta ſi vtantur illis non modo ad arandum ſed etiam advehenda ligna, triticum, vinum, & alias merces, vnde magis

lucrari ſolent quam ex fœtibus, &c. Prudens igitur confeſſarius diligenter aduertat ſpeciales locorum circumſtantias, vt iuſtè æſtimet quid tradens pro lucro annuo debeat accipere à recipiente.

R. 2. Quod ad ſocietatem vaccarum ſpectat, has quinque conditiones in ea, vt iuſta ſit, exigi, iuxta morem aliquarum Diœceſium.

1. Vt ſocietas fiat ſaltem in ſex annos.

2. Vt ſi dans emat vaccas à recipiente, omnes non verò dimidiam earum partem, ac præterea iuſto pretio emat.

3 Vt dans accipiat ſolùm duos tritici ſemimodias in annuum lucrum, niſi malit accipiens dare priorem vitulum bimulum pro lucris ſex annorum cuiuſque vaccæ.

4. Vt in fine ſocietatis diuidatur capitale eiuſque augmentum.

5. Vt vaccæ tradenti pereant niſi accipientis culpâ perierint: quo caſu valor pellis diuidendus eſſet.

Quæres 4. De ſocietate equorum & iumentorum.

R. In eâ ſtandum eſſe dictis quæſtione tertia.

LECTIO XXIII.

De contractu quem alicubi redbeſtiam, i. eſt redditionem beſtiæ vocant.

QVæres 1. Quid vocemus redbeſtiam?

R. Contractum, quo tradit aliquis v. g. oues ruſtico cum tribus his cōditionibus 1. vt abſoluto tempore contractus, nimirum poſt ſex annos, ruſticus tot oues reddat quot traditæ fuerant, eiuſdemque valoris, aut illorum pretium iuxta factam æſtimationem tempore contractus; id enim ſonat, vt vides nomen redbeſtiæ, quaſi diceres contractum quo te obligas reddere beſtias acceptas. 2. vt det accipiens tradenti aliquam lanæ quantitatem ſingulis annis. 3 vt reliqua lana, fœtus lac & alii fructus ouium ruſtico cedant.

Quæres 2. An iſte contractus illicitus ſit? videtur enim vſurarius, 1. quia ſi oues aut omnes aut ex parte perierint, quod ſatis periculoſum eſt, ruſticus plurimum læderetur. 2. quia repugnat naturæ ſocietatis exigentis vt res in ſocietatem collata pereat omnibus ſocijs 3. nec videtur chriſtianæ pietati conformis.

R. 1. Illum contractum non eſſe vſurarium, modò periculum iacturæ pecoris quod recipiens in ſe ſuſcipit, à tradente compenſetur; illud quidem periculum eſt pretio æſtimabile: nullum tamen accipiens grauamen incurret, ſi

maiorem ex grege fructum percipere ſinatur, quam percipiat apponens. Modum autem huius compenſationis infra videbimus.

R. 2. Obligationem reddendi totidem oues aut pretium illarum quæ ruſtico imponitur, non præcisè oriri ex ſolo contractu ſocietatis, qui cum obligatione illâ eſſet iniquus ob nimiũ recipientis grauamen: ſed ex altero priori tacite ſuperaddito quo apponens & recipiens æſtimant huiuſmodi periculum, quod ruſticus in ſe ſuſcipit eâ lege, vt maiorem ex grege fructum percipiat, vnde fit nullam hic iniuriam reperiri, ſi iuſtè periculum æſtimetur.

R. 3. Quamuis iſte contractus non habeat rectitudinem prioris: attamen poſſe à confeſſariis permitti quia 1. poteſt noxæ immunis oſtendi 2. mala ruſticorum fides qui ſæpius vendunt oues traditas in ſocietatem, eaſque periiſſe mentiuntur: in causâ eſt vt id confeſſariis permittere liceat.

Dices ille contractus eſt contra naturam ſocietatis, ergo iniuſtus.

R. Negatur ita eſſe: quia hi duo contractus ſe bene compatiuntur 1. propter compenſationem obligationis ruſtico impoſitæ reddendi totidem beſtias aut earum pretium. 2. eadem eſt ratio huius contractus ac venditionis cum pacto redimendi, nam contractus venditionis & pactum redemptionis illi ſuperadditi conſonant æquitati, modò compenſetur obligatio quam ſibi emptor imponit minuendo de rei venditæ pretio. vt autem nemo dicet hoc pactum redemptionis deſtruere priorem contractum venditionis, ita dici non poteſt contractum poſteriorem quo ruſticus in ſe pe-

in ſe periculum iacturæ ſuſcipit, de
cietatem prius initam.

LECTIO XXIV.

De conditionibus quæ contractum red
iuſtum efficiunt.

QVæres 1. Quænam requirantur co
nes, vt contractus redbeſtiæ ſit li
R. Sex 1. vt nulla ſit mala fides ex pa
tis quantum ad ſubſtantiam aut fundan
huius contractus, ideſt ſi dans nouerit a
babiliter dubitet ruſticum non habere
quod vendat ac deinde in ſocietatem ac
vel non habere intentionem ſeruandi g
quem petit, ſed potius eum vendendi, vt
cuniam inueniat quam ipſi nemo vult mu
tunc inquam non contrahat apponens cu
cipiente, quia ſciens aut dubitans eam e
tentionem ruſtici, non iniret cum eo co
ctum redbeſtiæ: ſed mutui vi cuius ſupr
tem nihil à ruſtico accipere poſſet ex c
2. vt dans tradat ruſtico gregem circiter a
annos propter rationem ſuperius allatam i
ni caſu *Lect.* 12. *n.* 2.
3. Vt ſi apponens emat gregem è ruſtico
tradat in ſocietatem, emat iuſto pretio, i
que ſi ſuum pecus ei tradat, non illud p
æſtimet quam reipſa valet ob rationem
dem Lect. poſitam n. 2.

Digitized by Google

4. Vt ſex annis elapſis relinquatur arbitrio ruſtici, vel reddere totidem oues eiuſdem valoris, aut ſoluere pretium quo tempore contractus æſtimatæ ſunt: nam interdum pateretur nimium grauamen reddendo totidem oues, interdum ſoluendo pretium: vnde poſtulat æquitas vt talis ei optio detur à dante qui ſemper erit indemnis quidquid eligat recipiens.

5. Vt recipiens non poſſit ante ſex annos diſſoluere contractum, niſi placeat danti vt colligitur ex dictis in ſecunda conditione & citata *Lect. 22. num. 1.*

6. Vt apponens ferat mediam partem damnorum quæ gregi accident morbo aliove caſu, idque pro primo anno non vltra: ouium autem amiſſarum pelles æqualiter diuidantur, earum verò lucrum ſoli ruſtico cedat; reſiduo gregis permanente iuxta legem contractus: alias iniquior eſſet conditio ruſtici, qui periculum gregis in ſe recipit, nam ponamus v. g. ex 100. ouibus in ſocietatem traditis quinquaginta primo anno perire, certè non eſſet æquum vt vni ruſtico perirent, qui per aliquot annos fructu gregis nondùm potitus eſt.

Ideo dixi 1. pro primo anno non autem vltrà, ſi enim damna ſequentibus annis accidant, iuſtè cenſentur ruſtico compenſari maiore fructu quem percipit ex grege. 2. Dixi damna ex æquo diuidenda quæ morbo acciderunt, morbo inquam gregibus peſtifero vnde ſolent grauiſſima damna oriri, ſiquidem alij morbi non tam nocent, & à paſtoribus curari aut faciliùs impediri poſſunt. 3 Pelles amiſſi pecoris diuidendas, vt apponens & recipiens, qui damnum æquale patiuntur, lucrum etiam ex pellibus diuidant.

Dixi 4 Incrementum & lucra pecoris quod periit, cedere ruſtico; ita enim compenſatur illius damnum; Petrus v. g. dedit Paulo 100. oues prima die Maij, quarum viginti obierunt menſe Martio ſequenti: dico læſionem iacturæ vtriſque communem eſſe, ſi tamen illæ viginti oues 15. aut viginti agnos haberent, eos ad ſolum ruſticum pertinere: octoginta verò ſuperſtites oues, iam redbeſtiæ capitales dumtaxat efficere.

Quæres 2. Quodnam lucrum annuum percipiet apponens in iſto contractu.

R. Singulis annis percipiet libram vnam & dimidiam lanæ ex ſingulis ouibus, ratio eſt quod ita ſeruetur æqualitas.

LECTIO XXV.

Quid illis Confeſſarius iniunget, qui prædictas conditiones non obſeruarunt.

QVæres 1. Quomodo ſe geret confeſſarius erga illos qui contractum redditionis beſtiæ inierunt cum ruſtico, quem ſciebant, aut probabiliter dubitabant non ſeruaturum gregem ſed venditurum ad habendam pecuniam, aut ipſis venditurum oues quas non habebat.

R. Eos obligandos ad reſtitutionem lucri percepti ex illo contractu: quia non erat verus redbeſtiæ contractus, ſed potius mutuum niſi lucrum ceſſans aut damnum emergens paſſi

fuerint, quod poterunt lucro percepto compenſare. Si tamen hoc ſuperet eorum damnum, tenentur exceſſum reſtituere; Res patet in iſto exemplo: Petrus v. g. emit à Paulo 50. oues pretio 100. librarum, eaſque illi tradidit contractu redbeſtiæ, quamuis ſciret Paulum non ſeruaturum eas ſed venditurum.

Dico ſi ponamus ſexennio percepiſſe lucrum. 4. nummorum ſingulis annis, teneri ad omnium reſtitutionem niſi deſtinaſſet 100. libras negotiationi frugiferæ, quâ lucratus eſſet v. g. deductis expenſis, duos nummos vnoquoque anno; tunc enim teneretur ſolùm reſtituere duos nummos pro quolibet anno.

Quæres 2. Quid ſi apponens emerit pecus a ruſtico minoris iuſto pretio, vel pluris iuſto pretio æſtimet illud quod ei tradit.

R. Confeſſarium debere iniungere apponenti reſtitutionem eius quod defuit iuſto pretio, nam fecit iniuriam ruſtico in vtroque caſu, vt patet ex dictis vbi de emptione & venditione.

Quæres 3. Si tradens nihil horum commiſerit ſed tantùm acceperit duas lanæ libras ſingulis annis, putans bona fide hoc eſſe licitum.

R. Poſſe confeſſarium eximere hominem à reſtitutione pro tempore præterito: ſed teneri eum adſtringere vt in poſterum vnâ librâ lanæ cum dimidia contentus ſit, & alias conditiones redbeſtiæ ſuperius explicatas obſeruet.

LECTIO XXVI.

De contractu ſocietatis pecuniæ.

QVæres 1. An liceat tradere pecuniam contractu ſocietatis.

R. Affirmatiuè, modò neceſſariæ conditiones adſint, de quibus actum eſt ſuprà lect. 21. num. 3.

Quæres 2. Vtrum Caius qui contractum ſocietatis iniit cum aliquo mercatore, poſſit tutâ conſcientiâ inire alterum poſt aliquod tempus, quem vocant contractum aſſecurationis ſortis, id eſt paciſci vt mercator in ſe recipiat periculum amiſſionis pecuniæ, eamque reſtituere teneatur ſi caſu perierit, in cuius tamen ſuſcepti periculi compenſationem, apponens minorem ex pecunia fructum accipiat, puta ſi quiſque lucraturus eſſet viginti nummos ex 100. in ſocietatem collatis, vt tradens 10. mercator vero triginta percipiat.

R. Affirmatiuè juxta probabiliorem ſententiam, primò quia Innocentius tertius C. per veſtras de donatione inter virum & vxorem præcipit vt dos mercatori tradatur in ſocietatem, quando periculum eſt ne pereat apud maritum quod v. g. redactus ſit ad inopiam, nec poſſit ſufficientem dare cautionem pro illâ dotis conſeruatione: vt ita eius conſeruatione ca-

ueatur & lucro ex ea percepto ali vxor & onera matrimonij ſuſtentari valeant; cùm autem velit Pontifex maritum ex dote in ſocietatem collatâ lucrum annuum percipere ad ferenda matrimonij onera, videtur eam eſſe illius mentem, vt mercator pecuniam accipiat non ſolum primo contractu ſocietatis, ſed etiam ſecundo, iuxta quem ex dictis in ſe recipit traditæ ſummæ periculum eamque tradenti aſſecurat; ſiquidem Papa in hac decretali vult dotem vxoris quæ apud maritum in periculo verſabatur dari mercatori ad aſſecurationem, ergo approbat ſecundum contractum ſocietatis.

2. Licitus eſt iſte poſterior contractus: quia per eum nulla fit iniuria mercatori; nam obligatio illi impoſita aſſecurandi ſortem, maiori lucro quod percipit, compenſatur.

3. Iſte contractus non aduerſatur naturæ ſocietatis ut conſtat ex dictis ſupra l. 23. n. 2. & 3.

Quæres 3. An liceat his duobus contractibus addere tertium poſt aliquod tempus, quo mercator in ſe recipiat non modo periculum ſortis, ſed etiam alicuius annui lucri, eâ tamen lege vt maior lucri portio ipſi obueniat quàm ex ſecundo contractu obueniret.

R. Licere, nam ſi Petrus datis in ſocietatem 100. nummis Paulo mercatori ex quibus veriſimile eſt quemlibet 20. lucraturum ſingulis annis, poſſit alterum inire contractum cum illo quo mercator ipſi cautionem det pro 100. nummis, modò Petrus lucro decem nummorum contentus ſit, Paulus verò triginta reliquos percipiat; ſi Petro inquam hoc liceat, quod ita cenſeatur Paulo ſufficienter compenſare obligationem quam ſibi ipſe imponit aſſecurandi

100. nummos, poterunt quoque ambo inter ſe paciſci, vt Petrus ſex tantum nummos, & quindecim aſſes ex 100. in ſocietatem datis percipiat, ita tamen Paulus aſſecuret non modo 100. nummos ſed etiam luciũ annuum ſex nummorum & 15. aſſium: ratio eſt quia maius illud lucrum quod Petrus Paulo cedit, obligationem talis aſſecurationis quam in ſe Paulus recipit abunde compenſat.

Dices an liceat tres illos contractus inire ſimul eodemque tempore; vt quidam Doctores probant, modò pecunia detur mercatori reipſa negotianti.

R. Duas eſſe Doctorum ſententias, negant plures Sorbonici ac Thomiſtæ: quod hoc videatur eſſe dumtaxat implicitum mutuum & vſura palliata, quæ opinio ſecurior eſt, rationi ac pietati chriſtiani conformior ideoque in praxi conſulenda: quidem alij affirmant: quia, inquiunt; ſi tres illi contractus ſeorſum ac diuerſis temporibus celebrari poſſint, cur non ſimul eodemque tempore: modò pecunia detur in ſocietatem mercatori verè illa negotianti, & apponens moderato lucro contentus ſit, puta quinque aut ſex pro 100.

Rogabis formulam contractus qui tres ſupradictos inuolvat?

R. Ecce illam paucis. Anno & die, &c Petrus mercator accepit à paulo 100. nummos negotiationi licitæ impēdendos: loco autem lucri maioris & incerti quod paulus ex eâ percipere poſſet, idem petrus ſe illi ſex pro 100. quot annis daturum ac præſtiturum periculum dictæ ſummæ promiſit.

LECTIO XXVII.

De cooperantibus ad vſuras eorumque obligatione.

QVæres 1. Vtrùm Notarij qui confecere inſtrumentum vſurarium teneantur ad reſtitutionem.

R. 1. Raró teneri; quia paſſim rogantur à mutuatariis, atqui iuxta vulgare dictum volenti & conſentienti non fit iniuria.

Dices; licet mutuatarius roget vſurarium, vt ipſi det mutuo: tenetur nihilominus fœnerator ad reſtitutionem: ergo & Notarius obligabitur.

R. Magnam eſſe inter vtrumque differentiam: ſiquidem vſurarius tenebitur ad reſtitutionem, quod velit vſuras exigere ab eo, qui licet mutuum rogauerit, vſuras tamen ſoluit inuitus: at nihil intendit Notarius exigere vi mutui, ſed tantùm facit quod ab alio rogatur.

R. 2. Ad quæſtionem: ſi acciderer interdum debitorem à fœneratore cogi ad celebrandum aliquem contractum iniuſtum, in eo caſu Notarium qui rem ſciret, cooperaturum iniuriæ, ſi tale inſtrumentum rogatus ab vſurario conficeret, proindeque reſtitutioni fore obnoxium.

R. 3. Notarium conficientem inſtrumentum vſurarium, quamuis à mutuatario rogetur, ideòque nullam committat iniuriam, peccare nihilominus grauiter: quia violat iuramentum à ſe præſtitum, cùm munus illud ſuſcepit non conficiendi vlla iniqua inſtrumenta.

quæres 2. An famuli & factores vſurariorum teneantur ad reſtitutionem, tanquam eorum cooperatores.

R. Cum diſtinctione, nam 1. proximè & immediatè cooperantes, eorum vſuris, vt illi qui contractus vſurarios pro iis eorumque nomine celebrant, & qui vſuras à debitoribus exigunt, ad reſtitutionem obligantur, cùm proximè ad actionem iniuſtam & quæ maximè fit debitoribus inuitis, concurrant.

2. Qui remotius concurrunt, non tenentur reſtituere iuxta probabiliorem ſententiam; debitores enim non putant ſibi ab eiuſmodi hominibus iniuriam fieri: tales ſunt qui numerant pecuniam tempore mutui, qui referunt mutuum in libros rationum vſurarij, qui ſolùm admonent debitores de ſoluendâ fœneratori pecuniâ.

quæres 3. Vtrùm proxenetæ, quorum officium eſt quærere mutuatarios, quibus vſurarij pecuniam mutuent, ad reſtitutionem obligentur.

R. Non teneri, ſi rogati fuerint à mutuatarijs: vt ferè ſemper accidit, nam tantùm abeſt vt iſti ægrè ferant ſe illorum ope inueniſſe mutuum, vt potius beneficium putent.

quæres 4. Vtrùm Paulus cui debet Antonius certam pecuniæ ſummam, eique aſſignauit in ſolutionē vſuras, quas ipſe ab alio v.g. Ioanne accipit, cenſeatur particeps vſuræ Antonij debitoris, ſi huiuſmodi ſolutionem acceptet.

R. Affirmatiuè, ideoque teneri ad reſtitutionem; quia, cùm non poſſit Antonius vſuras à Ioanne exigere ſine iniuria, neque poterit Paulus qui eius tantum nomine exigit.

LECTIO XXVIII.

De ſpecie fucatæ ſocietatis.

QVæres vtrùm hæc ſpecies ſocietatis legitima foret; ſi Petrus v.g. mutuet Paulo 100. nummos ad emendum aliquem fundum, vel par boum colendis ipſius agris neceſſarium, aut publicum munus notarij v.g. nam is nō parùm lucraretur. Ita enim videtur, ſaltem juxta quorumdam opinionē de quâ l.26.n.4. egimus.

R. Hanc ſocietatem non fore legitimam ſed potiùs fucatam: ideoque illicitam & vſurariam: ſiquidem ſocietatis definitio Lect.21.n.1. tradita non poteſt conuenire huic mutuo, non enim Petrus & Paulus ſimul conferunt pecuniam vel induſtriam ad commune lucrum recipiendum.

Dices 1. in ſocietate implicitâ tradens & apponens non ſimul conferunt pecuniam vel induſtriam, nec tamen hæc ſocietas deſinit eſſe legitima, ergo.

R. Negando antecedens: nam reuera conferunt vt examinanti patebit quod de Petro & Paulo in noſtro caſu dici non poteſt.

Dices 2. Si Antonius v. g. mutuans Ioanni mercatori 100. nūmos ad aliquam negotiationē exercendam, poſſit accipere aliquid ſine iniuria, vi huius implicitæ ſocietatis, cur non idem licebit Petro mutuanti Paulo pecuniam ad fundum emendum, &c. R. Diſparitatem in eo poſitam eſſe quod Antonius v. g. dederit

Ioanni mercatori pecuniam, vt eâ negotietur, quod de Petro dici non poteſt reſpectu Pauli nam emptio fundi muneris, &c. non eſt negotiatio, quamuis rebus eiuſmodi lucrari quis poſſit, aliàs dicendum eſſet, omnes, qui lucrum aliquod faciunt, negotiari, quod falſum & abſurdum eſt.

Inſtabis tradere alicui pecuniam ad negotiandum, & mutuare ad emendum fundum, vel par boum quibus agri colentur & fructum parient, videntur omninò idem ſaltem moraliter loquendo : res autem Caſuiſtæ attendunt moraliter dumtaxat: ergo.

R. Tantùm abeſſe vt hæc duo ſint vnum & idem, vt potiùs ſint res ſpecificè & eſſentialiter diuerſæ, non modo phyſicè ſed etiam moraliter & in genere moris, vt paſſim Doctores loquuntur.

LECTIO XXIX.

Vtrùm hæredes & legatarij vſurariorum teneantur ad reſtitutionem & quomodo.

QVæres 1. An hæres vſurarij teneatur ad reſtitutionem.

R. Teneri, ſi vſurarius non reſtituerit, nam omnis obligatio realis defuncti ad eius hæredes tranſit ac ſequitur bona quæ illis relinquit.

Quæres 2. Vtrùm ſi bona defuncti vſurarij non ſufficiant ad integram reſtitutionem, poſſit heres accipere quartam falcidiam, vt vocant, quæ eſt pars bonorum pertinens ad hæredem, qui acceptando hæreditatem inuentarium fecit,

R. Negatiuè: nam debent ſolui debita, antequam vlla ratio hebeatur alterius iuris, quod leges ciuiles ſtatuerint.

Quæres 3. Quid ſi bona ſufficiunt ad reſtitutionem & falcidiam, non verò ad ſoluenda legata.

R. Falcidiam præferendam eſſe legatis iuxta ſententiam Doctorum vtriuſque fori.

R. Quæres 4. Si duo vel plures hæredes ex æquo diuiſerint bona vſurarii, an ſinguli teneantur in ſolidum ad reſtituendum, id eſt vno nolente aut non valente reſtituere, alter vel alii ad id obligentur.

R. 1. Hæredem, qui habet in ſpecie rem vſurâ partam, teneri ad eam reſtituendam, vt enim diximus vbi de reſtitutione in genere res pro domino clamat.

R. 2. Multò probabilius eſſe huiuſmodi hæredes teneri ad reſtitutionem in ſolidum: non verò dumtaxat pro rata cuiuſque parte: nam primo dicitur C. tua nos de vſuris: filios vſurariorum defunctorum ad reſtituendas vſuras eâ diſtrictione eſſe cogendos: quâ parentes ſi viuerent cogerentur: quod autem de filiis dicitur, potiori iure de hæredibus extraneis dici debet.

2. Ex bonis à defuncto vſurario relictis, debet illius creditoribus ſatisfieri, nec enim creditores priuantur iure ſuo propter bonorum diuiſionem ab hæredibus factam, quare ſi ab vno hærede accipere ſolutionem non poſſint, alii tenentur omnino ſoluere, cùm bona debitoris habeãt. Ex quibus colliges contrariam opinionem non eſſe probabilem, neque in praxi conſulendam.

Quęres 5. Vtrùm, ſi acceptâ ab hæredibus fal-

cidia, ſuperſint adhuc bona ad reſtituendum; quæ tamen reſtitutione abſorbenda ſint, an inquam in tali caſu debeant legatarii pro ratâ cuiuſque in reſtitutionem contribuere.

R. Negatiuè iuxta communem deciſionem Iuriſtarum & Theologorum.

Quæres 6. An legatarij fœneratoris reſtituere teneantur, ſi eius hæredes reſtituere nolint aut non valeant.

R. Multò probabilius eſſe teneri propter allatas rationes num. 1. & 3.

LECTIO XXX.

De pœnis in manifeſtos vſurarios conſtitutis.

MAnifeſtum vſurarium voco vel quem vt talem omnes agnoſcunt, ita vt factum nullâ tergiuerſatione tegi poſſit, vel qui de hoc crimine fuit in iudicio conuictus.

Quæres quas pœnas incurrāt vſurarij manifeſti.

R. Primò cenſentur infames C. inter dilectos de exceſſibus Prælatorum. 2. non ſunt admittendi ad ordines recipiendos C. infames b. q. 1. ſi verò fuerint clerici, debent ſuſpendi ab officio & beneficio 3. neq; ad confeſſionem admittendi ſunt, donec reſtituerint, vel ſi ſint in articulo mortis neque reſtitutio tunc fieri poſſit, debent cautionem dare, aut ſi dare non valeant, iurare coram teſtibus & notario, ſi fieri poſſit, velle ſe vt confeſſarij reſtitutionem à ſuis hæredibus fieri curent C. quamquam de vſuris in 6.

4. Non poſſunt teſtari C. quamquam de vſuris in 6.

5. Non

5. Non ſunt in loco ſacro ſepeliendi, niſi munere ſuo functi ſint ex Clem. 1. de ſepult. & cap. quia in omnibus de vſuris.

TRACT. XVII.

De reliquis contractibus onerosis nimirùm cambio, locatione, contractu dotali, depoſito, commodato, & præcario.

LECTIO I.

De cambio.

QVÆRES 1. Quid ſit cambium?

R. Cambium in propria ſignificatione acceptum, eſſe permutationem pecuniæ cum aliâ pecuniâ.

Explico definitionem. Dixi 1. Cambium in propria ſignificatione ſumptum, interdum enim accipitur vniuerſum pro omni genere permutationis, v. g. quando com-

mutatur res aliqua cum aliâ diuerſæ ratio-
nis, puta equus cum veſte.

Dixi 2. Eſſe permutationem pecuniæ cum
alia pecunia, vt oſtenderem illius differen-
tiá 1. à venditione in qua merx traditur pro
pecunia. 2. á mutuo quod fieri poteſt in
aliis rebus à pecunia vt tritico, vino, oleo
& in quo eadem pecunia quæ accepta eſt à
creditore, reddi poteſt, non tamen in cam-
bio.

Quæres 2. quomodò cambium diuida-
tur?

R. 1. Diuidi in fictum ſeu ſiccum, & ve-
rum ac reale, fictum eſt illud quod habet
ſolum cambij nomen, cum in re ſit vſura
palliata, vnde vocatur ſiccum, quaſi ca-
rens humore veri ac legitimi tituli, vi cu-
ius lucrum percipiatur, tale foret ſi quis
ſub nomine cambij pecuniam mutuaret, &
aliquid ſuprà ſortem acciperet propter di-
lationem ſolutionis abſque vllo alio titulo
verum ac reale de quo agemus n. 4. & 5.
dicitur illud quo poſita certâ conditione lu-
crum aliquod percipi poteſt.

R. 2. Cambium reale ſubdiuidi in minu-
tum & locale aut per litteras minutum eſt
contractus quo minora numiſmata cum
maioribus permutantur, vt ſi permutes
denarios cum argenteis, vel argenteos cum
aureis; locale fit cum in vno loco pecu-
niam accipis vt eam reddas & ſoluas in alio

Quæres 3. An in cambio minuto liceat
accipere lucrum?

R. Affirmatiuè, modo ſit moderatum

ſiue munus campſoris aut bancarij exerceas, ſiue non, ſunt enim varij tituli qui dant ius percipiendi tale lucrum, puta 1. campſoris munus reſpectu aliquorum, nam æquitati conſentaneum eſt vt quilibet arte ſuâ viuat.

2. Pœna numerandi pecuniam quæ licet minus grauis ſit, eſt tamen in aliquo pretio.

3. Ac præcipuè commoditas transferendi aut faciliùs inſumendi monetam vnius ſpeciei quam alterius.

Dixi tamen 1. modò lucrum ſit moderatum: ſecùs enim æquitas læderetur, eſſetque ſpecies vſuræ.

Dixi 2. ſiue munus campſoris exerceas, &c. quamuis enim non exerceas, potes aliquod lucrum accipere, ſed non tantùm ac ſi eſſes campſor: fateor tamen non poſſe certò definiri lucrum quod accipere licet in hoc cambio, cum id pendeat ex variis circunſtantiis & prudentiâ confeſſarij rerum periti.

Quæres 4. An licitum ſit cambium locale ſeu per litteras?

R. Eſſe licitum, modô lucrum moderatum percipiatur, ita docent omnes Doctores quia duo legitimi tituli reperiuntur in eo. 1. virtualis tranſlatio pecuniæ quæ valde commoda eſt mutuatario. 2. eſt aſſecuratio campſor enim recipit in ſe non ſolum onus tranſlationis, ſed etiam periculum pecuniæ, ita vt ſi pereat, ipſi pereat non mutuatario.

Dices nullum eſſe campſoris periculum,

quippe qui pecuniam alibi paratam hab
apud ſuum reſpondentem, qui eam v
ipſius litteris numerabit.

R. Hoc eſſe induſtriæ illius effectu
accedit verum ſemper eſſe, obligation
quam in ſe recipit, curandi vt pecunia
alio loco numeretur, eſſe pretio æſtima
lem.

Quæres 5. Vtrum famulus vel actor
data eſt à domino pecunia creditori ſ
uenda, vel aliis rebus impendenda, ten
tur ad reſtitutionem ſi commutet accep
pecuniæ ſpeciem cum alia v. g. aureos c
denariis & ita lucrum faciat?

R. Minimè teneri, ſi dominus nullum
eo damnum patiatur: nam tale lucrum
ſet illius induſtriæ fructus.

LECTIO II.

De locationis & conductionis definition earumque materia.

QVÆRES 1. Quid ſit locatio
R. Contractus quo res aut perſ
traduntur alteri pro pecunia ad v
vel fructum. Explico definitionem.

Dixi 1. Res nimirum mobilis aut im
bilis. 2. perſona, puta ſi quis alteri ſe
ſum locet in famulum. 3. ad vſum p
equus, domus, 4. vel fructum, vt qua
quis locat agrum paſcua, &c. 5. pro p

nia nam ſi daretur alia res, eſſet alia ſpecies contractus ſcilicet do vt des, facio vt facias, de quo tamen eodem modo philoſophandum eſt ac de locatione.

Quæres 2. quid ſit conductio?

R. Contractus quo res aut perſona mercede accipiuntur ad vſum vel fructum.

Vbi obſerua vt emptio & venditio ſunt idem contractus, qui dicitur emptio reſpectu dantis pecuniam & accipientis mercem; venditio verò reſpectu tradentis mercem & accipientis pecuniam, ita locationem & conductionem vnicum eſſe contractum, qui vocatur locatio reſpectu tradentis rem aut perſonam, & conductio reſpectu accipientis ad vſum vel fructum, & dantis pretium talis vſus aut fructus. Patet in exemplo Petrus concedit ſuam domum Paulo ad inhabitandum pretio annuo 10. nummorum, ille contractus dicitur locatio reſpectu Petri & conductio reſpectu Pauli, item Petrus hortalanus conuenit cum Paulo de ipſius horto colendo v. g. pretio diurno 20. aſſium, huiuſmodi contractus eſt locatio reſpectu Petri & conductio reſpectu Pauli.

Quæres 3. quænam ſit materia horum contractuum, id eſt quænam res poſſint locari aut conduci?

R. Omnes quæ vendi poſſunt, niſi ius ſpecialiter prohibeat. Ita Doctores. Dixi niſi ius, &c. nam ius canonicum & ciuile aliquam locationem vetant in totum vel in partem, vt Clementina 1. de rebus Eccleſiaſticis non alienandis cauetur ne bona

Eccleſiæ locentur ad decemnium, quoru[m] tamen exacta tractatio pertinet ad Iuri[s] conſultos.

LECTIO III.

De obligationibus & peccatis locatoris.

QVAERES ad quæ locator obli[ge]getur?

R. Ad quatuor. 1. tenetur admone[re] conductorem de rei vitio ſi quod habea[t] ipſi notum, alioqui debet reparare damn[a] quæ conductor paſſus eſt: quia is cenſetu[r] eorum cauſa. 2. idem eſt iudicium de iſt[o] ac de venditore de quo egimus ſuo loc[o]. Vnde ſequitur Caium qui locauit Paul[o] mercatori equum quem noverat aſſuetu[m] ſe in aquam dimittere, & quo videba[t] Paulum velle ſuas merces transferre, tene[tur] ad reſtituenda omnia damna quæ merca[to]tori obuenient, ſi equus in aquam ſe di[mittat] cum mercibus: idem eſſet de illo qu[i] locauit dolium vitioſum, &c.

Dixi ſi quod habeat vitium locatori no[tum], ſi enim rei vitium ignoraſſet, libe[r] eſſet ab onere reſtituendi, niſi culpa ipſiu[s] grauis aut leuis interceſſiſſet: non tamen [ſi] ſolum culpa leuiſſima: ratio petenda e[ſt] ex dictis vbi de contractibus in genere, vb[i] docuimus in contractibus celebratis in fa[uorem] utriuſque partis contrahentis, cu[m]

qui committit culpam grauem aut leuem, teneri ad reſtitutionem.

2. Tenetur ſoluere conductori expenſas ab eo factas non modò neceſſarias, ſed etiam vtiles, quæ duraturæ ſunt vltra tempus locationis, cum enim ex illis expēſis locator percipiat commodum, æquum eſt vt eas conductori ſoluat, vel de penſione detrahat; ita ſi Paulus conductor domus Antonij cuius tectum eſt vitioſum, habetque ſtillicidia incommoda, expenſas fecerit in eo reficiendo, tenetur Antonius ad earum ſolutionem, vel earum pretium ex penſione detrahendum.

3. Debet reparare damna quæ culpâ ipſius graui aut leui conductori acceſſerunt, vt intelligitur ex dictis n. 1. ſub finem.

4. Non poteſt repetere rem locatam ante præfixum terminum ſine iuſta cauſa, qualis reperitur in his 4. caſibus.

1. Si conductor non ſoluat penſionem ſeu pretium locationis: obſerua tamen 1. ſi domus locata ſit in quinque vel 6. aut plures annos, non poſſe conductorem expelli, niſi diſtulerit ſolutionem per biennium integrum & continuum vt dicitur C. propter ſterilitatem §. verum de locato 2. ſi res locata ſit in pauciores annos, conductorem expelli poſſe omni tempore ſi penſionem non ſoluerit etiam ſine iudicis authoritate in foro inferiori, quamuis huiuſmodi factum non ſit paſſim conſulendum.

2. Si locator egeat re locatâ.

3. Si domi locatæ v. g. neceſſaria ſit re-

fectio, quæ niſi conductor abeat, fieri non poſſit.

4. Si conductor domo abutatur, vel damnum inferendo vel in ea peccata committendo.

LECTIO IV.

An liceat locare domum meretrici, aut concubinario & alijs huiuſmodi.

QVAERES 1. An peccet, qui locat domum perſonis huiuſmodi?

R. 1. Iuxta Doctores omnes eum qui locaret domum eo fine vt poſſent in ea committi peccata, grauiter contra charitatem peccaturum; nam proximo præberet occaſionem offendendi Deum: quod multò magis verum erit, ſi carius eis locet.

R. 2. Communem opinionem docere illum non peccaturum, ſi locaret abſque vllo prauo fine, ſed ob ſolum lucrum; quia inquiunt. 1. hæc non eſſet dare alteri proximam occaſionem peccati, cum res ſit de ſe indifferens. 2. locans vtitur iure ſuo, nimirum percipiendi lucrum ex locatione domus ſuæ. 3. idem cenſetur cum ratione permittere alienum peccatum: cum ratione inquiunt; quia neceſſitas aut commoditas temporalis lucri ex ea locatione prouenientis, eſt iuſta & ſufficiens ratio id permittendi.

R. 3. Cum quibuſdam authoribus, communem opinionem duabus exceptionibus eſſe reſtringendam; quia 1. ſi domus ob ſitum aliamue circunſtantiam valdè commoda ſit perpetrandis criminibus. 2. ſi eam locando meretrici, euidens periculum ſit, ne vicinæ mulieres ab illâ peruertantur; dico in neutro caſu licitè domum ſuam huiuſmodi perſonis elocare: dominus enim præbere occaſionem peccandi proximam videretur.

Quæres 2. quid conſulet confeſſarius in hac materia locatoribus?

R. Duo diligenter aduertat 1. vix fieri poſſe, vt dominus alios non reperiat conductores qui nemini ſcandalo ſint: præſertim ſi paulò minorem exigat penſionem.

2. Agendum eſſe cum pœnitente iuxta Euangelicæ doctrinæ præcepta: ita vt ei confeſſarius ante oculos ponat. 1. diuinum illud chriſtianæ vitæ axioma, cui ſummam debemus obſeruantiam: ſi oculus tuus, manus aut pedes ſcandali ſunt te, erue & proiice abs te. Matth. 5. v. 29. 2. Quamuis locator ad nullum inueniret conductorem, aut vili tantùm pretio domum locare cogeretur: Deum, cuius gratia id faceret, abundè in hac vita compenſaturum ſpeciali quadam benedictione, & cœleſti beatitudine, in futurâ.

†¶††¶††¶††¶†§†r¶††¶††¶††¶††¶†

LECTIO V.

De obligationibus & peccatis conductoris.

QVAERES I. Quot ſint obligationes conductoris?

R. Quatuor aſſignari. 1. vt re conducta ſolùm vtatur ad eum finem ad quem ipſi locata eſt, alioqui teneretur expenſas & damna reſarcire quæ rei dominus pateretur, niſi rectè præſumpſiſſet eum id gratum habiturum: quia conductor non debet excedere terminos conuentionis initæ cum locatore, excederet autem in hoc caſu.

Inde ſequitur Petrum qui conduxit equum Pauli ad proficiſcendum Toloſam, ſi Paulus non erat equum mutuaturus, ſi ſciuiſſet conductorem velle ire Pariſios, quo reipſa profectus eſt, Petrum inquam teneri ad reſtitutionem equo pereunte etiam ſine ſuâ culpa.

2. Vt rem conductam non dimittat vſque ad præfixum terminum. Oportet enim ſtare pactis & conditionibus contractuum. Hoc tamen intellige modo non habeat iuſtam cauſam dimittendi, qualis eſſet ruina domus, infeſtatio dæmonum, peſtis, bellum, grauis inimicitia ſine culpa conductoris inter ipſum orta & loci dominum aliamue perſonam authoritate potentem, vnde

ipſe cogeretur domum & locum dimittere vt vitæ ac bonis conſuleret.

3. Vt elapſo locationis termino rem in ſpecie & integram reſtituat. Dico 1. in ſpecie quia locatio non tranſtulit rei dominium. Dico 2. integram, quia conductor tenetur damnum reſarcire ſi res deterior facta ſit culpâ ipſius graui aut leui, vt conſtat ex n. 1. lect. 3. in fine.

4. Vt ſoluat pretium locationis tempore conſtituto ſiue à loci conſuetudine, ſiue à partium conuentione.

Quæres 2. An locationis contractus diſſoluatur morte locatoris, id eſt, an mortuo locatore hæredes ipſius iure poſſint conductorem expellere à domo, v.g. quam ei testator locauerat dum viueret?

R. Cum diſtinctione 1. hæredes enim vniuerſales defuncti, expellere non poſſunt, quia cenſentur vna & eadem perſona cum teſtatore. 2. hæres aut hæredes particulares ſeu legatarij expellere poſſunt vt patet ex lege emptorem C. de locato: iſti enim non repreſentant perſonam defuncti; vnde ſequitur Petrum conductorem domus Pauli, qui poſteà deceſſit, eamque teſtamento legauit Ioanni, teneri ad illam dimittendam non expectato locationis termino ſi Ioannes velit.

LECTIO VI.

De conductione famulorum.

QVÆRES 1. Quodnam ſtipendium dandum ſit famulis, & aliis quorum opera vtimur?

R. Iuſtum ſcilicet quod tale cenſetur habita ratione loci, conſuetudinis & aliarum circunſtantiarum: conſtat enim ex Euangelio Lucæ 10. v. 7. *Dignum eſſe operarium mercede ſuâ.*

Obſerua tamen 1. iuſtum illud ſtipendium habere aliquam latitudinem æquè ac pretium naturale rerum venalium ex dictis vbi de emptione & venditione. 2. peccatum eſſe iniuriæ ſi limites ſtipendij iuſti excedas.

Quæres 2. Vtrum conducens famulum ſe viliſſimo pretio locantem vltròque cogente ad id neceſſitate offerentem, teneatur ad aliquam reſtitutionem?

R. Duas eſſe Doctorum opiniones; nam aliqui dicunt herum poſſe habere rationem illius circunſtantiæ, nimirum quod ſe famulus obtulerit herumque rogauerit vt ipſum conduceret, ideòque non teneri ſtipendium ſoluere niſi æſtimando eius obſequium tali circunſtantiæ adiunctum: eſt enim par omninò ratio ac mercium quæ vltrò oblatæ minoris emi poſſunt.

Alij verò docent ſi famulus hero ſit valdè vtilis, herum debere illi ſoluere iuſtum ſtipendium ſaltem iuxta infimum pretium (diximus enim ſupra conſtare aliqua latitudine) nulla prorſus habitâ ratione vltroneæ oblationis, quia inquiunt herus in tali caſu, nec iure poteſt famulo negare iuſtum ſtipendium, nec vllum ex eius neceſſitate commodum capere.

Quæres 3. An herus dimittens famulum ante lapſum tempus elocationis, teneatur ei ſoluere integrum ſtipendium?

R. Affirmatiuè ſi abſque rationabili cauſa dimittat: quia vt dicitur lege qui operas ff. locati conductor tenetur ſoluere pretium locationis etſi reconductâ non vtatur: cum id ſuâ culpâ contingit.

Dices, quid ſi famulus herum ſine cauſa dimittat ante conſtitutum diem.

R. Probabilius eſſe herum non poſſe illi denegare totam mercedem, ſed debere illi ſoluere ad ratam temporis quo ſeruiuit niſi herus damnum ideò pateretur: habet enim ius exigendi à famulo reparationem ſui damni. Ratio autem cur non poſſit illi negare totum ſtipendium, eſt quod herus careat authoritate; vnde nequit punire famulum quamuis reum, iactura totius mercedis; habet tamen ius conſulendi ſuæ indemnitati, modo iam dicto vt patet.

Quæres 4. An ſoluenda ſit merces famulo infirmo pro tempore quo ægrotauit?

R. 1. Non conuenire Doctores inter ſe: alij primò affirmant, 2. alij negant, ſed di-

cunt teneri dumtaxat herum ad ei ſuppec
tandum alimenta & remedia neceſſaria
quod tamen alij non admittunt niſi ta
eſſet conſuetudo loci aut famulus extren
neceſſitate laboraret.

R. 2. Probabilius eſſe integram mercede
deberi famulo ſi parum durauerit eius i
firmitas: ſi autem longo tempore, vt men
herum poſſe retinere mercedem ad rata
illius menſis, debere tamen alere famulu
non tamen ei remedia ſuppeditare, lic
breuis fuerit infirmitas; hoc enim æquita
naturali conſentaneum videtur: pietas v
rò chriſtiana non patietur herum è dom
ſua famulum expellere in noſocomium d
ferendum.

LECTIO VII.

De conductione operarum actorum, & artificum.

QVAERES I. Vtrum qui condu
xit operarium nec tamen illo vſ
eſt, teneatur ei ſoluere integru
ſtipendium vel poſſit ex eo quidquam d
trahere?

R. 1. Teneri ſoluere ſtipendium, ſi op
rarius in otio fuerit.

R. 2. Teneri quoque ſoluere integru
ſtipendium id eſt totum illud de quo m
tuò conuenerant, ſi perinde fuiſſet operar

labori vel otio indulgere : ſecùs tamen poſſet aliquid detrahere iuxta dictamen prudentiæ.

Quæres 2. An Petrus à Paulo conductus 4. libris v.g. vt eat Toloſam, poſſit à Ioanne hoc ignorante accipere totidem vt pro illo in eandem vrbem proficiſcatur?

R. Cum Leſſio l. 2. c. 24. dub. 1. probabile eſſe non teneri Petrum ad reſtitutionem, quia p. 1. nemo diceret Petrum obligari ad reſtitutionem, ſi volens ire Toloſam ad propria negotia peragenda, pecuniam acciperet à Ioanne id neſciente vt illuc eius nomine iret. 2. id adſcribendum eſt fœlici Petri fortunæ, quam acceptando nemini facit iniuriam.

Quæres 3. Vtrum ille qui conduxit artificem certo aliquo ſtipendio, puta Chirurgum vt radat perſonas alicuius communitatis, vel molitorem vt molat triticum toti familiæ neceſſarium, teneatur augere ſtipendium aucto numero perſonarum?

R. Minimè teneri niſi numerus perſonarum notabiliter ac per longum tempus augeatur, idque pluſquam creditum fuerat, ratio reſponſionis patet : vnde ſequitur minuendum eſſe ſtipendium, ſi numerus perſonarum notabiliter ac longo tempore decreſcat

Quæres 4. An artifex qui de mercede operis paciſcendo fuit deceptus, ita vt aduertat ſe non habere iuſtum ſtipendium laboris diurni, poſſit exigere mercedis incrementum, vel ſi hoc negetur vti occulta

compenſatione.

R. Cum diſtinctione, nam ſi dece
fuit propter aliquem caſum fortuit
puta quia in morbum incidit, vel ca
in terram collitus eſt, aut ipſum op
deſeruerunt, &c. dico non poſſe pe
mercedis augmentum, nam eiuſmodi
ſum tribuere debet iniquæ fortunæ.

2. Secus autem ſi deceptus ſit in co
putatione dierum, nam ſi plures inſu
re neceſſarium fuerit quam initio puta
rat, ideóque labor eius diurnus non
beat iuſtam mercedem. Dico iure pe
poſſe incrementum ſtipendij, quod ſi
getur, vti compenſatione, quia 1. non
cipit iuſtam & legitimam laboris mer
dem. 2. par huius ratio eſt atque illius
ex ignorantiâ rem viliſſimo pretio in
iuſtum pretium vendidit iuxta ſuperius
cta in tractatu de emptione & venditio
lect 1. num. 7. caueat ſolum Confeſſar
ne ſibi artifex blandiatur.

LECTIO VIII.

De Contractu dotali.

QVÆRES 1. An pater teneatur dotare filiam?

R. Affirmatiuè quia 1. conſtat patrem teneri alere filiam, dos autem loco eſt alimentorum. 2. pater debet filiam in matrimonio collocare ſi nubere velit. Ad hoc autem pater obligatur non quidem ex iuſtitia commutatiua ſtrictè ſumptâ ſed latè, quatenùs iſta obligatio fundatur in virtute pietatis, quæ exigit vt parentes liberis ex ſe genitis prouideant de aliquo vitæ ſtatu, rectè & commodè viuant afferemus tamen exceptionem n. 4.

Dices, quid ſi filia diues fuerit ex bonis propriis, v. g. ſi fuerit ab aliquo hæres inſtituta.

R. Nihilominùs patrem obligari ad eam dotandam, vt dicitur lege finali codice de dotis promiſſione, niſi conſtet euidenter ideò teſtatorem eam hæredem inſtituiſſe vt patrem ab onere dotis ſoluendæ liberaret, nam in tali caſu cenſetur patri donaſſe hæreditatem.

Quæres 2. An pater dotare debeat filiam quæ vult ingredi religionem?

R. Affirmatiuè, vt habetur authentica de ſanctiſſimis Epiſcopis collatione nonâ, quia

1. ſtatus Religioſus eſt matrimonium ſ
tuale. 2. non debet eſſe peioris conditi
quam ſit matrimonium corporale.

Hinc Doctores communiter collig
patrem teneri conſtituere filio volenti
cipere ſacros ordines, titulum patrimo
lem, id eſt, aliquam bonorum portionem
cuius fructibus viuere poſſit, etiam m
rem quam ei ex legitima competeret,
dò id non fiat cum præiudicio aliorum
berorum.

Quæres 3. An pater debeat dotare fil
quæ ipſo inuito nupſit?

R. 1 Affirmatiuè quantum ad forum
terius, nam 1. non conſtat iure commu
patrem ideo tali onere eximi. 2. æqu
naturalis exigit vt habeat filia vnde vi
poſſit.

R. 2 In foro exteriori iuxta mores G
liæ, poſſe patrem eam exhæredare ſi nu
rit ante 25. annos.

Quæres 4. An pater teneatur do
conſtituere filiæ quæ nupſit indigno.

Reſponſioni præmitto indignum hic
pellari eum cui filia nubere nequit ſine
ac familiæ dedecore, puta hominem in
mem, vitæ improbæ, longè inferio
conditionis, notabiliter pauperem,
nobilitas, compenſet egeſtatem. His
ſitis.

Dico 1. Si filia 25. annos attigerit q
eſt ætas à iure præſcripta vt poſt eam lic
filiabus nubere inuitis parentibus, ten
patrem eam dotare quamuis nupſerit ind

no. Ita enim in iure decernitur accedit negligentiæ patris quæ hanc pœnam meretur. Obſerua tamen cum Doctoribus, patrem, ſi filia diues fuerit non teneri ad eam dotandam in tali caſu, vnde quæ ſuprà diximus hac circunſtantiâ & exceptione limitanda ſunt.

Dico 2. Si prædicta filia non attigerit vigeſimum quintum annum, probabile eſſe teneri adhuc patrem in foro externo ad eam dotandam, non quidem congruè iuxta facultates ſuas, ſed ita vt ſaltem habeat neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem. Dixi 1. teneri eam dotare non enim ita deſpicare debet vt eam fame perire ſinat. Dixi 2. non quidem congruè, nam filia indigna eſt tali dote ob dedecus illatum familiæ.

LECTIO IX.

Vtrum mater aliiue conſanguinei teneantur dotare filiam.

QVÆRES 1. An teneatur mater dotare filiam in patris defectum?

R. Affirmatiuè, ſi aliter nubere nequeat: quia licet obligatio conſtituendi dotem, per ſe reſpiciat ſolum patrem: nihilominus, cum ille non poteſt puta quod deceſſerit non relictis bonis vnde filia dotetur; mater debet illi onere ſatisfacere, cum enim teneatur alere filiam indigen-

tem, tenetur quoque illam do
dos ſuccedit loco alimentorum.

Quæres 2. Vtrum auus patern
potiori iure ad id teneatur quam

R. Duas eſſe opiniones quar
munior affirmat, quia onus
dotem à patria poteſtate deſcen
reſidet in perſona aui non matri

Quæres 3. An frater ob patri
tentiam teneatur dotare ſororem

R. Cum diſtinctione: ſi e
dicta ſoror habet conſanguineos
recta aſcendentium qui eam do
ſint, quales ſunt auus, proauus, m
tunc ille ad hoc non tenetur, ſecus
netur: quod intelligi Doctores vol
de ſorore conſanguinea & vterin
germana.

LECTIO X.

De natura depoſiti.

QVAERES I. Quid ſit depo

R. Contractus quo ſola rei
dia traditur alicui. Explicatu
nitio. Dixi 1. Contractus: quia depo
aliquando ſumitur pro re ipſa dep
Dixi 2. quo ſola rei cuſtodia &c. tum
rei dominium non transfertur in dep
rium, tum vt contractus depoſiti à co
ctu pignoris diſtinguatur, quo res tra

Digitized by Google

creditori ad eius aſſecurationem, & à commodato, quo res traditur alteri vt eâ vti poſſit.

Quæres 2. An depoſitarius vti poſſit re depoſitâ?

R. 1. Si res depoſita, fuerit aliquid aliud à pecuniâ, vt veſtis, ſupellex &c. peccare depoſitarium vtendo, tenerique ad reſtitutionem niſi de conſenſu domini conſtaret; quia res vſu deterior fit, vnde domino damnum infertur. Dixi niſi &c. quia iuxta commune dictum volenti non fit iniuria.

R. 2. Si pecunia fuerit depoſita: opus eſſe diſtinctione: nam ſi deponens tradidit eam in arca incluſam, vel alio modo, vnde intelligi poſſit nolle ipſum, vt quis eâ vtatur: dico non licere tunc illâ vti; quia id cenſetur in tali caſu domino diſplicere: ſecus aio depoſitarium eâ vti poſſe modò certus ſit quod parem quantitatem roganti domino poterit reſtituere, non enim hoc cenſetur domino diſplicere, imò inde commodum percipit, quia cum rei dominium transferatur in depoſitarium, ſi pecunia caſu perierit, depoſitario peribit.

LECTIO

De argumento co

QVAERES 1. Si p
creſcat tempore depo
mentum cedat depone
ſitario?

R. 1. Si depoſitarius pecun
ſpecie habeat, abſque vllo
mentum pertinere ad depone
illius dominum.

R. 2. Si pecuniam impende
preſſo vel tacito domini conſ
mentum valoris pertinere ad d
ex communi Doctorum opinio
poſitarius vtendo pecunia, eius
acquiſiuit, & contractus depo
mutatus in mutuum: quare ſi Pe
fuerit apud Ioannem 100. aureo
ciei, & Ioannes eos mutuo ded
ea lege, vt totidem eiuſdem ſpecie
incrementum valoris talis aureoru
pertinebit ad Ioannem.

R. Nihilominus 3. ſi deponens
preſsè conſenſerit, ſed tacitè d
quia præſumitur conſenſurus ſi
fuiſſet, valdè probabile videri h
augmentum pertinere ad deponen
ad depoſitarium. 1. quia Petrus d
non cenſetur conſenſiſſe. 2. res

odioſa vt quis eo modo lucrum capiat ex pecunia apud ſe depoſita.

Quæres 2. quid dicendum ſit in hoc caſu. Petrus mercator deferebat nauigio 1000. panes ſachararios, quorum ſcilicet quingenti ad ipſum reliqui ad Paulum pertinebant: indigens autem pecuniâ 100 Pauli vendidit cum animo totidem ex ſuis ei reſtituendi cum perueniſſet ad patriam, & probabiliter æſtimans Paulo id non diſplicere. quæres an expilatâ naui à Piratis teneatur Petrus reſtituere Paulo pretium panum venditorum?

R. Duas eſſe Doctorum opiniones, prima eſt Molinæ, Piliucij, & aliorum exiſtimantium Petrum non teneri ad huiuſmodi reſtitutionem: quia Petrus accipiens 1000. panes ſachari cum intentione reddendi Paulo totidem ex ſuis, iniit contractum permutationis cum tacito Pauli conſenſu ideoque dominium eorum acquiſiuit, ac pecuniæ quæ prouenit ex venditione illorum contrariam tuentur ſententiam Bonacina & alij, nimirum obligari Petrum ad reſtituendum Paulo, quia hic non interuenit vera & propria permutatio, vt ſupponit prima ſententia, cum permutatio fiat inter duos mutuo illorum conſenſu.

LECTIO XII.

An depoſitarius teneatur ſeruare alte-rum apud ſe depoſitam cum ſua iacturâ.

SVPPONO licere ex dictis vbi de contractibus in genere l. 13. n. 1. depo fiat ordinariè in fauorem deponentis terdum tamen fieri in commodum dep tis ac depoſitarij: quando nimirum nens aliquid depoſitario ſoluit pro poſitæ cuſtodiâ. 1. igitur agemus de ſito in fauorem vtriuſque facto.

2. De depoſito in commodum ſoli ponentis.

Quæres 1. An Petrus v.g. teneatur p eripere ab incendio res Pauli apud ſe ſuas, quam ſuas ſi vtraſque ſeruare non ſit?

R. 1. Si res Petri depoſitarij fuerint ioris valoris quam res Pauli depone eum non teneri ſeruare res Pauli pro ſuis: quia ex dictis de contractibus in nere, quando contractus in fauorem vt que partis celebratus eſt, obligatio tuendi non oritur niſi ex culpa graui au ni, qualis hic nulla interuenit, nam prudens imminente periculo iacturę ſua rerum, præferet ſine dubio prætioſiores queſeruabit cum viliorum iacturâ, ſe

contr

contractu celebrato vtriuſque partis cauſa nemo tenetur præferre alienam rem ſuæ, licetque ſe gerere erga res alienas vt erga ſuas. Cum igitur Petrus agat iuxta prudentiam communem, liber erit ab omni culpâ.

R. 2. Si res vtriuſque ſint æqualis pretij, depoſitarium non teneri ſeruare rem deponentis cum ſuæ iacturâ; quia ſi res ſuas incendio eripiat relictis rebus Pauli nullam culpam leuem aut grauem committet in tali caſu, aget enim prudenter.

R. 3. Si res deponentis pretioſiores ſint rebus depoſitarij, teneri depoſitarium eas præferre ſuis; quia ſi res illæ omnes pertinerent ad depoſitarium, is prudenter agens pretioſiores ſeruaret relictis vilioribus, atqui pari prudentia vti debet in iſto caſu, modò tamen inferius explicando n. 5.

Quæres 2. An Petrus qui ſeruauit rem Pauli pretioſam cum iacturâ ſuæ vilioris, poſſit á Paulo exigere damni compenſationem?

R. Duas eſſe Doctorum ſententias prima eſt Molinæ, Leſſij, & aliorum qui aſſerunt poſſe rei ſuæ pretium exigere, ac ſi negetur vti compenſatione: quia Petrus rem Pauli ſeruare cenſetur cum hac tacita conditione vt ipſi Paulus rei ſuæ prætium ſoluat.

Altera & probabilior opinio quam tenent Bonacina & alij, docet Petrum exigere quidem poſſe á deponente partem pretij rei ſuæ non autem integrum pretium; quia cum contractus ſit in vtriuſque fauorem, æquum eſt vtrumque damni participem fieri.

Quæres 3. Ad quid obligetur depoſi
in dictis caſibus, ſi depoſitum fuerit
lius deponentis fauorem?

R. 1. Non teneri ſeruare res dep
cum ſuarum iacturâ, ſi ſuæ pretioſiore
æqualis pretij fuerint; hoc enim prud
& æquitas ab eo non exigunt; vt ex
colligi poteſt.

R. 2. Teneri præferre res deponen
pretioſiores fuerint ſuis, modo prob
ſit deponentem compenſaturum depoſ
pretium earum rerum quas pro rebus
ſeruandis amiſerit. Dixi 1. teneri præ
res deponentis, &c. quia tenetur ſe g
more prudentum qui ſolent præferr
maioris pretij, vilioribus. Dixi 2. n
probabile ſit, aliàs nemo tenetur iact
facere bonorum ſuorum vt aliena ſer
quando nullum inde commodum per

LECTIO XIII.

De commodato.

QVAERES 1. Quid ſit comm
tum?

R. Contractus quo res traditur alteri
aliquod tempus ad certum vſum. Di
per aliquod tempus, ſcilicet expreſsè ve
citè definitum. 2. ad vſum, quia per iſ
contractum non transfertur rei domin
vt fit in mutuò.

Quæres 2. An ille qui commodauit alteri rem ad certum tempus, poſſit eam ipſo inuito repetere?

R. 1. Non conuenire Doctores inter ſe: Nauarrus enim c. 17. n. 182. Reginaldus & alij negant, quia commodans ceſſit iure repetendi ante lapſum tempus commodati.

Secunda opinio eſt Leſſij, Bonacinæ, & plurium aliorum, qui putant commodantem poſſe illam repetere ante præfixum terminum, etiam cum incommodo aut damno commodatarij, ſi tamen ipſe damnum æquale patiatur; quia commodans non cenſetur commodaſſe ea lege vt non poſſit rem ſuam repetere in caſu damni quod alias incurreret.

R. 2. Authores ſecundæ opinionis adhuc eſſe diuiſos, nam aliqui eam duabus exceptionibus limitant aientes. 1. ſi commodans ſequuturum damnum præuiderit, eum rem in tali caſu repetere non poſſe, quia ceſſit iuri ſuo. Et 2. ſi commodatarius rem ab alio potuiſſet habere ſi eam non accepiſſet à commodante, iſtum ſine iniuriâ non poſſe rem commodatam repetere.

Sed Molina & Leſſius has duas exceptiones non admittunt: & Leſſius expreſsè aſſerit quamuis commodatarius ita fuerit diſpoſitus tempore commodati, vt ſi præuidiſſet dominum rem non elapſo termino repetiturum, eam ab alio quæſiuiſſet: commodantem nihilominus eam poſſe repetere, ſi opus habeat. 1. quia commodans non cenſetur voluiſſe cedere iuri ſuam rem repetendi, ſi

damnum ex eius priuatione
locans domum v. g. ex dictis
conductorem expellere, cum
ergo, &c. idque potiori iure
quia contractus locationis
vtriuſque partis, iſte vero ſol
tarij.

Quæres 3. Vtrum commoc
tur in caſu naufragij vel incer
commodatam ſuæ præferre?

R. 1. Iuxta ſuperiori lectio
commodata prætioſior ſit re co
debere illam iſti præferri. C
contractus ſit in fauorem ſoli
tarij: idem dices ob eandem r
lor vtriuſque rei fuerit æquali

R. 2. Si verò ſit res comm
tioſior, non tenetur commod
ſuam poſtponere; quia 1. nemo
no bono conſulere cum tantâ
tali caſu nullam committit cu
uiſſimam quidem, res enim m
abſque vllâ culpa vilioribus

Digitized by Google

LECTIO XIV.

De contractu precarij.

QVÆRES 1. Quid ſit precarium? R. Contractus quo rem alteri concedis ea lege vt illam ad nutum repetere valeas.

Explico definitionem obſeruando 1. iſtum contractum ita vocari quod fiat precibus hominis in cuius ſolius vtilitatem res conceditur.

2. Differre ab aliis contractibus 1. á mutuo quidem, eo quod non transferat rei dominium. 2. á commodato quia res commodata repeti non poteſt antequam eá vſus fuerit commodatarius, quod hic locum non habet; fateor tamen interdum charitatem exigere, ne rem precario traditam, ad placitum repetas, ſi accipiens inde graue patiatur incommodum.

Quæres 2. An liceat paciſci vt rem precario tradens non poſſit eam repetere, niſi poſt certum tempus?

R. Negatiuè quia tale pactum repugnat naturæ præcarij.

LECTIO XV

De ludo eiuſque honeſtat

QVAERES 1. Quid ſit l
R. Contractus quo duo
exponunt res ſuas inctura
ſub ſpe lucrandi alienas. Quæ de
tebit ex dicendis.

Quæres 2. An ludus ſit honeſt
tus?

R. Ludos aleæ prohiberi omnib
uili etiam ſcripto ab ethnicis vt
lege 1. & 3. cod. de alcatoribus
tamen auctores communiter huiuſ
ges ne obligare quidem ad peccatu
le, quod non ſint receptæ neque in
tempeſtate: quamuis vt bene obſ
liucius difficile ſit non committi p
veniale propter varias circunſtant
paſſim occurrere ſolent.

Quæres 3. An liceat Clericis ludere
R. 1. Quod attinet ad ludos aleæ
lorum canones id eis exactè vetare ſu
depoſitionis canone 24. & 41. vetari
ſub eadem pœna, capite Clerici de
honeſtate Clericorum cap. inter dile
exceſſibus prælatorum, ex cuius pœn
rumque grauitate colligitur ludos
eſſe à canonibus vetitos ſub peccato
li, Clericis inquam in ſacris Ordinibu

ſtitutis, aut beneficium habentibus.

R. 2. Iuxta plurium Doctorum mentem, hos canones non prohibere ludum alearum ſub pœna peccati mortalis, niſi quis illi vacauerit frequenter: quare dicunt eum qui raro ludit non peccare mortifere, niſi occurrat aliqua grauis circunſtantia vt ſcandali; imo aiunt in quibuſdam circunſtantiis nullum eſſe peccatum veniale, quamuis hoc difficile ſit, vix enim fieri poteſt vt praua aliqua circunſtantia non occurrat.

R. 3. Cum Filiucio, poſſe Præſules Eccleſiæ citra vllum dubium, eiuſmodi ludos vetare ſub pœna peccati mortalis.

Quæres 3. An alia ludorum genera ſint illicita?

R. Quamuis de ſe indifferentia ſint, ſæpè tamen eſſe illicita non modò Clericis, ſed etiam laïcis propter varias circunſtantias.

Prima eſt prauus animi affectus, v. g. ſi quis paratus ſit furari, deripere, ommittere ſacrum &c. vt ludo vacet, vnde ſequitur hanc animi diſpoſitionem interdum eſſe peccatum mortale, aduerte iuxta Nauarrum peccare venialiter, qui ludit cum intentione præcipuâ lucrandi quæ tamen non eſt communis ſententia.

Secunda eſt ira, rixæ, iuramenta execratoria, & alia verba quæ ſcandalum generant.

Tertia eſt fraus.

quarta ſi colluſor non habeat pecuniam quam legitimè ludo poſſit exponere, vt ſi eam furatus ſit.

Quinta eſt locus vt cum in Eccleſia vel

cemeterio ludunt.

Sexta eſt tempus quale eſt illud quod perſoluendis officiis diuinis deſtinatum eſt, idque ſaltem reſpectu ludorum publicorum, vt pilæ, globi, tudiculari, ganearum quod ita regi & dictis caueatur vt patet ex 25. articulo conſtitutionum Aurelianenſium.

LECTIO XVI.

De fraudibus quæ in ludo committi poſſunt.

OBSERVA duo genera peccatorum in ludo committi poſſe, alia ſpectant ad fraudes, alia verò ad ludentes, de prioribus hic agetur, de poſterioribus in ſequenti lectione.

Quæres 1. Vtrum omnia genera fraudum vetentur in ludo?

R. 1. Fraudes illas improprias, quæ magis aſtutiæ dici debent, puta ſi pauorem vultu ſimules quaſi ſors tibi parum fauerit non eſſe peccata.

R. 2. Fraudes verò propriè dictas, vt ſi quis adulteret cartas luſorias, eſſe prorſus illicitas niſi conſtet eas luſorum conſenſu aut conſuetudine permitti; quare qui eiuſmodi fraudes commiſit, reſtituere tenetur, quia læſit æquitatem.

Quæres 2. Vtrum tenearis ad reſtitutionem ſi te fingas imperitum aut te initio vin-

Digitized by Google

ci permittas vt ad ludum inuites alium non luſurum ſi tuam peritiam ſciuiſſet?

R. Affirmatiuè iuxta principi poſita vbi de contractibus in genere, quia iſte noluiſſet contrahere ſeu ludere tecum ſi fraudem agnouiſſet, vt ſupponimus.

Dices, quid ſi excederem tantum peritiâ colluſorem id neſcientem.

R. Quoſdam authores non te obligare ad integram reſtitutionem, ſed partialem tantùm in eo caſu: quia, inquiunt, te alicui iacturæ periculo expoſuiſti, vnde ſolùm reſtituere teneris plus minuſue habitâ dicti periculi ratione. Bonacina tamen exiſtimat te ad reſtitutionem integram obligari nec vllam habendam eſſe rationem talis periculi, quod tibi ipſi debet imputare.

Quæres 3. Quid reſtituere teneatur fraudibus illicitis vtens, v. g. cartas adulterans, vel ſurripiens, &c.

R. Teneri iuxta omnes Doctores non modo reſtituere pecuniam lucratam, ſed etiam reparare damnum illatum colluſoribus, id eſt lucrum quod feciſſent, ſi nulla fraus interueniſſet, quia fuit cauſa efficax damni huiuſmodi.

Quæres 4. An dubitans vtrum ob fraudem adhibitam vicerit, teneatur ad reſtitutionem?

R. 1. Affirmatiuè quia incepit rem alterius mala fide poſſidere.

R. 2. Vt ſcias ad quam reſtitutionem ille obligetur, diſtinctione opus eſſe: nam ſi conſtet ipſi colluſorem victurum abſque tali

LECTIO XII.

An depoſitarius teneatur ſeruare alterius rem apud ſe depoſitam cum ſua iacturâ.

SVPPONO licere ex dictis vbi de contractibus in genere l. 13. n. 1. depoſitum fiat ordinariè in fauorem deponentis, interdum tamen fieri in commodum deponentis ac depoſitarij: quando nimirum deponens aliquid depoſitario ſoluit pro rei depoſitæ cuſtodiâ. 1. igitur agemus de depoſito in fauorem vtriuſque facto.

2. De depoſito in commodum ſolius deponentis.

Quæres 1. An Petrus v.g. teneatur potius eripere ab incendio res Pauli apud ſe depoſitas, quam ſuas ſi vtraſque ſeruare non poſſit?

R. 1. Si res Petri depoſitarij fuerint maioris valoris quam res Pauli deponentis, eum non teneri ſeruare res Pauli pro rebus ſuis: quia ex dictis de contractibus in genere, quando contractus in fauorem vtriuſque partis celebratus eſt, obligatio reſtituendi non oritur niſi ex culpa graui aut leui, qualis hic nulla interuenit, nam vir prudens imminente periculo iacturę ſuarum rerum, præferet ſine dubio prætioſiores eaſque ſeruabit cum viliorum iacturâ, ſed in contractu

contractu celebrato vtriuſque partis cauſa nemo tenetur præferre alienam rem ſuæ, licetque ſe gerere erga res alienas vt erga ſuas. Cum igitur Petrus agat iuxta prudentiam communem, liber erit ab omni culpâ.

R. 2. Si res vtriuſque ſint æqualis pretij, depoſitarium non teneri ſeruare rem deponentis cùm ſuæ iacturâ; quia ſi res ſuas incendio eripiat relictis rebus Pauli nullam culpam leuem aut grauem committet in tali caſu, aget enim prudenter.

R. 3. Si res deponentis pretioſiores ſint rebus depoſitarij, teneri depoſitarium eas præferre ſuis; quia ſi res illæ omnes pertinerent ad depoſitarium, is prudenter agens pretioſiores ſeruaret relictis vilioribus, atqui pari prudentia vti debet in iſto caſu, modò tamen inferius explicando n. 5.

Quæres 2. An Petrus qui ſeruauit rem Pauli pretioſam cum iacturâ ſuæ vilioris, poſſit à Paulo exigere damni compenſationem?

R. Duas eſſe Doctorum ſententias prima eſt Molinæ, Leſſij, & aliorum qui aſſerunt poſſe rei ſuæ pretium exigere, ac ſi negetur vti compenſatione: quia Petrus rem Pauli ſeruare cenſetur cum hac tacita conditione vt ipſi Paulus rei ſuæ prætium ſoluat.

Altera & probabilior opinio quam tenent Bonacina & alij, docet Petrum exigere quidem poſſe à deponente partem pretij rei ſuæ non autem integrum pretium; quia cum contractus ſit in vtriuſque fauorem, æquum eſt vtrumque damni participem fieri.

Quæres 3. Ad quid obligetur depoſitarius in dictis caſibus, ſi depoſitum fuerit in ſolius deponentis fauorem?

R. 1. Non teneri ſeruare res depoſitas cum ſuarum iacturâ, ſi ſuæ pretioſiores vel æqualis pretij fuerint; hoc enim prudentia & æquitas ab eo non exigunt; vt ex dictis colligi poteſt.

R. 2. Teneri præferre res deponentis, ſi pretioſiores fuerint ſuis, modo probabile ſit deponentem compenſaturum depoſitario pretium earum rerum quas pro rebus illius ſeruandis amiſerit. Dixi 1. teneri præferre res deponentis, &c. quia tenetur ſe gerere more prudentum qui ſolent præferre res maioris pretij, vilioribus. Dixi 2. modo probabile ſit, aliàs nemo tenetur iacturam facere bonorum ſuorum vt aliena ſeruet, quando nullum inde commodum percipit.

LECTIO XIII.

De commodato.

QVÆRES 1. Quid ſit commodatum?

R. Contractus quo res traditur alteri per aliquod tempus ad certum vſum. Dixi 1. per aliquod tempus, ſcilicet expreſſè vel tacitè definitum. 2. ad vſum, quia per iſtum contractum non transfertur rei dominium vt fit in mutuô.

Digitized by Google

Quæres 2. An ille qui commodauit alteri rem ad certum tempus, poſſit eam ipſo inuito repetere?

R. 1. Non conuenire Doctores inter ſe: Nauarrus enim c. 17. n. 182. Reginaldus & alij negant, quia commodans ceſſit iure repetendi ante lapſum tempus commodati.

Secunda opinio eſt Leſſij, Bonacinæ, & plurium aliorum, qui putant commodantem poſſe illam repetere ante præfixum terminum, etiam cum incommodo aut damno commodatarij, ſi tamen ipſe damnum æquale patiatur; quia commodans non cenſetur commodaſſe ea lege vt non poſſit rem ſuam repetere in caſu damni quod alias incurreret.

R. 2. Authores ſecundæ opinionis adhuc eſſe diuiſos, nam aliqui eam duabus exceptionibus limitant aientes. 1. ſi commodans ſequuturum damnum præuiderit, eum rem in tali caſu repetere non poſſe, quia ceſſit iuri ſuo. Et 2. ſi commodatarius rem ab alio potuiſſet habere ſi eam non accepiſſet à commodante, iſtum ſine iniuriâ non poſſe rem commodatam repetere.

Sed Molina & Leſſius has duas exceptiones non admittunt: & Leſſius expreſsè aſſerit quamuis commodatarius ita fuerit diſpoſitus tempore commodati, vt ſi præuidiſſet dominum rem non elapſo termino repetiturum, eam ab alio quæſiuiſſet: commodantem nihilominus eam poſſe repetere, ſi opus habeat. 1. quia commodans non cenſetur voluiſſe cedere iuri ſuam rem repetendi, ſi

damnum ex eius priuatione patiatur. 2. ſi locans domum v. g. ex dictis l. 3. n. 3. poſſit conductorem expellere, cum eâ opus habet, ergo, &c. idque potiori iure in iſto caſu: quia contractus locationis eſt in fauorem vtriuſque partis, iſte vero ſolius commodatarij.

Quæres 3. Vtrum commodatarius teneatur in caſu naufragij vel incendij, &c. rem commodatam ſuæ præferre?

R. 1. Iuxta ſuperiori lectione dicta, ſi res commodata prætioſior ſit re commodatarij, debere illam iſti præferri. Cum eiuſmodi contractus ſit in fauorem ſolius commodatarij: idem dices ob eandem rationem ſi valor vtriuſque rei fuerit æqualis.

R. 2. Si verò ſit res commodatarij prætioſior, non tenetur commodatarius alteri ſuam poſtponere; quia 1. nemo tenetur alieno bono conſulere cum tantâ iacturâ. 2. in tali caſu nullam committit culpam nè leuiſſimam quidem, res enim maioris prætij abſque vllâ culpa vilioribus præferuntur.

LECTIO XIV.

De contractu precarij.

QVÆRES 1. Quid ſit precarium? R. Contractus quo rem alteri concedis ea lege vt illam ad nutum repetere valeas.

Explico definitionem obſeruando 1. iſtum contractum ita vocari quod fiat precibus hominis in cuius ſolius vtilitatem res conceditur.

2. Differre ab aliis contractibus 1. à mutuo quidem, eo quod non transferat rei dominium. 2. à commodato quia res commodata repeti non poteſt antequam eâ vſus fuerit commodatarius, quod hic locum non habet; fateor tamen interdum charitatem exigere, ne rem precario traditam, ad placitum repetas, ſi accipiens inde graue patiatur incommodum.

Quæres 2. An liceat paciſci vt rem precario tradens non poſſit eam repetere, niſi poſt certum tempus?

R. Negatiuè quia tale pactum repugnat naturæ præcarij.

LECTIO XV.

De ludo eiuſque honeſtate.

QVAERES 1. Quid ſit ludus?

R. Contractus quo duo vel plures exponunt res ſuas iacturæ periculo ſub ſpe lucrandi alienas. Quæ definitio patebit ex dicendis.

Quæres 2. An ludus ſit honeſtus ac licitus?

R. Ludos aleæ prohiberi omnibus iure ciuili etiam ſcripto ab ethnicis vt conſtat ex lege 1. & 3. cod. de alcatoribus. Dicunt tamen auctores communiter huiuſmodi leges ne obligare quidem ad peccatum veniale, quod non ſint receptæ neque in vſu hac tempeſtate: quamuis vt bene obſeruat Filiucius difficile ſit non committi peccatum veniale propter varias circunſtantias quæ paſſim occurrere ſolent.

Quæres 3. An liceat Clericis ludere?

R. 1. Quod attinet ad ludos aleæ Apoſtolorum canones id eis exactè vetare ſub pœna depoſitionis canone 24. & 41. vetari quoque ſub eadem pœna, capite Clerici de vita & honeſtate Clericorum cap. inter dilectos de exceſſibus prælatorum, ex cuius pœnæ aliarumque grauitate colligitur ludos Clericis eſſe à canonibus vetitos ſub peccato mortali, Clericis inquam in ſacris Ordinibus con-

Digitized by Google

ſtitutis, aut beneficium habentibus.

R. 2. Iuxta plurium Doctorum mentem, hos canones non prohibere ludum alearum ſub pœna peccati mortalis, niſi quis illi vacauerit frequenter: quare dicunt eum qui rarò ludit non peccare mortiferè, niſi occurrat aliqua grauis circunſtantia vt ſcandali; imo aiunt in quibuſdam circunſtantiis nullum eſſe peccatum veniale, quamuis hoc difficile ſit, vix enim fieri poteſt vt praua aliqua circunſtantia non occurrat.

R. 3. Cum Filiucio, poſſe Præſules Eccleſiæ citra vllum dubium, eiuſmodi ludos vetare ſub pœna peccati mortalis.

Quæres 3. An alia ludorum genera ſint illicita?

R. Quamuis de ſe indifferentia ſint, ſæpè tamen eſſe illicitam non modò Clericis, ſed etiam laïcis propter varias circunſtantias.

Prima eſt prauus animi affectus, v. g. ſi quis paratus ſit furari, deripere, ommittere ſacrum &c. vt ludo vacet, vnde ſequitur hanc animi diſpoſitionem interdum eſſe peccatum mortale, aduerte iuxta Nauarrum peccare venialiter, qui ludit cum intentione præcipuâ lucrandi quæ tamen non eſt communis ſententia.

Secunda eſt ira, rixæ, iuramenta execratoria, & alia verba quæ ſcandalum generant.

Tertia eſt fraus.

quarta ſi colluſor non habeat pecuniam quam legitimè ludo poſſit exponere, vt ſi eam furatus ſit.

Quinta eſt locus vt cum in Eccleſia vel

Digitized by Google

cemeterio ludunt.

Sexta eſt tempus quale eſt illud quod perſoluendis officiis diuinis deſtinatum eſt, idque ſaltem reſpectu ludorum publicorum, vt pilæ, globi, tudiculari, ganearum quod ita regi & dictis caueatur vt patet ex 25. articulo conſtitutionum Aurelianenſium.

LECTIO XVI.

De fraudibus quæ in ludo committi poſſunt.

OBSERVA duo genera peccatorum in ludo committi poſſe, alia ſpectant ad fraudes, alia verò ad ludentes, de prioribus hic agetur, de poſterioribus in ſequenti lectione.

Quæres 1. Vtrum omnia genera fraudum vetentur in ludo?

R. 1. Fraudes illas improprias, quæ magis aſtutiæ dici debent, puta ſi pauorem vultu ſimules quaſi ſors tibi parum fauerit non eſſe peccata.

R. 2. Fraudes verò propriè dictas, vt ſi quis adulteret cartas luſorias, eſſe prorſus illicitas niſi conſtet eas luſorum conſenſu aut conſuetudine permitti; quare qui eiuſmodi fraudes commiſit, reſtituere tenetur, quia læſit æquitatem.

Quæres 2. Vtrum tenearis ad reſtitutionem ſi te fingas imperitum aut te initio vin-

Digitized by Google

ci permittas vt ad ludum inuites alium non luſurum ſi tuam peritiam ſciuiſſet?

R. Affirmatiuè iuxta principi poſita vbi de contractibus in genere, quia iſte noluiſſet contrahere ſeu ludere tecum ſi fraudem agnouiſſet, vt ſupponimus.

Dices, quid ſi excederem tantum peritiâ colluſorem id neſcientem.

R. Quoſdam authores non te obligare ad integram reſtitutionem, ſed partialem tantùm in eo caſu: quia, inquiunt, te alicui iacturæ periculo expoſuiſti, vnde ſolùm reſtituere teneris plus minuſue habitâ dicti periculi ratione. *Bonacina* tamen exiſtimat te ad reſtitutionem integram obligari nec vllam habendam eſſe rationem talis periculi, quod tibi ipſi debet imputare.

Quæres 3. Quid reſtituere teneatur fraudibus illicitis vtens, v. g. cartas adulterans, vel ſurripiens, &c.

R. Teneri iuxta omnes Doctores non modo reſtituere pecuniam lucratam, ſed etiam reparare damnum illatum colluſoribus, id eſt lucrum quod feciſſent, ſi nulla fraus interueniſſet, quia fuit cauſa efficax damni huiuſmodi.

*Q*uæres 4. An dubitans vtrum ob fraudem adhibitam vicerit, teneatur ad reſtitutionem?

R. 1. Affirmatiuè quia incepit rem alterius mala fide poſſidere.

R. 2. Vt ſcias ad quam reſtitutionem ille obligetur, diſtinctione opus eſſe: nam ſi conſtet ipſi colluſorem victurum abſque tali

Y 5

fraude tenetur ad reſtitutionem lucri & damni, iuxta mox dicta ſuperiori quæſtione: ſecus videtur probabilius teneri tantùm ad reſtitutionem ſui lucri.

Quæres 5. An ille, qui chartas colludentis ſocij nouit, à tertio quodam inſpectore monitus, & alioqui non erat luſurus, teneatur ad reſtitutionem?

R. Teneri propter fraudem. Dixi, alioqui non luſurus, nam ſi dubitaſſet an ludum acceptaſſet necnon, tunc ad partem reſtitutionis dumtaxat obligaretur: ita enim poſtulat æquitas.

LECTIO XVII.

De aliis peccatis quæ in ludo committi poſſunt, nimirum illis quæ ad ludentes ſpectant.

QVÆRES 1. An ille qui alium cogit per iniuriam ad ludendum v. g. ſi vi aut minis vtatur: an inquam peccet ac lucrum reſtituere debeat?

R. 1. Peccaſſe iuxta omnes Doctores tenerique ad reſtitutionem ex communiori ſententia, quia ex dictis vbi de contractibus in genere lect. 6. num. 2. contractus per vim aut metum celebrati, quamuis iure naturæ ac poſitiuo validi ſint, poſſunt tamen reſcindi ad nutum partis læſæ, atqui hoc reperitur in iſto caſu, ergo, &c.

R. Tamen 2. aliquos Doctores contrariam ſententiam tueri, nimirum cogentem ad ludum per iniuriam non teneri ad reſtitutionem lucri; nam idem iudicium ferre debemus de iſto læſo, ac de illo qui alteri rem ſuam per vim iuſto tamen pretio vendidiſſet, ideóque validus eſſet huiuſmodi contractus, atqui colluſor de quo hic agimus tam bene potuit vincere quam vinci, ergo perindè eſt ac ſi rem iuſto pretio vendidiſſet.

Quæres 2. Vtrum is qui coactè luſit, lucrum reſtituere teneatur ſi vicerit?

R. Licet vt iam oſtendimus ille qui coegit ad ludum non poſſit retinere ſibi lucrum, illudque reſtituere teneatur, eum tamen qui paſſus eſt vim, poſſe lucrum tutâ conſcientiâ retinere, ſi vicerit: nam perinde eſt in iſto caſu ac ſi Caius v. g. chartas adulteraret qui ſane pecuniam ludo partam retinere non poſſet, quamuis poſſet colluſor, ſi vincat, lucrum omninò ſeruare.

Quæres 3. An ludens cum filio-familias qui non erat dominus pecuniæ quam ludo exponebat reſtituere teneatur ſi vicerit?

R. Diſtinguendum eſſe nam ſi victor id nouerat, debet vtique reſtituere: quia contractus ludi nullus eſt in hoc caſu propter malam iſtius fidem ęquè atque emptionis quâ rem furtiuam emis. Si autem victor fuerit in bona fide ac putauerit filium familias eſſe dominum talis pecuniæ,

ſemper quidem reſtituere debet, at filius familias, tenetur hoc ei damnum compenſare: quod verò diximus de filio familias intelliges quoque de fure ludo exponente furtiuam pecuniam, & ad ipſum minimè pertinentem.

Quæres 4. An ille qui ludo expoſuit alienam pecuniam, v. g. quæ apud ipſum depoſita erat, vel ei tradita vt aliquid emeret, &c. An ille inquam poſſit lucrum retinere ſi vicerit?

R. Affirmatiuè, ſi aliam pecuniam haberet vt eam vincanti colluſori traderet ſi victus ipſe fuiſſet. Aliàs non.

Dixi 1. Poſſe retinere quia eiuſmodi contractus non fuit iniuſtus cum ipſe vinci potuerit.

Dixi 2. Alias non: tunc enim æquitati aduerſatur vt lucrari poſſit; cum par eſſe debeat conditio colluſorum quæ reſponſio eſt contra nonnullos exiſtimantes illum poſſe retinere lucrum, ſi colluſor ignoret pecuniam ab ipſo expoſitam eſſe alienam.

Quæres 5. An teneatur ad reſtitutionem in conſcientia, qui credito ludens victus eſt?

R. 1. Teneri ſpectato iure naturæ, quia 1. tenetur quilibet ſeruare promiſſa. 2. contractus ludi ex ſe licitus eſt.

R. 2. Ius ciuile ab onere ſoluendi eximere victum, imò velle etiam vt iudices cogant ad reſtitutionem ſoluti authentica vt alearum codice de religioſis & ſumptibus funerum.

R. 3. Probabile eſſe ſtando præcisè iuri Cæſareo in locis vbi viget, eum de quo eſt quæſtio non teneri ſoluere in conſcientia, cum enim leges permittant repetere ſolutum, videtur victus, iure non ſoluendi gaudere. Obſerua tamen victum qui pecuniam ludo amiſſam victori ſoluit, non poſſe illam repetere niſi authoritate iudicis, ideòque non poſſe vti compenſatione.

TRACTATVS XVIII.

De Contractibus gratuitis ſcilicet promiſſione, donatione, ac teſtamento.

LECTIO I.

De promiſſione.

QVÆRES 1. quid ſit promiſſio?

R. Eſt fidei obligatio libera & ſincera de re licita & poſſibili. Explicatur, dixi 1. eſſe fidei obligationem vt intelligas acceptatio-

Digitized by Google

nem illius cui promittis, neceſſariam eſſe promiſſioni, cum enim rem aliquam illi promiſiſti qui eam expreſsè vel tacitè non acceptauit, tunc non cenſetur promiſſio ſed pollicitatio, quam ad nutum reuocare potes: vnde colligere licet promiſſionem internam minimè aſtringere niſi ad modum voti emiſſa fuerit.

Dixi 2. eſſe liberam, vt enim obliget promiſſio, debet fieri cum ea plena deliberatione, quæ requiritur ad peccatum mortale, vbi tamen obſeruabis in omni promiſſione hanc tacitam conditionem ſubintelligi, modo rerum ſtatus non mutetur notabiliter, cum nemo ſe aliter obligare intendat; vnde ſequitur eum qui gratuitò alteri promiſit rem aliquam, non teneri ad eius traditionem, ſi factus is fuerit illius inimicus, &c.

Dixi 3. eſſe ſinceram: quia promiſſio ficta vel iocoſa non eſt vera, ideòque nullam parit obligationem.

Dixi 4. In re licita: vt enim non licet rem malam implere, ita neque promittere.

Quæres 2. An gratuita promiſſio in materia graui obliget ſub peccato mortifero & ex iuſtitia?

R. Duas eſſe opiniones: quidam enim Doctores aſſerunt illam non obligare ex iuſtitia, ſed ſolùm ex fidelitate illiuſque violationem eſſe tantùm veniale peccatum.

Alij plures numero exiſtimant obligare ex iuſtitia, & ſub peccato mortali cum materia eſt grauis; non ea tamen cenſetur hic

grauis quæ talis eſſet in furto, vt putat contra cæteros Nauarrus cap.18. n.71. communiter enim authores dicunt quadruplo maiorem eſſe debere vt pariat obligationem ſub mortali.

LECTIO II.

De natura & diuiſione donationis de ipſo donatario.

QVAERES 1. Quid ſit donatio?

R. Eſt alicuius rei datio liberalis alteri facta. Dicitur liberalis, vt intelligas donationem communiter diuidi in propriam & minùs propriam: illam parit mera & gratuita liberalitas, nullo particulari motiuo ei occaſionem præbente istam, quæ dicitur antidotalis, vel remuneratoria, generat affectus gratitudinis, vt ita vicem reddas ei qui te obſequiis præſtitis ſibi deuinxit.

Quæres 2. An licitè retinere poſſis ea quę tibi fur, vſurarius, vel quiſpiam alius per media iniuſta ditior factus donauit?

R. Cum diſtinctione, nam ſi res tibi dono data ab huiuſmodi hominibus, non erat eadem in ſpecie, quam illi proximo iniquè abſtulerunt, videtur ſi donauerit eam vſurarius, donatarium non teneri ad reſtitutionem propter allatam rationem vbi de emptione l. 4. n. 3. nimirùm quia veriſimile eſt

eos qui rem vſurario tradiderunt, illam putant amiſſam nec à donatariis vſurariorum iniuriam ſibi fieri credunt. At ſi fuerit eadem in ſpecie quam fur vel alius ſurripuit, donatarius tenetur ad reſtitutionem; quia vt ſæpè diximus, res pro domino clamat nec ratio in priori caſu allata, hic locum habet.

Dices, quid ſi huiuſmodi homines fiant donando impotentes ad ſoluendum.

R. Et dico 1. ſi donatarius impotentiam illam neſcierit, obligari ad reſtitutionem rei donatæ vel eius in quo factus eſt ditior, modò creditores exigant reſtitutionem à donatore intra annum à die quo acceperunt donationem à ſuo debitore factam numerandum; Elapſo verò anno leges eximunt donatarium ab omni reſtitutionis onere vt Conſtat ex lege ignoti codice de reuocandis his quæ in fraudem creditorum & lege 1. ff. eodem, quibus legibus Doctores Theologi conſentiunt.

R. Et dico 2. ſi donatorio prædicta impetentia nota fuerit, probabilius eſſe illum teneri ad reſtitutionem: quia cooperatus eſt iniuſtæ & damnificæ actioni, puta iniquæ alienationi bonorum donatoris in præiudicium creditorum, quibus ſatisfaciendis hæc bona ipſi opus erant: ita docent bonacina & plures alij contra Petrũ Nauarrum, Leſſium, filiucium, & alios exiſtimantes donatatium non teneri ad reſtitutionem modo non induxerit donatorem ad donandum: ſi quidem accepit, inquiunt rem à vero illius Domino, eſtque per accidens ſi

fiat inde ſoluendo impar. Quam opinionem ita leſſius exponit ſubtiliter, vt aſſerat donatarium non teneri reſtituere, niſi talis impotentia ſit vera cauſa damni creditoribus illati; vnde colligit hos duos caſus laxiores quidem ſed valde ſubtiles.

1. Si donator vir induſtrius foret, ita vt commode lucrari poſſet ad reſtituendum creditoribus, nec tamen lucratus eſſet, non impotentiam ſed potius donatoris negligentiam in causâ fore, quod creditoribus non ſatisſiat.

2. Si ponas vſurarium nolle omnino reſtituere, vt omnes fere nolunt, ac donaſſe omnia quibus poterat illata a ſe damna reſarcire: Leſſius ait eum non cenſeri factum impotentem ad ſoluendum per donationem & acceptationem donatari, ſed per ſuam iniquam voluntatem non reſtituendi vſuras

Sed vt verum fateamur, iſte diſcurſus parum ſoliditatis & probabilitatis habet: nam v. g. licet vſurarius ille habuerit malam intentionem non ſatisfaciendi, potuit tamen mutare voluntatem ſi verò mutet, nonne impotentia ſoluendi ex donatione proficiſcetur.

LECTIO III.

De Teſtamento.

QVÆRES 1. Quid ſit teſtamentum. R. eſſe iuſtam voluntatis noſtræ ſententiam de eo quod poſt obitum noſtrum fieri volumus cum directâ hæredis inſtitutione: Dixi. 1. iuſtam &c. ſi enim quis in teſtamento remi iniuſtam fieri mandaſſet, non eſſet implenda. Dixi. 2. Cum hæredis inſtitutione, nam per hoc, differt teſtamentum à Legato & aliis vltimis voluntatibus.

Quæres 2. quot ſint illius genera.

R. Duo præcipue nobis ſcitu neceſſaria 1. Teſtamentum in ſcriptis & clauſum. 2. Teſtamentum nuncupatiuum ſeu apertum; illud eſt quod ſcripſit ipſe teſtator ſi ſciat, vel ſi ne ſciat, eius nomine, qui etiam ſubſcribere debet, quodque inſuper obſignatum in parte illius exteriori ſeptem teſtes maſculi & puberes cum notario ſubſcripſerunt declarante omnibus teſtatore, hoc ſuum eſſe teſtamentum.

Iſtud verò ſeu nuncupativum ſine ſcripturâ perficitur declarante ſolùm teſtatore coram ſeptem teſtibus dictæ qualitatis ſuam vltimam voluntatem & hæredem quem inſtituit, nec in eo notarius eſt abſolutè neceſſarius.

Quæres 3. An teſtamentum cui deeſt aliqua ſolemnitas iure ciuili requiſita, validum ſit in foro inferiori?

R. Duas eſſe opiniones. Negatiuam tenet Bonacina poſt Suarem, & alios qui conſequenter aſſerunt ſuccedentes ab inteſtato ius habere capiendi hæreditatem defuncti teſtatoris, nec teneri ſoluere legata in huiuſmodi teſtamento imperfecto contenta excipiunt tamen legata pia, quod, inquiunt, Eccleſia non ſubiiciatur legibus ciuilibus, idque videatur æquiſſimum in eius fauorem; quod idem intelligi volunt de teſtamento in fauorem Eccleſiæ, alteriuſue pij operis facto.

Affirmatiuam docent Leſſius, Reginaldus, & plures alij qui dicunt hæredem teneri ſoluere legata, ſi hæreditate potiatur, vt iure poteſt: authores autem vtriuſque ſententiæ nituntur variis teſtibus iuris ciuilis de quorum explicatione inter ipſos non conſtat aliis affirmantibus illos textus imperfecta teſtamenta irritare, aliis id negantibus quam iis quæſtionem diſputandam relinquimus; obſerua tamen nos hanc poſteriorem ſententiam eſſe ſecutos in tract. de legibus l. 9. n. 1. in fine.

Petes an Monaſterium vel noſocomium aliuſue pietatis locus ab aliquo hæres inſtitutus imperfecto teſtamento, obligetur ad ſoluenda legata non pia quæ in eo continentur.

Reſpondent authores prioris ſententiæ negatiuè, quia cum iuris ſolemnitas perti-

Digitized by Google

neat iuxta iſtos ad eſſentiam teſtamenti alteriuſue vltimæ voluntatis, inde colligunt legata quibus hæc ſolẽnitas deeſt, irrita eſſe.

Reſpondent Doctores poſterioris opinionis eſſe valida ideòque ſoluenda quod neceſſarium ſequatur naturam principalis, atqui teſtamentum quod hic principale cenſetur, validum eſt, ergo.

LECTIO IV.

De legato eiuſque natura.

QVAERES 1. Quid ſit legatum? R. Eſſe donationem relictam à teſtatore & ab hærede præſtandam ex bonis quæ á defuncto accepit quæque ad ipſum ſine illa diſpoſitione pertinerent. Dixi 1. donationem, ſumendo tale vocabulum in laxiori ſignificatione. Dixi 2. à teſtatore, &c. vt ita diſtinguerem legatum à teſtamento.

Quæres 2. Quot circunſtantiæ in legatis attendendæ ſint ad dignoſcendam eorum validitatem?

R. Quatuor. 1. eſt conditio quæ definitur ſuſpenſio diſpoſitionis ac voluntatis, eaque triplicis generis eſſe poteſt in legatis & aliis vltimis voluntatibus. 1. conditio rei præteritæ vt ſi teſtator dixerit in teſtamento: v.g. lego Paulo talem ſummam ſi verum fuerit illum profectum eſſe Pariſios; vel rei præſentis, vt lego id Paulo ſi verum ſit meum eſſe con-

ſanguineum : vel rei futuræ, vt lego meam bibliothecam Paulo ſi Doctoris lauream & gradum ſuſcipiat.

2. Conditio honeſta, vt ſi Petrus donet aliquid Paulo ea lege vt bonum opus impleat : & parum honeſta & indecens vt ſi leget Paulo 100. nummos, modò is occidat ipſius inimicum.

3. Conditio poſſibilis & impoſſibilis : eſt autem impoſſibilis dupliciter aut de facto vt iſto, ſi digito cœlum tetigeris, aut de iure, vt ſi Petrus dicat lego 1000. nummos Paulo ſi conſanguineum ducat ſine diſpenſatione, ius enim illud prohibet.

Quæres 2. Quænam alia circunſtantia in legatis attendenda ſit?

R. Secundam circunſtantiam eſſe modum ſeu clauſulam & modificationem diſpoſitioni additam, quæ onus quidem imponit contrahenti, ſed diſpoſitionem non ſuſpendit; v.g. ſi Petrus dixerit lego 100. nummos Paulo vt tot miſſas per me celebrari curet. Vbi tria ſunt obſeruanda. 1. hanc circunſtantiam interdum exprimi verbis conditionalibus, diſpoſitionem vero, non ideò eſſe conditionalem, ſed vt ita loquar modalem v. g. ſi Petrus dicat dono meum ſuper pellicuum Paulo ea lege vt poſt meum obitum recitet officium defunctorum, vel vnam Miſſam pro me celebrari faciat. 2. ſi dubitetur an diſpoſitio ſit modalis vel conditionalis, cum habendam eſſe conditionalem. 3. nomine diſpoſitionis hic intelligi voluntatem & intentionem quâ mandas aliquid fieri per tuum teſtamentum.

Quæres 3. Circunſtantiam tertiam?

R. Eſſe cauſam quæ duplex in hac materia occurrit: videlicet finalis & impulſiua; finalis eſt illa quæ ad agendum & deponendum inducit; v. g. ſi Petrus leget aliquid paulo egeno qui ſe ipſius conſanguineum dicit, nequaquam legaturus ſi non eſſe conſanguineum ſciret. Impulſiua cauſa mouet quidem ad diſponendum, vt ad legandum aliquid v. g. ita tamen vt ſi deeſſet, adhuc res illa legaretur quamuis non tamen facile; vnde ſi Petrum conſanguinitas mouiſſet ad legandum aliquid Paulo: quod ei legaſſet intuitu ſolius egeſtalis, in tali caſu dicetur conſanguinitas huius legati cauſa impulſiua.

Quæres 4. Quænam ſit quarta legatorum circunſtantia?

R. Eſſe demonſtrationem, quæ fit cum res legata ſigno aliquo indicatur. Puta ſi dixerit Petrus, lego Paulo 100. nummos quos habeo in tali arcâ, vel talem agrum tot iugera continentem.

Digitized by Google

LECTIO V.

De quibuſdam caſibus ad varias conditiones, quæ poſſunt in legatis occurrere, pertinentibus.

QVAERES I. An legatum factum ſub conditione rei præteritæ vel præſentis, validum ſit ac debeatur ?

R. Validum eſſe, modo vera ſit conditio; non aliter. Dixi 1. validum eſſe modo, &c. tunc enim voluntas & intentio teſtatoris ſit abſoluta. Dixi 2. non aliter : quia ſi res non ſit vera, teſtator non habuit intentionem legandi. Vide lectione ſuperiori n.2. exemplum.

Quæres 2. Si Petrus legauerit ſub conditione de futuro dicens v.g. lego Paulo meam bibliothecam, ſi doctoris lauream adeptus ſit, an ea illi debeatur ſi Doctor non fiat ?

R. Minimè, ſiue non poſſit ſiue nolit doctoratus gradum accipere : ita docet Filiucius tract.33. n.167. quia voluntas Petri ceſſare putatur, ſi conditio appoſita ceſſauerit.

Dices, quid ſi Doctor fraude creatus fuerit propter inſcitiam.

R. Filiucium ibidem aſſerere, ipſum teneri ad reſtituendam bibliothecam, poſſe tamen excuſari, ſi defectum ſcientiæ ſuppleat diligenti ſtudio, ad quod eum Confeſſarius ſedulò adſtringere debet.

Quæres 3. Vtrùm ſi Petrus rem legauerit Paulo, eâ conditione vt non nubat, Paulus nubens legatum amittat?

R. Cum diſtinctione nam ſi Paulus aliam vxorem dûxerat, iterum nubens amittit legatum, quia conditio non nubendi honeſta eſt quantum ad ſecundas nuptias authentica cui relictum codice de indicta viduitate tollenda, ſi verò Paulus nunquam nupſerat, non amittit legatum lubendo lege filia ff. de conditionibus & demonſtrationibus.

R. 2. Si Caius dixerat, lego rem illam Paulo, ſi nubat cum tali puella, vel aliqua talis familiæ &c. Paulus amitteret legatum ſi Caij voluntatem contemneret ita decidit lex ſed filio §. finali ff. de conditionibus & demonſtrationibus.

Quæres 4. Vtrum Paulus cui rem Caius legauit ea lege vt nubat, legatum perdat, ſi fiat Religioſus?

R. Negatiuè, quia talis conditio non cenſetur honeſta, quatenus auertit à religionis ingreſſu: conſtat autem in vltimis voluntatibus omnem conditionem parùm honeſtam vel impoſſibilē haberi nt nullam authentica de ſanctiſſimis Epiſcopis §. ſed & hoc præſenti collatione 9. & alibi.

*Q*uæres 5. Ponamus Petrum legaſſe 200. nummos Ioannæ, ſi nubat 100. verò ſi religionem ingrediatur: nunc quæro an illi debeantur ſi monialis fiat?

R. Duas eſſe Doctorum ſententias. Prima eſt Bonacinæ pluriumque aliorum aſſequentium 200. nummos illi deberi, quod inquiunt

quiunt, ea conditio parum honeſta videatur cum amoueat à religione; ſecundam Leſſius, Suares & Filiucius amplectuntur, quod iuxta ipſos hæc ſit honeſta conditio & æquitati conſentanea, cum minori dote opus ſit ad ingreſſum religionis quam ad nuptias.

Quæres 6. Vtrum ſi Petrus legauerit 1000. nummos vt ex illis egenæ puellæ in matrimonium collocentur huiuſmodi nummi poſſint ex toto vel ex parte dotandæ virgini ad religionis ingreſſum applicari?

R. Sententiam negatiuam eſſe probabiliorem, ſi quidem implenda eſt mens teſtatorum, quandiu iuri contraria non fuerit: vnde cùm teſtator mille nummos ad egendas virgines maritandas, nulla in particulari determinatâ legauerit: fruſtra citatur authentica de ſanctiſſimis Epiſcopis in fauorem oppoſitæ ſententiæ: cùm in ea tractetur de perſonâ particulari; nam conſtat in caſu, quo teſtator dixit, lego illi vel illi puellæ tot nummos, ſi nubat, ei legatum deberi quamuis religionem ingrediatur, quia non eſt putandum voluiſſe teſtatorem illam ab ingreſſu religionis auertere.

LECTIO VI.

Explicantur aliæ difficultates circa conditiones legatis appoſitas.

QVÆRES 1. Si Petrus legauerit Ioannæ viduæ 100. libras, ſi caſtè & honeſtè vixerit: an illa nubens legatum amittat?

R. Duas eſſe opiniones. Bonacina poſt Syluestrum, Molinam, & alios negat amittere quod ſecundæ nuptiæ ſint ex ſe honeſtæ.

Sanchez verò & alij hac vtuntur diſtinctione: ſi enim maritus eam legato conditionem appoſuerit, dicunt Ioannam legatum amittere, ſi ad ſecundas nuptias conuolauerit, quippe quæ ſint maritis valdè odioſæ, ideòque maritus cenſetur eas voluiſſe vxori ſuæ prohibere; quod ſi alius appoſuerit, iudicant non amittere: tum ob rationem prioris ſententiæ nimirum quod ſecundæ nuptiæ per ſe honeſtæ ſint, tum quia ſolis maritis odioſæ cenſentur, aliqui tamen authores hanc opinionem ita reſtringunt, vt ſi defuncti conſanguineus vel inſignis amicus aut dictæ Ioannæ filius eam conditionem appoſuerint, Ioanna legatum amittat ſi virum duxerit.

Dices 1. quid ſi Ioanna ſe aliquâ turpitudine fœdauerit.

Digitized by Google

R. 1. Plures authores probabiliſſime putare illam legatum amiſſuram vnica fornicatione, vel etiam iuxta quoſdam, ſi tactus valde impudicos patiatur, quod inquiunt, eiuſmodi res caſtimoniæ & honeſtati aduerſentur, ideòque teſtator non cenſeatur legaſſe in eo caſu.

R. 2. Plures alios, quibus adhæret Bonacina exiſtimare illam non amiſſuram legatum ob vnam vel alteram fornicationem; vt enim illum non dixeris ebrioſum qui ſemel aut iterum ſe inebriauerit, pariter Ioannam impudica cenſeri non debet imò potius eam caſtè & honeſtè viuere dici poteſt, quamuis vnam vel alteram libidinis culpam admiſerit; fateor tamen illud parum eſſe probabile.

R. 3. Conari Sanchem has duas opiniones ita componere; ſi enim dictæ Ioannæ maritus, aut illius familiaris vel conſanguineus, item ſi Ioannæ filius aut eius filij conſanguineus vel amicus legauerit, Sanchez aſſerit eam legatum amittere: quod illorum intereſſe videatur vt Ioanna nihil honeſtati contrarium admittat, eoſuè illo iniuriæ genere non afficiat: quamobrem ſi libidinis rea fuerit, non cenſentur prædicti voluiſſe vt eâ legatum à ſe relictum perciperet.

Dices 1. quid ſi Petrus eidem legauerit annuam decem nummorum penſionem, quandiu caſtè vixerit: illaque caſtè vixerit primo anno, ſecundo libidinoſa fuerit, tertio autem peccatum emendauerit: poteritne iam emendata gaudere penſione.

R. Probabilius eſſe non poſſe: quia præſumitur voluiſſe teſtatorem vt ea penſionem amitteret ob vitam libidinoſam quam duxiſſe conſtat.

Quæres 2. ſi Petrus dixerit Paule tibi lego &c. ſi tuam conſanguineam in vxorem ducas: an legatum Paulo debeatur, ſi eam non duxerit?

R. Affirmatiuè, cum enim hæc conditio ſit de iure impoſſibilis, vt conſtat ex lect. quarta n. 1. reiicitur & habetur pro non adiectâ ex dictis lect. 5. n. 4. ita docet Sanches qui reffert authores aliquos ſine nomine qui contrarium putant eâ nixi ratione, quod in prædicta conditione ſubintelligenda ſit iſta, modo Papa diſpenſet.

Dices, quid ſi teſtator diſpenſationis meminerit dicens: lego id Paulo ſi ducat ſuam conſanguineam obtentâ priùs diſpenſatione: an illi deberetur legatum ſi eam non duceret.

R. Duas eſſe opiniones. Prior deberi negat quod iam illa conditio non eſſet impoſſibilis.

Alia verò diſtinguit ac dicit conditionem habendam eſſe impoſſibilem ideòque legatum deberi Paulo, ſi conſanguinitas foret in ſecundo gradu.

Digitized by Google

LECTIO VII.

De argumento eodem.

QVÆRES I. Si Petrus ita dixerit: lego Ioannæ 100. nummos, modo nubat cum Ioanne, an illa perderet legatum ſi cum alio nubat?

R. 1. Affirmatiuè niſi in certis caſibus & circunſtantiis, puta ſi Ioannes foret homo indignus vt habetur lege cum ita legatum ff. de conditionibus & demonſtrationibus, hæc enim conditio durior & moleſtior eſſet ipſa viduitate.

Obſerua tamen ſi teſtator legaſſet modo nuberet cum Antonio homine indigno: ea quidem non teneretur Antonium ducere ad potiendum legato, ſed tamen legato gaudere non poſſet, niſi vidua permaneret vt dicitur lege cum tale ff. de conditionibus & demonſtrationibus.

R. 2. Prædictam Ioannam legatum non amiſſuram, ducendo alium vt patri morem gereret: quia conditio appoſita legato à teſtatore, ita debet intelligi vt Ioanna poſſit illam honeſtè implere, quod non poſſet in tali caſu ob patris diſſenſum.

R. 3. Si Petrus ante matrimonium celebratum obiret, Ioannam legatum non amiſſuram.

Quæres 2. An Eccleſia cui 100. nummos

Caius legauit, modò in illâ ſepeliretur: legatum amittat ſi Caius in excommunicatione deceſſeris ideòque incapax eccleſiaſticæ ſepulturæ?

R. Negatiuè, quia Caius fuiſſet cauſa non adimpletæ conditionis ſuo legato appoſitæ, eaque de facto impoſſibilis cenſetur.

Quæres 3. Vtrùm legatum his aut ſimilibus verbis Ioannæ factum, lego Ioannæ 100. nummos, vt nubat vel nubere poſſit, ei debeantur ante nuptias?

R. Multò probabilius eſſe deberi, niſi aliunde conſtet id noluiſſe teſtatorem: quia hæc Petri diſpoſitio ſeu voluntas non eſt conditionalis ſed modalis.

Vnde colligenda ſunt duo 1. legatum Ioannæ deberi quamuis nunquam nubat. 2. ad hæredes tranſire id eſt eius hæredes, poſſe legati ſolutionem exigere, ſi ipſa non accepiſſet.

LECTIO VIII.

De 4. legatorum circunſtantiâ qua vocatur demonſtratio.

QVÆRES 1. An legatum, in cuius demonſtratione error aliquis reperitur, validus ſit?

R. 1. Non eſſe validum, ſi error fuerit ſubſtantialis: puta ſi Petrus dixerit, lego Paulo 100. nummos quos habeo in tali arca: ſi

enim dicti nummi non fuerint in loco à teſtatore deſignato, legatum habetur inualidum, lege 1. § vlt. ff. de dote prælegata. Si tamen ibi 50. vel 60. reperiantur, ſoluendi erunt Paulo, quia legatum quantum ad illos tenet n.3. ſequenti oſtendemus idem eſſe iudicium ſi Petrus dixerit lego Paulo 100. nummos qui mihi debentur à Ioanne, ſi enim Ioannes, nihil ipſi debeat, legatum eſt irritum, ſi tamen 50.vel 60.nummos debeat, validum eſt quantum ad eam ſummam lege ſi ſancius §. 5. ff. de legatis vt numero ſequenti videbitur. Item ſi Petrus dixerit lego Paulo meo filio, vel Ioanni meo conſanguineo 100.nummos, legatum eſſet nullum, ſi Paulus eius filius vel Ioannes conſanguineus non eſſet.

R. 2. Eſſe tamen validum, ſi error fuerit ſolùm accidentalis: v. g. ſi Petrus dixiſſet, lego Paulo vitem tali loco ſitam, quam emi à Ioanne, tunc legatum foret validum, etſi Petrus vitem non emiſſet à Ioanne.

Quæres 2. quot modis apponi poſſit demonſtratio legatis?

R. Duobus 1. taxatiuè, id eſt per modum taxæ ac reſtrictionis ſeu ad taxandum & reſtringendum, v.g ſi. Petrus legauerit in hæc verba, lego Paulo 100.iugera mei fundi qui ſitus eſt in tali territorio, vel ſi dixerit, lego Paulo 100. nummos talis arcæ. 2. demonſtratiuè tantùm id eſt ad rem dumtaxat indicandam, v. g. ſi Petrus dixerit lego Paulo meum fundum iugeris 100. conſtantem, vel tale marſupium, in quo ſunt nummi 100.

Dices, quomodò ſciemus demonſtrationem taxatiuè aut demonſtratiuè tantùm fuiſſe appoſitam.

R. His duabus notis. 1. enim ſi demonſtratio incipiat á re, ac deinde menſura vel numerus ſequatur, in illo caſu demonſtratio cenſetur appoſita demonſtratiuè tantùm: vt v. g. ſi teſtator dixerit, lego Paulo talem fundum qui 100 iugeris conſtat 2. ſi numerus aut menſura primo loco ponantur ac deinde res, tunc demonſtratio cenſetur taxatiuè appoſita, vt ſi Petrus dixerit, lego Paulo 100. nummos talis marſupij vel 100. iugera talis fundi.

Quæres 3. An validum ſit legatum cui appoſita eſt demonſtratio taxatiuè?

R. Ex priori numero huius lectionis reſultare, validum eſſe quando nullus adfuit error ſubſtantialis vel ex toto vel ex parte; v.g. ponamus dixiſſe Petrum lego 100. nummos talis marſupij, nam ſi nulli ſint in eo, legatum eſt irritum: ſi aliqui extent, legatum valet quantum ad illos.

Quæres 4. An teneat legatum cui demonſtratio appoſita eſt demonſtratiuè tantùm?

R. Validum eſſe, quamuis error interuenerit: quia tunc error non eſt ſubſtantialis, ſed tantùm accidentalis, ita ſi Petrus dixerit, lego Paulo talem fundum qui 100. iugeris conſtat, legatum ſemper erit validum, licet fundus plura vel pauciora iugera contineat. Item ſi dixerit lego ei tale marſupium in quo ſunt nummi 100. valet legatum quamuis in illo marſupio plures vel paucio-

res nummi fuerint.

Quæres 5. quid in iſto caſu dicendum ſit. Petri auus legauit Eccleſiæ penſionem annuam 10. librarum ex reditibus vitis ab ipſo deſignatæ perſoluendam, vt ſingulis annis tot miſſæ pro defunctis celebrentur, Petrus verò ac deceſſores eam non ſoluerunt à quadraginta annis: iam Petrus à confeſſario quærit, an teneatur integram ſoluere penſionem, cum illa vitis valorem excedat; an autem ſatisfuerit, vt vitem Eccleſiæ relinquat?

R. Ad perfectam huius caſus elucidationem, videndum eſſe vtrum aui diſpoſitio, ſeu intenſio ſit taxatiua, vel ſolùm demonſtratiua, conſtat autem ex ſupra dictis eſſe tantùm demonſtratiuam; vnde ſequitur non ſufficere vt Petrus vitem Eccleſiæ relinquat, ſed requiri vt legatum omninò ſoluat, id eſt penſionem integram 10. librarum à tot annis debitam, licet vitis ob grandinem aliosue caſus nullum Petro fructum attulerit. Huius caſus deciſio fundatur in lege quidam teſtamento ff. de legatis 1. & in diſcurſu Bonacinæ, & aliorum quos ille citat in tractatu de contractibus diſp. 3. quæſtione 17. p. 8. §. 3. n. 3.

TRACT. XIX.

De octauo decalogi præcepto.

LECTIO I.

De his quæ hoc præcepto vetantur ac primò de mendacio.

QVÆRES 1. quænam octauo decalogi præcepto vetentur?

R. Omne genus iniuriæ quæ verbis proximo irrogari poteſt, ſiue in iudicio v. g. falſo teſtimonio, iniquâ ſententiâ, ſiue aliter, puta detractione, iudicio temerario, agemus autem 1. de mendacio, detractione, & ſimilibus peccatis quæ magis in praxim veniunt, deinde acturi de falſo teſtimonio aliiſque hoc præcepto prohibitis.

Quæres 2. quid ſit mendacium?

R. Poſt D. Auguſtinum l. 1. contra mendacium c. 32. eſſe falſam ſignificationem vocis cum intentione fallendi aut dicendi falſum. Dixi 1. vocis quia verbis præſertim homines mentiuntur, licet ſignis, ſcriptis,

aliaue ratione mentiri poſſint. Dixi 2. cum animo fallendi aut dicendi falſum. Nam ſi alterutrum defuerit, ſcilicet intentio fallendi aut denuntiandi falſum, non eſt propriè mendacium, vel eſt tantum materiale non formale quod ſolum peccatum eſt.

Quæres 3. quomodò mendacium diuidatur?

R. Vt ex iam dictis colligi poteſt. 1. diuidi in mendacium vocis & facti quale eſt quod ſignis committitur. 2. In materiale & formale vt ibidem explicatum. 3. In iocoſum quod recreationis cauſâ, officioſum quod ad procurandam vtilitatem proximi aut impediendum illius detrimentum, denique pernicioſum quod ex intentione damni alterius dicitur.

Quæres 4. An vſus veſtis alieni ſexus ſit peccatum mendacij & quale?

R. Eſſe mendacium facti non tamen laïcis mortiferum in lege noua, niſi adſit ſcandalum, aliaue mala circunſtantia, vel expreſſa prohibitio; hoc enim potius leuitati quàm malitiæ tribuendum eſt. Dixi 1 in nouâ lege, quia erat graue peccatum in lege Moyſis, vt conſtat ex c. 22. v. 5 Deuteronomij. Dixi 2. laïcis, patet enim fore Clericis ex ſe graue delictum. Dixi 3. niſi, &c. vt enim aliàs in tractatu de peccatis aſſeruimus, peccatum veniale poteſt fieri mortale propter ſcandalum, & alias circunſtantias vbi duo pro praxi obſeruabis 1. vix fieri poſſe vt peſſima quædam circunſtantia non occurrat; quare Parochi, concionatores & con-

Digitized by Google

ceſſarij debent hoc ſedulò pueris prohibere, ac eorum parentibus vitio vertere, ſi ad talem vſum illos inducant ſiue tempore bachanalium, ſiue quouis alio, vel cum illis permittant. 2. quæ dicta ſunt de vſu veſtis alieni ſexus, intelligenda eſſe de laruis.

LECTIO II.

De detractione ac 1. de illius natura, diuiſione, ſpeciebus earumque grauitate.

SVPPONO famam, eſſe bonam multorum exiſtimationem de aliquo: honorem verò eſſe actum quo aliquis declarat verbis, aut ſignis bonam opinionem quam habet de alterius excellentiâ.

Quæres 1. quid ſit detractio?

R. Eſſe occultam & iniquam læſionem propriæ vel alterius famæ. Dixi 1. occultam vt diſtinguerem detractionem à contumelia quæ coram læſo committitur, puta ſi quis diceret Paulum eſſe furem ipſo præſente, nam ſi hoc diceret ipſo abſente detractio foret; vnde conſtat detractionem magnam habere cum furto affinitatem, contumeliam verò cum rapinâ.

Dixi 2. iniquam, nam ſi deſit iniuſtitia, non eſt detractio, ita qui vitium alterius aperiret cum iuſta cauſa, puta qui refferret patri peccatum filij aut ſuperiori vitium ſubditi ad eorum correptionem & emenda-

tionem non eſſet detractor, ita etiam qui loquitur de peccato alterius coram illo cui æque notum eſt huiuſmodi peccatum, non committeret detractionem, quamuis in hoc peccare poſſit ob malum affectum vel ob prauam aliam circunſtantiam.

Dixi 3. Propriæ vel alienæ famæ: quia læſio propriæ famæ res eſt per ſe mala, & peccatum mortale aut veniale iuxta varias circunſtantias occurrentes.

*Q*uæres 2. quomodò detractio diuidatur?

R. Diuidi in formalem & materialem: formalis eſt quæ fit cum intentione lædendi famam alicuius, materialis verò ſine hac praua intentione committitur ex ſolà leuitate ac fluxu linguæ.

Quæres 3. Vtrum omnes detractiones ſint eiuſdem ſpeciei?

R. Negatiuè, detractio enim poteſt mutare ſpeciem tribus modis 1. ratione perſonæ cuius fama violatur, vt ſi detrahas de patre, matre, Parocho, Sacerdote, aliiſue ad quorum ſpecialem reuerentiam virtute pietatis ex quarto decalogi præcepto teneris, hæc eſt communis opinio contra aſorium.

2. Ratione motiui, ſi detrahas ex odio.

3. Ratione modi quandò eſt valde grauis vt ſi fiat ſcriptis, cantibus, ſatyris, libellis famoſis, &c. eſt enim ſpecies detractionis longè grauior.

Quæres 4. quomodo detractio committatur?

R. Committi poſſe directè vel indirectè. Directè committitur his quatuor modis. 1.

imponendo crimen falſum. 2. aperiendo vitium occultum licet verum. 3. amplificando peccatum verum 4. male interpretando, vt ſi damnes actionem alterius bonam vel indifferentem: qui modi hoc verſiculo continentur.

Imponens, augens, manifeſtans, in mala vertens.

Indirectè fit 4. item modis. 1. negando bonum aliquod opus ab alio præſtitum. 2. minuendo ac deprimendo. 3. tacendo nec laudando, cum ratione loci, temporis aliarumue circunſtantiarum, huiuſmodi ſilentium habetur pro vituperatione. 4. ita frigidè laudando vt hoc in proximi dedecus vergat, qui etiam modi verſu iſto comprehenduntur.

Qui negat aut minuit, reticet, laudatque remiſſe.

quæres 5 An detractio ſit graue peccatum?

R. Affirmatiuè, vt conſtat 1. ex variis ſcripturæ locis quæ in illud acriter inuehunt 2. ex effectibus, maximam enim perniciem infert cum famam auferat quæ diuitiis pretioſior eſt iuxta illud Prouerb. 22 *Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ*, & aliundè odia rixas, &c. generat. 3. quod damna per illam irrogata difficillimè reparari poſſint.

Digitized by Google

LECTIO III.

In quibus caſibus detractio ſit peccatum mortale necne.

QVÆRES. 1. Quandonam detractio ſit peccatum mortale?

R. Quando grauiter lædit famam alterius, tunc enim materia eſt grauis.

Quæres 2. An reuelatio peccati mortalis alicuius perſonæ ſit graue peccatum detractionis?

R. Sæpè quidem eſſe peccatum mortale detractionis, non tamen ſemper; nam fieri poteſt vt alterius fama grauiter non lædatur eiuſmodi reuelatione; ita ſi quis dicat militem ſingulari certamine congreſſum eſſe, aut libidini operam dediſſe, vel quempiam alium peccata commiſiſſe de quibus gloriari ſolet, non erit peccatum mortale cum ita non lædatur grauiter illorum fama.

Quæres 3. quale peccatum ſit refferre peccatum veniale alterius?

R. Paſſim quidem eſſe peccatum veniale: inde tamen non poſſe confici hanc regulam generalem & infallibilem, ſcilicet manifeſtationem peccati venialis eſſe tantùm veniale peccatum: nam fieri poteſt vt ea reuelatio grauiter lædat famam alicuius, puta ſi dicas Epiſcopum, Sacerdotem, aut Religioſum quorum probitatis fama ſit maxi-

ma, obnoxios eſſe certis peccatis quæ grauiter eorum honori officiunt, v.g. ſolitos eſſe mentiri aut vanam hominum exiſtimationem quærere.

Quæres 4. An ſit peccatum mortale detrahere de homine mortuo?

R. Quamuis ille de quo detrahitur, mortuus ſit: committi peccatum mortale, ſi materia fuerit grauis; quia 1. bona defunctorum fama durat poſt mortem. 2. huiuſmodi detractio ſæpe nocet eorum conſanguineis & amicis.

Quæres 5. quale peccatum committat, qui dicit de aliquo eum eſſe ſuperbum, ambitioſum, auarum, iracundum & ſimilibus vitiis capitalibus obnoxium?

R. Ex ſe non eſſe peccatum mortale, ſed attendendas eſſe circunſtantias; nec enim hæc vitia ſunt ex ſe ac ſemper peccata mortifera.

*Q*uæres 6. An peccet mortaliter qui aperit defectus naturales corporis vel animi alicuius?

R. 1. Paſſim non peccare mortaliter, niſi adſit grauis aliqua circunſtantia, vt ſi hominem impediret à conſecutione magni boni, aut ſi defectum quis ei palàm obiiceret, vnde afficeretur magnâ triſtitiâ.

R. 2. Eſſe tamen aliquos defectus naturales, quorum reuelatio magis aliquos offendit, quam ſi de illis grauiora ſpargerentur in vulgus: tuncque probabile eſt talem manifeſtationem eſſe graue peccatum iuxta quoſdam authores.

Quæres 7. An declarans viro prudenti & minimè loquaci vel duobus eiuſdem qualitatis, graue peccatum alterius, mortiferè peccet?

R. Duas eſſe opiniones, quarum probabilior eſt affirmatiua.

Quæres 8. quid ſi dicas graue aliquid de aliquo, non quidem ita eſſe aſſeuerando, ſed ſolum quod audiuiſti ab aliis referendo?

R. Vix fieri poſſe vt non pecces mortaliter: cum difficile admodum ſit eiuſmodi reuelationem non multum nocere alterius famæ.

Quæres 9. quid ſi peccatum mortale proximi quod aperis, publicum ſit alibi quamuis hic vbi loqueris incognitum?

R. In hoc quidem eſſe peccatum contra charitatem, graue aut leue iuxta varias circunſtantias, non tamen contra iuſtitiam. Is enim de quo agitur, amiſit ius ad famam, cum factum eſt crimen illius publicum. Aliqui tamen hic afferunt diſtinctionem, nam dicunt peccari contra iuſtitiam ſi crimen factum ſit per iniuriam publicum, ſed hoc alij negant.

Quæres 10. An ſit graue peccatum aperire crimen hominis infamis?

R. Cum diſtinctione: ſi enim de illo dicas peccatum quod habeat aliquam connexionem phyſicam vel moralem cum peccato cuius infamiâ laborat, non eſt graue peccatum: ſecùs eſſet.

LECTIO IV.

De illo qui detractorem audit.

QVAERES 1. Quot modis peccare poſſit auditor detractoris?

R. Tribus 1. Si moueat & excitet hominem ad detrahendum. 2. Si audiat cum delectatione 3. Si non admoneat quamuis nullam inde capiat voluptatem.

Quæres 2. quomodò peccet ille qui alium inducit ad detrahendum?

R. Peccare contra charitatem & contra iuſtitiam, imò grauiùs ipſomet detractore.

Dices, quid ſi curioſa dumtaxat eius interrogatio, cauſa eſt detractionis alterius.

R. Illum peccare contra iuſtitiam ſi abſque iuſta cauſa interrogans, præuidit alium detracturum: non tamen extra hunc caſum.

Quæres 3. quomodò peccet qui detractorem non mouet quidem ad detrahendum, ſed tamen lubenter audit?

R. Non peccare quidem contra iuſtitiam, ſed peccare tamen contra charitatem.

Quæres 4. quid dicendum ſit de illo qui licet non delectetur audiendo detractorem, hunc tamen non corripit?

R. Illum peccare contra charitatem, his tribus caſibus exceptis. 1. ſi probabiliter iudicet ſe quamuis admoneat detractorem, nihil omninò profecturum. 2. ſi iuſtè me-

Digitized by Google

tuat damnum ſibi obuenturum puta iniurias, verbera, &c. 3. ſi fuerit homo longè inferioris ſtatus, vnde impediatur ex quadam rationabili verecundiâ, v. g. cum detractor eſt illius herus aut vir authoritate pollens, vel aliquâ dignitate conſpicuus, &c.

LECTIO V.

De calumnia, contumelia, irriſione, ſuſurratione, ſuſpicione, ac iudicio temerario.

QVAERES 1. Quid ſit calumnia?

R. Tunc eam committi quando peccatum aut crimen falsò imponitur alicui.

Quæres 2. quid ſit contumelia?

R. Eſſe iniuriam quâ peccatum vel alius defectus alicui obiicitur & exprobratur ipſo præſente, vnde læditur eius honor.

Quæres 3. quid ſit deriſio?

R. Eſſe actum, quo læditur honor proximi verbis aut factis: vt ita pudore ſuffundatur. Dixi, honor, nam differt honor à fama, vt oſtendimus lect. 2. n. 1.

Quæres 4. quid ſit ſuſurratio?

R. Eſſe grauiſſimum linguæ peccatum quo defectus alterius reuelantur animo ſeminandi diſcordias inter amicos.

Quæres 5. quid ſit ſuſpicio?

R. Eſſe mali opinionem leuibus coniecturis innixam cui non adhæres, & quam metuis eſſe falſam.

Quæres 6. quid ſit iudicium temerarium?

R. Quandò ex leuibus indiciis firmiter iudicas de malo alterius. Dixi 1. ex leuibus indiciis, nam ſi fuerint indicia rationabilia, non erit tunc iudicium temerarium, neque peccatum. Obſerua tamen magnum eſſe periculum ne quis ſe ipſum decipiat, dum ſuas coniecturas credit ſufficientes & validas. Dixi 2. firmiter iudicas, aliàs enim foret tantum ſuſpicio.

Dices, vnde cognoſcam adhibitum vel negatum fuiſſe conſenſum iudicio temerario.

R. Ita facile cognoſces, nam ſi rogatus ab aliquo quid ſentias de re de qua temerariè iudicaſti, reſpondiſſes te ita credere, certum eſt conſenſus indicium: ſecùs autem, ſi reſpondiſſes, te non credere, ſed tantùm dubitare.

LECTIO VI.

De reſtitutione ad quam obligant detractio, & alia peccata quæ famam vel honorem proximi lædunt.

QVæres 1. quandonam obligemur ad reſtitutionem famæ vel honoris alicuius?

R. Quando peccatum eſt contra iuſtitiam per detractionem calumniam, & alia peccata de quibus ſupra, vel illa committendo, vel iis cooperando, nam cooperatio æquè obligat ad reſtitutionem in hac materia, atque in bonis fortunæ.

Quæres 2. An tenearis reſtituere cum illi, qui te detrahentem audierunt, non ampliùs recordantur?

R. Negatiuè modo probabile ſit auditores non recordari, quod quidam authores exiſtimant poſt 20. annos accidere poſſe, alij tamen putant ad id breuioris temporis ſpatium ſufficere, interdum 20. annos non ſufficere, ideòque rem eſſe iudicandam ex dictamine prudentiæ.

Quæres 3. Vtrum detractor debeat reſtituere non modò coram illis qui audierunt ipſum detrahentem, ſed etiam aliis qui rem ab auditoribus acceperunt?

R. Cum diſtinctione, nam 1. ſi præuiderit auditores aliis relaturos, tenetur eo

ram omnibus reſtituere, fuit enim cauſa efficax infamiæ proximi. 2. ſi putauerit auditores viros eſſe taciturnos, nec rem aliis patefacturos, non tenetur ad reſtitutionem, etſi de facto retuliſſent; cenſetur enim cauſa tantum per accidens infamiæ quam inde patitur proximus.

Quæres 4. Modum reſtituendi famam?

R. Et dico 1. eum qui famam alterius læſit per calumniam ſeu falſi criminis impoſitionem teneri ſe retractare, imò ſi opus ſit cum iuramento, coram illis quibus calumniam dixerat, & aliis qui ab iis auditoribus acceperunt: nec vllam habendam eſſe rationem dedecoris & infamiæ cui ſe ita exponit, ratio eſt quod aliter non poſſit reſarciri damnum proximi famæ illatum.

R. 2. Eum qui verum crimen, vitium aut defectum, ſed tamen occultum apperuit, teneri ad ſe retractandum iuxta quoſdam authores, quia dixit quæ vera quidem erant veritate priuatâ, non autem publicâ, vnde, inquiunt, non mentietur in tali caſu, ſed iuxta Doctores alios teneri dumtaxat compenſare damnum illatum copioſè laudando perſonam læſam.

R. 3. Optimum reſtituendi modum eſſe iſtum, vt detractor non ſe abſolutè retractet ſed prudenter, accuſando ſe leuitatis aut imprudentiæ ac læſum magnis laudibus prædicando.

Quæres 5. quomodò reſtituendus ſit honor per contumeliam vel diriſionem læſus?

R. 1. Meliorem reſtituendi modum eſſe in

hac materia, petitionem veniæ, cum illis circunſtantiis quas prudentia exiget: hoc tamen non eſt in omni caſu neceſſarium, ſed ſolùm erga ſuperiores iniuriâ læſos.

R. 2. Paſſim tamen ſufficere inter pares vt qui læſit, alteri cedat & locum honoratiorem offerat, cum ad menſam inuitet, aliaue honoris & humanitatis officia exhibeat, ſed inter ſuperiores & inferiores, nobiles ac plebeios, ſatis erit in rigore vt illi hos benigniſſimè ſalutent, atque humaniſſimis verbis & aliis non vulgaribus beneuolentiæ ſignis demulceant.

LECTIO VII.

De authoritate Iudicis.

QVAERES 1. An iuriſdictio neceſſaria ſit judici?

R. Affirmatiuè, idque vt validè iudicet, ita docent omnes authores, & ratio ipſa conuincit. Obſeruandum eſt autem idem de iudice tenendum eſſe iuxta legem Barbarius Philippus ff. de officio prætorum, quod in tractatu pœnitentiæ de confeſſario dicetur, nimirùm illum validè abſoluere quando adeſt titulus coloratus cum errore publico, abſque tamen vllo naturalis aut diuini iuris impedimento.

Quæres 2. Vtrum iudices laïci poſſint Clericos iudicare?

R. 1. Non poſſe generatim loquendo, etſi Clerici conſentiant: quia iſti eximuntur à laica poteſtate non ſolum iure ciuili & canonico, ſed etiam diuino, vt multis authoribus placet. Iudices vero qui ferre iudicium in Clericos præſumunt, excommunicantur in bulla Cœnæ Domini; dixi licet Clerici conſentiant, quia eſt priuilegium ſtatus non perſonæ cui proinde renuntiare non poſſunt.

R. 2. Nihilominus iudices laicos poſſe Clericos iudicare in cauſa criminis, quando illos Eccleſia tradidit brachio ſæculari, & in quibuſdam aliis caſibus ex facultate à ſacris canonibus eis conceſsâ, quos caſus indicare ſuperfluum eſſet, cum quotidie clerici iudicentur in omni cauſarum genere à laicis, reclamantibus licet ſummorum Pontificum & conciliorum decretis, vnde nihil aliud ſupereſt dicendum præter hæc verba Ieremiæ quæ ſanctus Franciſcus Saleſius epiſt. 30. l. 7. ad bonæ memoriæ Reuerendiſſimum Epiſcopum Bellicenſem ſcripta vſurpauit, Eccleſiæ nomine exclamans. *Vide Domine & conſidera quoniam facta ſum vilis, &c.*

Quæres 3. Vtrum Clericus qui habitum clericalem & tonſuram non geſtat, priuetur huiuſmodi priuilegio.

Reſponſioni præmitto, Clericos duplici gaudere priuilegio: alterum dicitur priuilegium fori, quod in eo ſitum eſt, vt Clerici iudicibus laicis non ſubiiciantur; alterum de quo in tractatu cenſurarum agemus, dicitur

citur priuilegium canonis, quod in eo ſitum eſt vt ſi quis in Clericos manus violentas iniiciat, excommunicetur ipſo facto Nunc.

R. Clericum primâ tonſurâ vel minoribus ordinibus dumtaxat initiatum, non poſſe gaudere priuilegio fori, ſi tonſuram & habitum clericalem non deferat. Gaudere tamen, licet ea non deferat, ſi beneficium habeat, vel ſit in ſacris ordinibus conſtitutus quia Synodus Tridentina ſeſſione 23. c. 6. de reformatione decernit *Clericum fori priuilegio non gauiſurum, niſi beneficium aut maiorem ordinem habeat, vel Clericalem habitum & tonſuram deferat.*

LECTIO VIII.

De Officio Iudicis.

QVAERES 1. Vtrum Iudex poſſit tutâ conſcientiâ hominem condemnare, qui reus probatur in iudicio ex falſis teſtibus & actis: cum tamen ipſe nouerit eum eſſe innocentem?

R. 1. Non conuenire Doctores inter ſe circa huius quæſtionis reſolutionem. Diuus Thomas 2. 2. q. 67. art. 2. quem plurimi Doctores ſequuntur, exiſtimat iudicem debere totis viribus eniti, & omnia licita tentare, vt innocentia perſonæ accuſatæ manifeſtetur: ſi tamen ea diligentia nihil proſit, ipſum teneri hominem condemnare ſecundum

allegata & probata in iudicio; quia iudex non agit vt perſona priuata ſed publica, ideòque publicam ſcientiam non priuatam ſequi debet.

R. 2. Plures alios authores notabilem hic diſtinctionem afferre: nam 1. ſi agatur de condemnando innocente ad mortem aut mutilationem, vel aliam grauem pœnam, dicunt id iudici non licere: quod ſit res intrinſecè mala. Si autem 2. quæſtio ſit de modica pœna corporali, aut de bonis fortunæ, dicunt iudicem in eo caſu teneri ſententiam ferre ſecundum allegata & probata, quia 1. expedit reipublicæ vt iudex ita ſe gerat & iuris ordinem ſeruet. 2. cum agatur de bonis fortunæ, operæ prætium eſt rempublicam ſeu iudices illius authoritatem habentes, poſſe transferre dominium rerum exigente id bono publico vt dictum eſt de præſcriptione tractatu 11. de reſtitutione l. 48. n. 1.

Quæres 2. An & quæ ſcientia iudici neceſſaria ſit?

R. 1. Ea quæ illi neceſſaria eſt vt dignè ſuo munere fungatur: hoc enim ratio communis etiam rudioribus innuit, teneri quemlibet artem ſuam callere.

R. 2. Iudex dictâ ſcientiâ carens debet reſtituere omnia damna quæ ex ſua inſcitiâ oriuntur. Ita ex tractatu reſtitutionis colligitur, vbi plenè oſtendimus quemlibet teneri ad omnium damnorum reparationem quorum fuit cauſa efficax: vt iudex eſt in præſenti caſu.

Digitized by Google

R. 3. Confeſſarius non poteſt abſoluere Iudicem in eo ſtatu permanentem: quippe qui abſolutione indignus ſit, cum in perpetuo ſtatu peccati proximo nocentiſſimi verſetur; ita D. Thomas 2. 2. q. 76 ar. 2. Caietanus, Sayrus, & alij docent.

Dices, an debeat Confeſſarius iniungere dicto iudici vt officium dimittat.

R. Cum diſtinctione ac dico 1. ſi viderit hominem non eſſe præditum ingenio ſufficienti vt idoneus fiat, nec habere animum ſtudendi & viribus totis enitendi ad ſcientiam comparandam: ipſum teneri abſolutionem huic iudici denegare: cum nec idoneus ſit in eo caſu, nec talis euadere poſſit.

Dico 2. Si nouerit Confeſſarius ingenium homini non deeſſe, nec animum ſtudio vacandi eâ quâ par eſt diligentiâ vt adipiſcatur ſcientiam ſaltem ſufficientem: poſſe tunc eum abſoluere, modo abſtineat à muneris exercitio donec idoneus factus ſit; quæ omnia nituntur dicendis in tractatu beneficiorum lect. 6. n. 3. vbi rem plenius explicatam inuenies. Cæterum prudentiſſimè Confeſſarius in hoc poſtremo caſu abſolutionem ſuſpenderet ad aliquod tempus, vt hominem ad ſtudium efficacius animaret.

Quæres 3. Fructum ex iſta lectione colligendum?

R. Obſeruandum eſſe quantâ generoſitate opus ſit confeſſario in præcedentis numeri caſu qui frequenter occurrere ſolet.

LECTIO IX.

Vtrum Iudex poſſit reo pœnam condonare.

ADuerte varia pœnarum genera poſſe reis infligi. Nam 1. alia dicitur pœna certa, id eſt legibus definita & præſcripta; alia vero arbitraria nimirum quam Iudex ad libitum ſeruatâ tamen æquitate imponere poteſt.

2. Alia pœna reis infligitur pro bono publico id eſt ad malorum hominum terrorem, & ad populi ſatisfactionem, cui crimen improborum ſcandalo fuit: alia imponitur ad reparationem damni quod læſa pars accepit.

Quæres 1. An Iudex remittere poſſit reo meritam pœnam à lege præſcriptam?

R. 1. Supremum Iudicem, v.g. regem id poſſe cum iuſta cauſa, modo bonum publicum exigat illam indulgentiam, nec pars offenſa vllum inde patiatur damnum. Dixi 1. ſupremum iudicem id poſſe, quod habeat diſpenſandi facultatem in legibus humani iuris. Dixi 2. cum iuſtâ cauſa: non enim abuti debet authoritate ſua. Dixi 3. modò pars læſa, &c. quia non valet diſpenſare in iis quæ ad ius naturæ pertinent: at eo iure tenetur reus ſatisfacere parti læſæ.

R. 2. Iudicem inferiorem non poſſe huiuſmodi pœnam condonare; quia 1. inferior

non poteſt diſpenſare in legibus ſuperioris. 2. faceret iniuriam reipublicæ cuius intereſt vt mali pœnas dent, ne crimina impunita permaneant, & ſcandalum ex iis ortum quaſi pœnarum inflixione iuatur.

Quæres 2. An Iudex reo pœnam illi ad ſatisfactionem læſæ partis infligendam condonare poſſit?

R. Negatiuè ratio patet: quia ius naturale vetat reo ſatisfactionem remitti, quam tenetur facere perſonæ læſæ.

LECTIO X.

An Iudex poſſit mutare pœnam quam reus meruit.

QVAERES 1. An poſſit Iudex pœnam corporalem quam reus meruit in pecuniariam commutare, ſaltem cum læſæ parti ſatisfactum eſt, eaque conſentit?

R. Non poſſe tutâ conſcientiâ, quia licet parti læſæ nullam tunc iniuriam inferat, reipublicæ tamen infert. Nam 1. ſi crimina eo tantum modo puniantur, mali peccabunt libentius. 2. reipublicæ non ſatisfit, nec vllum remedium datur ſcandalo ex tali crimine orto.

Quæres 2. An liceat iudici vel regio procuratori & huiuſmodi hominibus, quando ſatisfactum eſt parti offenſæ, accipere

pecuniam á reo non quidem pro condonatione pœnæ, quod fieri non poteſt, ſed pro compenſatione iurium quæ ipſis competerent, puta ex auditione teſtium, cauſæ inquiſitione, relatione ac iudicio ſi pars offenſa litem perſecuta fuiſſet?

R. Non poſſe abſque graui peccato quia 1. violant iuramentum, quo ſe in ſuſceptione officij adſtrinxerunt, ritè fungendi munere ſuo. Atqui munus illorum eſt, cum ſint perſonæ publicæ, procurare bonum commune per caſtigationem reorum, ne aliàs crimina impunita maneant, cum reipublicæ ſcandalo. 2. volunt accipere ſtipendium immeriti, nam quo pacto exigere poſſunt dictam compenſationem iurium ſuorum vt vocant, niſi forma iuris & fori ſeruata ſit, pro cuius executione debetur illis ſtipendium.

Dices, an teneantur ad reſtitutionem ſi aliquid à reo acceperint.

R. 1. Affirmatiuè, ſi acceperint vt ſileant nec aliquid in reum moliantur: cum peccatum ſuum non impleuerint, adhuc enim reum perſequi poſſunt; imò tenentur pecuniam ab illo acceptam ei reſtituere ac munus ſuum exequi debent, vt colligitur ex dictis aliás vbi de reſtitutione in genere lect 33. n. 4.

R. 2. Si verò acceperint ob latam ſententiam vel alium actum exercitum, vnde reus declaratus ſit innocens, probabiliter ad reſtitutionem obligari, vt colligitur ex quorundam authorum opinione puta Couarru-

uiæ & Caietani, qui docent iudicem, qui aliquid à reo accepit pro iniqua ſententia in eius fauorem latâ, iure naturali ad reſtitutionem teneri, quod inquiunt ſententia iniuſta non ſit pretio æſtimabilis nec proinde vendi poſſit.

R. 3. Probabile eſſe dictos homines non teneri ad reſtitutionem in caſu de quo hic quæritur; nam is eſt communis Doctorum ſenſus poſt Diuum Thomam loco in margine citato, neminem teneri ad reſtitutionem acceptæ rei vt aliquid illicitum ageret, ſi opus reipſa compleuerit: de quo fusè locuti ſumus in tractatu reſtitutionis in genere lect 16. n. 2.

Quæres 3. Vtrum inſigniores domini qui habent facultatem conſtituendi iudices, & alios inferiores miniſtros in locis ſuæ ditioni ſubiectis, peccent ac reſtituere teneantur, ſi aliquid pro crimine in ſua ditione commiſſo acceperint?

R. 1. Si pecuniam acceperint vt vetarent iudicibus ſuis aliiſue miniſtris perſecutionem rei, vel iuberent ab iis ferri ſententiam vel aliud agi, vnde reus declaretur innocens: eodem plane modo philoſophandum eſſe de illis ac de iudicibus & aliis publici muneris adminiſtratoribus iuxta datam reſponſionem ſuperiori quæſito.

R. 2. Si tantùm à reo acceperint illud quod ex iuſta ſuorum iudicum ſententiâ poſt rei condemnationem accepiſſent: non ſolùm grauiter peccaſſe, vt colligitur ex præcedenti lectione quod ita malorum au-

dacia foueatur & magnæ reipublicæ iniuria fiat; ſed etiam ad reſtitutionem obligari, quia rem ſibi non debitam acceperunt; nullum enim ius habebant accipiendi aliquid titulo multæ vel alio niſi poſt condemnationem à iudicibus latam: vnde ſequitur eos multò magis ad reſtitutionem teneri; ſi aliquid acceperint ſupra id quod vocant ius ſuum: id eſt pluſquam eis obueniſſet ob ſententiam iuſte latam.

Quæres 4. An illicitum ſit rogare iudices aut dominos pro reis?

R. Id periculoſiſſimum eſſe: nam ita ſæpè inducuntur ad violationem iuſtitiæ, cum his precibus moti non puniunt crimina, ideòque reipublicæ atque interdum parti offenſæ injuriam irrogant.

LECTIO XI.

De obligationibus rei.

QVÆRES 1. Quandonam Iudex cenſeatur iuridice interrogare?

R. Cum ius habet interrogandi & obligandi ad veritatem aperiendam.

Habet autem hoc ius quando crimen non latet ſed aliquâ ratione publicum eſt: quod tribus modis accidere poteſt. 1. ſi præuentus magnâ cuiuſdam criminis infamiâ laboret. 2. Si magna indicia ſuadeant eum eſſe criminis authorem. 3. ſi adſit probatio ſemi-

Digitized by Google

plena qualis eſt teſtis oculatus fide dignus, vel alius teſtis omni acceptione maior.

Quæres 2. An reus teneatur in conſcientia fateri ſuum crimen iudici qui eum iuridice non interrogat?

R. Negatiuè vt colligitur ex capitulo qualiter & quando ex cap. cum oporteat, & ex cap. inquiſitionis de accuſationibus, eaque communis eſt doctorum ſententia.

Dices, quid ſi dubitet an iuridice interrogetur.

R. Duas eſſe opiniones, quarum negatiua probabilior eſt, quia poſſeſſio in tali caſu videtur ſtare penes libertatem rei, non penes iudicem.

Quæres 3. Vtrùm reus teneatur aperire crimen ſuum iudici iuridicè interroganti?

R. Multò probabilius eſſe teneri, quilibet enim tenetur obedire legitimo ſuperiori, quando ius habet imperandi hæc eſt communior opinio contra quoſdam authores, qui docent reum poſſe ſemper negare crimen, quandiu ſpes euadendi ac declinandi pœnam affulget; quia mandatum huiuſmodi, quo iudex reo præcipit vt veritatem declaret, nimis difficile eſt ob humanam fragilitatem & natiuum inſtinctum conſeruandi vitam ac pœnam vitandi: quare non videtur obligare præceptum vt crimen fateatur cum graui ſuo damno.

Quæres, an liceat reo detegere occulta crimina teſtium, qui in ipſum teſtimonium dicunt, vt illud infirmet?

R. 1. Affirmatiuè iuxta omnes Doctores

ſi non poſſit aliâ ratione illorum teſtimonium infirmare; vtitur enim quadam ſpecie defenſionis: atqui defenſio vnicuique licita eſt.

R. 2. Præuentum contra iuſtitiam peccaturum, ſi alio modo illorum teſtimonium labefactare poſſet: quia tunc limites iuſtæ defenſionis excederet: ita docet communis opinio contra Leſſium qui ſentire videtur eum non peccaturum contra iuſtitiam, ſed ſolòm contra charitatem. Quod autem diximus de reo, intelligi debet de illius aduocato.

LECTIO XII.

De obligationibus teſtium.

QVÆRES I. An teſtis legitimè interrogatus teneatur aperire veritatem?

R. Affirmatiuè, niſi habeat iuſtam & rationabilem cauſam occultandi. Dixi 1. affirmatiuè ſeu teneri, quia cùm iudex habeat ius eum interrogandi vt ſupponimus, tenetur ipſe reſpondere ac verum fateri. Dixi 2. niſi &c. quia tunc iudex nullum habet ius interrogandi nec cenſetur velle illum obligare ad veritatem declarandam. Obſerua tamen diligenter quæ dicemus in fine huius lectionis.

Quæres 2. Quænam cauſæ teſtem excu-

Digitized by Google

ſent à veritate detegenda?

R. Quatuor præſertim aſſignari 1. ſi rem nouerit ex confeſſione ſacramentali: quia ſigillum Sacramenti pœnitentiæ abſolutè obligat ad ſecretum, vt fusè dicemus vbi de pœnitentia.

2. Si aliquid ſub ſigillo ſecreti naturalis acceperit, nimirùm cum ipſi dictum fuit ad petendum conſilium vel auxilium: ita procuratores, medici, aduocati, obſtetrices &c. non tenentur indicare veritatem, exceptâ tamen particulari circunſtantia, quam modo proponemus; nam 1 æquum non eſt vt miſero, qualis eſt reus damnum obueniat ex tali reuelatione: obueniret autem, ſi ille cui patefactum eſt crimen, illud exponere teneretur. 2. ſi reis conſtaret eos quibus ſua crimina declarabunt petendi conſilij vel auxilij gratia, teneri ad illorum denuntiationem: profectò nollent ab vllo conſilium poſcere, vnde mala grauiſſima & reipublicæ nocentiſſima orirentur.

Dixi exceptâ particulari circunſtantia nempe ſi crimen non ſit opere completum; quia ſecretum non poteſt obligare ad malum: ſed malè ageret qui nollet iudici patefacere crimen nondùm commiſſum, quod impediretur ſi res ad iudicis notitiam perueniret.

3. Si teſtis declarando veritatem, ſibi vel conſanguineis graue nocumentum inferret; quia nemo tenetur alterius vtilitati conſulere cum tam graui ſuo vel ſuorum damno: ſi tamen agatur de bono publico, tenetur de-

tegere in tali caſu, quilibet enim debet præferre bonum publicum priuato.

4. Si homo, in quem teſtimonium laturus es, acceperit alterius rem titulo iuſtæ compenſationis occultæ: quia iudex non cenſetur in iſto caſu velle teſtem obligare. Ad veritatis declarationem, hanc enim exigit præſumens deberi aliquid parti eius qui occultâ compenſatione vſus eſt, quod cum verum non ſit teſtis non tenetur iudici rem vt ſe habet declarare.

Dices, ſi teſtis iudici promiſerit cum iuramento ſe verum dicturum poterit ne in dictis caſibus veritatem occultare.

R. 1. Si rem nouerit ſolùm ex confeſſione ſacramentali non poſſe illam detegere: quia nunquam licet violare ſigillum confeſſionis.

R. 2. Cum diſtinctione, nam 1 ſi cum iuramento promiſerit nec vllâ reſtrictione mentali aut æquiuocatione vt poterat, vſus fuerit, dicendo apud ſe v. g. iure me dicturum veritatem, quatenùs ad id obligor: tunc eam declarare tenetur vi iuramenti, aliàs redderet Deum mendacij teſtem. 2. ſi aliquâ reſtrictione mentali vſus ſit, non peccat occultando iudici veritatem, quia non tenetur eam illi aperire, nec iudex habebat vllum ius id ab ipſo exigendi in dictis caſibus.

LECTIO XIII.

De aliis teſtium obligationibus.

QVAERES 1. An teſtis ferre teſtimonium ex charitate vel iuſtitiâ teneatur?

R. 1. Eum qui non fuit citatus à iudice, teneri dumtaxat ex charitate ad ferendum teſtimonium.

R. 2. Illum autem qui fuit citatus à legitimo iudice, ad id obligari ex iuſtitiâ ſecundùm aliquos Doctores, vel ſolùm ex obedientiâ ſecundùm alios; ſed de iſta quæſtione iterùm ſermo redibit inferius n. 4.

Quæres 2. An ille qui non fuit citatus à iudice, teneatur ex charitate ſe ad teſtandum offerre cum videt ſuum teſtimonium vni quidem vtiliſſimum fore, ſed alterum ob illud morte damnandum?

R. Negatiuè: quia charitas non obligat vt bonum alicuius procures cum tanto alterius detrimento.

Dices. quid ſi homo innocens falſis teſtimoniis oppreſſus trahatur ad mortem, an ex charitate teneretur is qui veritatem nouit, eam vltro iudicibus aperire, licet inde mors accuſatori certò immineat.

R. Duas eſſe opiniones. Quarum prima teneri negat ob rationem in caſu præcedenti allatam, ſed affirmat altera: cùm enim

conditio innocentis fauorabilior ſit, mur in ipſum propendere eumque angustia iuuare.

Quæres 3. Vtrum ille qui aufugit, occultauit ne à iudice ad ferendum monium citaretur, debeat reparare da quod is in cuius fauorem teſtari nolui paſſus eſt?

R. Authores eſſe diuiſos, aliqui en firmant vt Sotus, Nauarrus, & Regin quia poſt citationem factam à iudi netur comparere, vt ille quem iudex rem licet inuitum nominauit, eiu onus capeſſere debet. Alij puta Sayrus ſius & Bonacina id negant: quod ne neatur obedire mandato ſui ſuperiori tequam ipſi denuntietur.

*Q*uæres 4. An ille qui citatus iu teſtari noluit, obligatur ad reſtitut damni, quod is qui teſtimonio ipſiu bat, incurrit?

R. 1. Peccaſſe abſque dubio contr ritatem, ſi poterat ferre teſtimoniu ſui vel ſuorum damno.

R. 2. Extra talem iſtam aut ſimile cunſtantiam: varias eſſe opiniones, q communior docet eum obligari ad tionem, quia tenebatur ex iuſtitia o ſuo ſuperiori nimirùm iudici: quare ſet obedire, iniuriam facit illi qui da aliquod patitur defectu ipſius teſtifica At Leſſius, Bonacina, & alij eum lib reſtituendi onere; quia citatio iudic obligat hominem ex iuſtitia vt con

ſed ſolùm ex obedientia : ſicut iudex qui ſua ſententiâ damnauit aliquem ad ſuſpiciendam tutelam ; non imponit illi obligationem iuſtitiæ ſed obedientiæ ad eiuſmodi onus acceptandum : nemo enim dicet recuſantem, iniurioſum eſſe iudici vel pupillo, ſed ſolùm reſpectu illius diſcolum iſtius vero immitem. Probant autem, vt ipſis videtur iudicem non poſſe obligare ex iuſtitia ad comparendum : quia obligatio quâ teneris ad aliquod munus obeundum, non præcisè oritur ex mandato ſuperioris, ſed ex tuâ acceptatione quâ illud teneris ex iuſtitiâ obire, cum id promiſeris, & omnis promiſſio ex iuſtitia obliget.

LECTIO XIV.

De falſis teſtibus & his qui pecuniam acceperunt ad teſtandum.

QVAERES I. Vtrum is qui tulit falſum teſtimonium, obligetur ad reparationem damnorum quæ inde profecta ſunt?

R. Affirmatiuè, cum fuerit cauſa efficax damni alterius, hoc tamen intellige modò non dixerit falſum teſtimonium ex obliuione aut ignorantiâ inuincibili, aliaue circunſtantiâ quæ à peccato excuſaret : quia nec tenetur ratione iniuſtæ acceptionis aut damnificationis, nec ratione rei acceptæ,

ergo nullâ prorſus ratione.

Dices, ſed ſi falſum dixerit ex veniali duntaxat negligentia, quia non recordabatur veritatis.

R. Solutionem huius quæſtionis colligi poſſe ex dictis lect. 4. tractatus reſtitutionis in genere quæ conſulenda erit.

Quæres 2. An ſi ob falſum tuum teſtimonium, mors aut mutilatio inferenda ſit alicui, tenearis ad illius retractationem vt tantum proximi damnum impedias?

R. Affirmatiuè, ſi retractatio profutura ſit, etiam cum vitæ aut mutilationis periculo, id eſt quamuis præuideas te morte aut mutilatione damnandum. 1. quia conditio innocentis eſt melior & fauorabilior. 2. ius quod quiſque habet ſeruandi ſe potiùs quam alios, ceſſat in iſto caſu: nemo enim tali iure gaudere poteſt, niſi pari innocentia gaudeat, non autem ſi agatur de damno innocentis grauiſſimè læſi vt hic.

Quæres 3. Ad quid obligetur ille qui induxit aliquem ad falſum teſtimonium dicendum, ex quo alterius vita periclitatur?

R. Illum teneri hominem inducere ad retractationem ſi ea profutura ſit innocenti; quod ſi falſus teſtis hoc agere nolit aut nequeat, teneri rem iudici declarare vt innocentia accuſati appareat, quamuis inductor ſe mortis periculo exponat, hoc enim ſequitur ex numero præcedenti.

Obſeruabis autem ſi falſi teſtis retractatio non profutura ſit innocenti, eum qui fal-

Digitized by Google

ſum teſtem induxit, teneri ad reparationem omnium damnorum quæ innocens paſſus eſt, & aliorum ſi quæ inde ſecuta fuerint iuxta dicta de cooperantibus damno alterius vbi de reſtitutione in genere, & de reſtitutione in particulari propter homicidium.

Quæres 4. Vtrum is obligetur ad reſtitutionem cui conſtat falſum teſtimonium à ſe latum, non fuiſſe efficax eo quod ante ipſum alij pluves falſum teſtimonium dixerint?

R. 1. Cauendum eſſe ne ſibi blandiatur putando falſum ipſius teſtimonium effectu caruiſſe.

R. 2. Si conſtet falſum teſtimonium non fuiſſe efficax, diſcurrendum eſſe in hoc caſu iuxta dicta lect. 25. de reſtitutione in genere, ad quem locum remittimus lectorem, ne dicta iterum repetamus.

Quæres 5. An ille reſtituere teneatur qui pecuniam vel aliud accepit pro ferendo teſtimonio?

R. 1. Si acceperit pro vero teſtimonio ferendo, nec per iniuriam, ſed ſolum contra charitatem exegerit, non teneri ad reſtitutionem; ſecùs ſi per iniuriam exegerit, quia ſola iuſtitiæ commutatiuæ læſio imponit onus reſtituendi, vt oſtenſum eſt lectione prima num. 1. de reſtitutione in genere. Dixi ſecùs ſi per iniuriam exegerit, vt accideret in caſu ſimili ei quem attulimus lect. 17. de reſti-

tutione in genere num. 2. cuius ex
nis ratio per ſe patet.

R. 2. Si pecuniam exegerit pro falſ
monio dicendo, teneri ad reſtitution
crimen non admiſerit: eo autem con
non teneri quæ omnia conſtant ex ſu
ctis vbi de reſtitutione in genere l. 16

LECTIO XV.

*De officio & peccatis Aduocatorum
curatorum & Notariorum.*

QVAERES 1. Vtrum peccet
catus & ad reſtitutionem oblig
cauſam iniuſtam defendat?

R. Peccare & teneri reparare omni
na quæ ideò proximus incurrit, cum
rum cauſa efficax.

Quæres 2. Ad quid obligetur aduo
qui cum videat cauſam ſui clientis ini
mam eſſe, de hoc tamen eum non
net?

R. 1. Peccare, quia deeſt muneri ſ

R. 2. Teneri ad reſtitutionem, q
oſtendimus lectione 30. tractatu de re
tione in genere, ille qui tacet cum lo
officio teneatur, obnoxius eſt reſtitu

R. 3. Poſſe per iniuriam peccare.
tra clientem ſuum, nempe ſi putet iſte
fide ſuam cauſam eſſe iuſtam, nec lit

rus eſſet ſi credidiſſet iniquam, tenetur enim aduocatus in tali caſu reſtituere omnes expenſas quas cliens fecit ob ipſius ſilentium. 2. contra clientis aduerſarium, eſt enim cauſa damni quod patitur.

Quæres 3. Vtrum peccet aduocatus, qui licet nouerit cauſam ſui clientis eſſe iniuſtam, conſulit tamen illi compenſationem?

R. Peccare tenerique ad reſtitutionem; quia non licet tranſigere neque tranſactionem conſilio vel alia ratione promouere, niſi fuerit cauſa dubia vt colligitur ex Diuo Thomà 2.2.q.71.a.3. ad 2. & Syluestro verbo aduocatus n.16. ſiquidem æquitati aduerſatur, vt pars quæ nullum habet ius, aliquid ex compoſitione recipiat.

Quæres 4. An Procurator qui gratis accepit expeditionem actorum forenſium, poſſit conſuetum illius pretium exigere à ſuo cliente?

R. Cum diſtinctione, nam ſi tales miniſtri liberaliter vel Dei aut partis ipſius gratia pretium expeditionis donauerint, non poteſt procurator illud exigere à cliente, & ſi exigat tenebitur ad reſtitutionem: quia pretium vt patet donatum fuit parti, non procuratori. Secùs eſt, ſi iuri ſuo ceſſerint intuitu ſolius procuratoris, tunc enim non peccat procurator contra iuſtitiam, exigendo huiuſmodi ſtipendium à cliente. 1. quia iura dictæ expeditionis dono accepit. 2. contrahit talis doni acceptatione na-

turalem obligationem referendi
gratiam in alia occaſione prædicti
nibus.

Dices, hoc videri illicitum, nam
ctis vbi de emptione & vendition
ne decimâ num. 2. ille qui alteriu
ne rem emit ab amico puta 9. lib
tamen vendi ſoleat 10. non poteſt
retinere, ergo.

Reſp. Magnam eſſe diſparitatem
enim emit alterius nomine, vel e
famulus, aut pretio conductus a
dum, vel illud onus gratuitò ſuſ
at in nullo ex his caſibus poteſt
prædictos aſſes, cum laboris me
accipiat, vel iuri ſuo liberali do
cedat. Procurator verò nec vllam
mercedem pro huiuſmodi expediti
tinenda, nec habet intentionem
di rem ſuam: atqui ſtipendium q
illis expeditionibus debetur, ad
pertinet vt ſuppono cum ei donatu
rit, ergo poteſt licitè illud ex
cliente.

Quæres 5. quodnam ſit officium
riorum?

R. 1. Teneri obſeruare omnia q
iuramento promittunt in ſuſceptio
neris.

R. 2. Præcipuas illorum oblig
eſſe iſtas. 1. vt ſufficienti cogniti
lorum quæ ad munus ſuum ſpectan
diti ſint.

2. Vt fideliter ſcribant in ſuis inſtrumentis omnia quæ partes dicunt & ſcribi volunt.

3. Vt non recuſent conficere inſtrumenta, quæ ab ipſis requiruntur.

4. Vt inſtrumentum non occultent, nec eorum tranſumpta petentibus negent.

5. Vt acta referant in primores tabulas ſeu regiſtra, nec originalia inſtrumenta partibus relinquant.

6. Vt legata præſertim pia manifeſtent.

Ratio verò, iſtorum facile colligitur ex præcedentibus tractatibus.

TRACTATVS X

De Beneficijs.

LECTIO I.

De Beneficij definitione.

QVÆRES 1. Quid
neficium?

R. Eſſe ius perpetuu
ſiaſticâ authoritate in
percipiendi reditus e
Eccleſiæ propter aliquod ſpiritua
cium. Explicatur definitio. Dixi 1.
id eſt facultatem exigendi titulo i
Dixi 2. perpetuum, quia 1. benefici
ſim traditur in totam vitam: vnde
vicarias temporales quæ amoueri p
non eſſe beneficia. Dixi paſſim, quo
dam beneficia regularia concedantu
in triennium. 2. quia beneficium inſ
vt duret atque ab vno titulari ad aliu
ſeat. Vnde ſequitur penſiones non eſſ
ficia.

Dixi 3. Authoritate eccleſiaſticâ i
tum. Quia non cenſetur beneficium

ſiaſticum, niſi fuerit ab aliquo Præſule inſtitutum, erectum & approbatum: quare Capellaniæ licet perpetuæ, non ſunt beneficia, niſi authoritate prælati confirmentur.

Dixi 4. ex bonis Eccleſiæ, hoc eſt Deo dicatis & Eccleſiæ relictis à fidelibus.

Dixi 5. Propter aliquod ſpirituale officium, v.g. recitationem Breuiarij, celebrationem Miſſæ, adminiſtrationem Sacramentorum, prædicationem Verbi Dei. Vnde colliges beneficium eſſe rem ſpiritualem, cum emanet are ſpirituali quæ illius eſt cauſa & fundamentum, eique inſeparabiliter adhæret.

LECTIO II.

Quanam requirantur in ſuſcipiente beneficia.

R. MVLTA requiri ſecundùm canones.

1. Vt non ſit irregularis.

2. Vt nullâ cenſurâ eccleſiaſtica ligetur, & in his duobus caſibus nulla eſt collatio, iuxta ſacros canones vt fusè oſtendunt Filiucius & Bonacina.

3. Vt non ſit intruſus: qui enim ſe in aliquod beneficium intruſit, hoc eſt qui abſque vllo canonico titulo illud accepit aut retinet, ſciens titulum ſuum eſſe nullum, is prorſus inhabilis eſt ad huiuſmodi benefi-

cium quamuis non ad aliud.

Vt non ſit filius etiam legitimus illius qui antea beneficium poſſidebat ſiue immediatè ſecundùm canones, ſiue mediatè iuxta bullam expreſſam Clementis 8. cuius mentionem facit azor l.6.c.4.q.15. & quam ſeruari aſſerit in praxi.

Hoc autem ideò Eccleſia ſtatuit, quod omnem ſucceſſionis hæreditariæ ſpeciem in beneficiis exoſam habeat: Clerici enim debent omnem erga ſuos conſanguineos carnalem affectum exuere, quaſi eſſent velut Melchiſedech ſine geneologia.

Petes an poſſit nepos aui beneficium obtinere.

R. Duas eſſe opiniones; prima negat propter rationem mox allatam; poſterior diſtinguit, & ſi pater nepotis viuat, concedit nepotem poſſe accipere beneficium aui, ſed ſi obierit, negat, quod in iſto vltimo caſu auus perſonam patris repræſentet.

Rogabis inſuper vtrum pater poſſit accipere beneficium filij.

R. Affirmatiuè quia nullo id canone prohibetur.

Hinc verò clerici diſcent quam ſeduló vitare debeant carnalem propinquorum affectum, ſi velint ſequi mentem Eccleſiæ quæ illum acerrimè deteſtatur.

Digitized by Google

†¶††¶††¶††¶†§†o¶††¶††¶††¶††¶¶†

LECTIO III.

De legitima ætate quæ requiritur ad validè obtinenda beneficia.

QVAERES 1. Quænam ætas requiratur ad Eccleſiaſticas dignitates legitimè obtinendas?

R. 1. Requiri 25. annos inchoatos, ſi hæ dignitates habeant curam animarum annexam: ita ſtatuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 12.

R. 2. requiri 22. annos completos, ſi dignitates non habeant curam animarum, ſiue ſint in Eccleſijs Cathedralibus, ſiue in Collegiatis, vt conſtat ex loco mox citato.

Quæres 2. quænam ætas neceſſaria ſit prouiſo de Canonicatu & præbendâ?

R. 1. quod attinet ad Eccleſiarum Cathedralium Canonicatus aut Præbendas, cum Synodus Tridentina decreuerit in prædictâ ſeſſione, vt hæc omnia beneficia habeant aliquem ſacrum ordinem annexum, nempe quædam ſacerdotalem, alia diaconatum, reliqua ſubdiaconatum: illam ætatem eſſe prouiſis neceſſariam, quæ requiritur vt intra annum poſſint ſuſcipere ordinem ſacrum, quem Canonicatus aut Prebenda poſtulant, vel ſaltem ſubdiaconatum, ſi non conſtet quem ordinem annexum habeant ſinguli Canonicatus & Prebendæ.

R. 2. Ex regula decima ſeptima Ca
lariæ ante Concil. Trid. inſtituta, ſu
annos 14. ad obtinendum Canonicat
Eccleſia Cathedrali, decem verò in
giata: quam regulam in Gallia rec
eſſe, & à Senatu Pariſienſi approl
conſtat ex Louetio littera E n. 1. qui
varia Senatus conſulta in eius fauorem
vnde patet conſtitutionem tridentina
fuiſſe receptam in hac materia ſicut
pluribus aliis.

R. 3. Si quæſtio ſit de prebenda C
li collegiati, eam in prouiſo ætatem re
quæ neceſſaria eſt vt poſſit accipere
nem prebendæ annexum, iuxta funda
vel Capituli inſtituta.

Quæres 3. Quam ætatem exigant
ficia ſimplicia?

R. 1. Annum 14. ex conſtitutione
di Tridentinæ ſeſſ. 23. cap. 6.

Sed diſſentiunt Doctores an deb
completus vel inchoatus dumtaxat.

R. 2. Sufficere annum ſeptimum
canoniſtas.

Quæres 4. Vtrùm ſi quis adeptu
beneficium, ante legitimam ætater
latio irrita ſit?

R. Affirmatiuè, vt expreſsè trad
ſione 22. de reformatione cap. 4.
Trid. vnde ſequitur 1. huiuſmodi p
teneri dimittere beneficium, niſi l
diſpenſetur à Papa. 2. teneri quoqu
ſtitutionem fructuum beneficij, ſi
eo perceperit.

Digitized by Google

Dices tenebiturne ad beneficium dimittendum & reſtituendos fructus, ſi bona fide beneficium acceperit non aduertens ætatis defectum?

R. 1. raro hanc bonam fidem occurrere.

R. 2. Si tamen bona fide prouiſus fuerit. Dico eum eſſe in mala fide ex quo nouit illum ætatis defectum, ideòque teneri ad dimiſſionem, vt mox diximus, & ad reſtitutionem fructuum perceptorum, ſi vllos habeat, vel ſi conſumpſerit, eius rei in qua factus eſt ditior. Ita docet Reginaldus l.30. tractatu 3. n.167.

Obſerua tamen cum Leſſio prædictum, ſi bonâ fide poſſederit beneficium per tres annos; teneri quidem ad reſtitutionem fructuum illius triennij, ſed poſſe vt legitimum poſſeſſorem retinere beneficium, vi decreti de triennali poſſeſſore, quo tribuitur ius retinendi omne beneficium pacificè per tres annos poſſeſſum cum titulo colorato.

Quæres 5. quænam ætas requiratur ad beneficium Parrochiale?

R. requiri 25. annos inchoatos ex iure Canonico & Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap.12.

Quæres 6. quis poſſit diſpenſare in defectu ætatis?

R. Solum Papam id poſſe, vt docent Azorius l. 6. q.9. v. ſi quæras, Reginaldus & alij.

LECTIO IV.

De ordine requiſito ad obtinend[...] beneficia.

QVÆRES 1. Quinam ordo [...] ratur vt ſit aliquis beneficij [...]

R. Sufficere vt habeat prima[...] ſuram ex cap. cum contingat de æ[...] qualitate, &c.

Quæres 2. quinam ordo neceſſa[...] ad obtinendum beneficium parrochi[...]

R. Tonſuram ſufficere cum ætate, [...] egimus lectione præcedenti. Debet [...] prouiſus fieri Sacerdos intra annum [...] nâ priuationis beneficij ipſo facto, n[...] ſa legitima obſit: ita decernitur cap[...] canon. de electione in ſexto: dixi ni[...] legitima obſit, quia, ſi propter iuſt[...] quod impedimentum non potuerit o[...] hanc pœnam non incurrit, vt expreſ[...] tur capite commiſſa de electione in[...] legitimum autem impedimentum fo[...] ipſe ægrotaſſet, vel Epiſcopus abfui[...] ordinis conferre noluiſſet, vel etia[...] Leſſium libro 2. cap.34. num.100. [...] ſus in aliquam irregularitatem inc[...] qua tam cito non potuiſſet obtinere [...] ſationem.

Dices, ſi Parochus ſua culpa n[...]

Digitized by Google

factus Sacerdos intra annum, teneretur ne in conſcientia dimittere beneficium ante ſententiam condemnationis? cum ex dictis in tractatu de legibus lect. decima nemo ad id obligetur ante condemnationem, quamuis ius dicat illum aliquo beneficio priuatum iri ipſo facto abſque alia monitione aut declaratione.

R. Teneri, neque dicta in tractatu de legibus, huic reſponſioni eſſe contraria. Cum enim Doctores aſſerunt moti rationibus ibi adductis, neminem teneri ad dimiſſionem beneficij ante ſententiam iudicis, licet ius eum beneficio priuet ipſo facto & obliget ad deſerendum illud abſque alia monitione, vel declaratione, intelligendi ſunt de beneficiis quæ aliquis poſſidet abſolutè ac ſine conditione cuius defectus reddat inualidam poſſeſſionem; quando autem Clericus non Sacerdos adipiſcitur parœciam, non fit abſolutè illius poſſeſſor, ſed cum conditione quâ minimè impleta beneficium non erit ſuum ex Eccleſiæ diſpoſitione.

Quæres 3. Vtrum adeptus parœciam antequam Sacerdos eſſet, diſpenſari poſſit, & à quo ne ordinem ſuſcipiat intra annum?

R. Epiſcopum poſſe illum diſpenſare ad ſeptem annos cum hac duplici conditione. 1. in fauorem ſtudij. 2. modo fiat ſubdiaconus intra annum, vt ſe ita miniſterio Eccleſiæ mancipet, ne conſumptis illius redditibus, eam poſtea deſerat. Hæc omnia conſtant ex capite cum ex eo de electione in ſexto.

LECTIO V.

An ſacerdotium neceſſarium ſit, vt C
lania quæ obligat ex fundationis præſcr
ad celebrandas Miſſas validè alicu
conferatur.

QVÆRES 1. Vtrùm Capellania
ius fundatio exigit vt certus n
rum numerus celebretur, ideò ſ
cerdotalis, hoc eſt requirat vt prouiſ
actu Sacerdos?

R. Si nihil aliud indicet eam fuiſſe me
fundatoris, non eſſe neceſſarium vt p
ſus ſit actu Sacerdos tempore collation
ſufficere vt habeat primam tonſuram, &
ſas à fundatione præſcriptas celebrari
Ratio eſt quod huiuſmodi verba non
bent fundatoris intentionem fuiſſe v
pellanus eſſet actu Sacerdos. Ita opin
Sanches c. 1. d. 48. n. 14. & Barboſa al
tione 24. n. 40.

Quæres 2. Si fundatio exprimat n
Presbyteri, v. g. dicendo Capellaniam
Presbytero conferendam, eritne tunc
dotalis capellania?

R. 1 Si fundatio dicat verbis affirma
Capellania conferetur Capellano, q
actu Sacerdos aut quid ſimile: vel ſi
cepta fuerit in hæc verba negatiua, C

lania non conferetur niſi ſacerdoti: conſtare in tali caſu eam eſſe ſacerdotalem, ac ſi prouiſus non ſit actu ſacerdos, collationem fore irritam.

R. 2. Si fundatio ſolùm dicat, Capellania presbytero conferetur; diſtinguendum eſſe, vel enim fundata eſt ab homine eccleſiaſtico vel laico, ſi primum: dico ſufficere vt prouiſus ſit presbyter intra annum. Ratio eſt, quia hoc ſufficit in beneficijs curatis, vt ſuperiori lectione oſtendimus, & aliundè præſumitur fundatorem eccleſiaſticum loqui voluiſſe iuxta mentem ſacrorum canonum, qui non exigunt vt prouiſus de parœciâ (quamuis huiuſmodi beneficium trahat obligationem celebrandi miſſas) ſit actu presbyter, ſed ſolùm vt talis fiat intra annum à collatione.

Si verò fundator laicus fuerit: dico id non ſufficere, ſed neceſſarium eſſe vt prouiſus ſit actu presbyter: alias enim foret irrita prouiſio. 1. quia laici non cenſentur loqui iuxta canones quos ignorant. 2. Ius publicum poſtulat vt fundationes laicorum ſtrictè ac rigoroſè obſeruentur. Ea eſt opinio Barboſæ allegatione 24. num. 37. & 41.

Quæres 3. Vtrùm Epiſcopus diſpenſare poſſit cum patroni conſenſu cum qui non habet ordinem à fundatione requiſitum?

R. Multò probabilius eſſe id poſſe Epiſcopum, non quidem ſemper & pro omnibus indiſcriminatim, ſed pro aliquo particulari, cui aliunde iuſtâ cauſa ſuffragetur, puta ſi

prouidendus fuerit de genere fund
aut probis moribus excellat, vel m
Eccleſiæ vtilitatem allaturus ſit. Ita
Sanches l. 2. conſiliorum c. 2. d. 2
Nauarrum.

LECTIO VI.

De ſcientia quæ ſuſcipienti benefic
neceſſaria eſt.

QVÆRES 1. An ille qui ſcien
ret, ſit alicuius beneficij capax

R. 1. Eſſe omninò incapace
legere & ſcribere neſciat, & colla
huiuſmodi perſonæ factam, ex co
Doctorum ſenſu apud Sanchen l. 2.
liorum cap. 2. d. 20. fore nullam
tam.

R. 2. Si legere & ſcribere ſciat, co
nem non eſſe quidem irritam, ſed
eſſe illicitam, ſi ea ignoret quæ be
qualitas exigit. Ratio eſt quod ius
poſtulet, vt ſuſcipiens beneficium e
tiâ præditus ſit, ſine qua illius mun
obire non poteſt.

Quæres 2. Vtrùm ille peccet q
ſufficienti doctrinâ gradum in aliqu
demia ſuſcipit, vt beneficium curat
ciuitate obtineat, vel præbendam th
galem in aliquo capitulo?

R. Cum Sanche illum peccare m

Digitized by Google

rè. Licet enim gradu inſigniatur ab Academia (quæ parùm culpam vel etiam grauiorem committit) non ideò tamen excuſatur, ſi ſuam ipſe inſcitiam nouerit.

Dices, ſi verò de ſua ignorantia dubitans, gradum ſuſcipere tentauerit?

R. 1. Etiam peccare mortiferè, ſi ita diſpoſitus ſit, vt gradum accipere velit, quamuis eo iudicetur indignus; cuius prauæ diſpoſitionis indicia forent 1. ſi de induſtriá adeat Academiam, vbi datâ pecunia facile omnes admittuntur. 2. ſi prenſationibus vel aliis aſtutiis ſuam inſcitiam occultare nitatur. Ratio eſt quod huiuſmodi praua intentio cum ſimilem omninò reddat illi qui ſe gradui ſuſcipiendo minus idoneum nouit.

R. 2. Peccati eſſe immunem, ſi bona fide agat, ita vt liberum ſuæ doctrinæ iudicium facultati relinquat, & nolit gradu inſigniri, ſi æſtimetur eo indignus.

Quæres 3. Ad quid teneatur prouiſus de aliquo beneficio præſertim curato, ſi ſcientiâ illi muneri obeundo requiſitâ caruerit?

R. 1. Si poſſit fieri capax v.g. cantus eccleſiaſtici, ſi ponamus eſſe beneficiarium alicuius capituli; vel caſuum conſcientiæ & adminiſtrationis ſacramentorum, ſi fuerit Parochus: teneri quamprimùm aut huiuſmodi ſcientiam acquirere, aut beneficium dimittere; nec poſſe abſolui ſi alterutrum agere negligat. Ita cenſent Nauarrus cap. 25. num. 133. & Reginaldus l. 30.

tractatu 3. num. 171. ratio autem clara
R. 2. Si non poſſit fieri capax v. g
ſit prouectioris ætatis, vel tardioris
nij, & aliundè fuerit vir probus: tener
dimittere beneficium, vel curare vt
copus ipſi det aliquem coadiutorem
colligitur ex Concilio Trident. &
l. 21. cap. 6. Dixi, & aliundè fuer
probus: aliàs enim teneretur abſolu
mittere beneficium, vt ex eodem co
patet, ratioque conuincit: nam b
publicum ſuo temporali damno p
debet.

Quæres 4. Quinam ſit huius lec
fructus?

R. Vt duo hæc diligenter attend
peccata quæ ab iis committuntur
ſuſcipiunt beneficia, licet doctrina
cienti careant.

2. Obligationem quæ Confeſſar
cumbit, ſuſpendendi abſolutionem
modi beneficiariis, in caſibus mo
latis.

Digitized by Google

LECTIO VII.

De mala intentione ab obtinente beneficium euitanda.

QVAERES 1. Quænam ſit illa praua intentio vitanda?

R. Eſſe deſiderium inordinatum potiendi aliquo beneficio; tale autem deſiderium poteſt eſſe inordinatum ex triplici capite.

1. Ex parte deſiderantis, cum ſe nouit beneficio indignum: eſt enim grauis inordinatio, & propterea peccatum, ſi quis cupiat aliquod munus præſertim eccleſiaſticum, quo indignus eſt.

Dices, ſi aliquis ignoret ſuam indignitatem, ac putet ſe beneficio dignum, peccabitne illud cupiendo?

R. Cum Vaſquesio in tractatu de beneficijs c. 1. § 4. d. 1. ſi beneficium habeat curam animarum annexam, vix poſſe excuſari à peccato præſumptionis: quòd ex concilio Tridentino animarum cura ſit onus ipſis angelicis humeris formidandum. Si autem fuerit ſimplex beneficium quo ſe aliquis dignum putet. Dico eiuſmodi deſiderium non eſſe peccatum, modò alia praua circunſtantia non inficiatur.

2. Ex parte mediorum, quibus vti aliquis poteſt, vt fiat deſiderij compos, e. g. ſi Pe-

trus quamuis beneficio dignus, ita diſp
fuerit, vt illud modis illicitis puta ſim
falſitate aut fraudibus obtinere cupiat
enim actualis intentio eſt circunſtanti
ficiens tale deſiderium alioqui ex ſ
malum.

3. Ex parte finis, cuius gratiâ benefi
ambitur, finis enim bonitatem vel
tiam tribuit humanis actibus. Vnde q
nefi iuim cuperet ob finem notabiliter
lum vt ad commeſtationibus vacan
peccaret mortiferè.

Quæres 2. quæ circunſtantiæ intenti
adipiſcendi beneficium prauam effice
leant?

R. Tres præcipuas aſſignari nimiru
auaritiam, puta cum aliquis beneficiu
pit vt diues fiat. 2. gulam, cum idem
vt lautiori menſa vtatur. 3. ambition
ſuperbiam, v.g. cum beneficia deſide
præ aliis æſtimetur, eoſque dignita
gradu antecellat, &c.

Dices, peccant ne qui propter illa b
ciis inhiant.

R. 1. Non eſſe peccatum mortale, ſ
primariò ac præcipuè intendat Dei &
cleſiæ obſequium; illa verò dumtax
cundariò, quia in tali caſu non eſt g
inordinatio.

R 2. Eſſe peccatum mortale, ſi quis
cipuè intueatur huiuſmodi res, vel vn
illis v. g. pingues beneficij reditus: q
tali caſu voluntas eſt grauiter inordin

Petes quibus indiciis cognoſcemus ali

expetere primariò beneficium ob diuitias?

R. Si dicat velle ſe quidem clericali militiæ adſcribi, modò pingue beneficium nanciſcatur: peccabit autem grauiter in tali caſu ex ſecunda reſponſione data ſuperiori obiectioni; quia diuitias præcipuè intuetur.

Dices, hoc durissimum videri; ſi enim Petrus v.g. nolit ire Pariſios ſine equo, nemo dixerit eum præcipuè velle huiuſmodi iter arripere vt equitandi voluptate fruatur, cum equi opportunitatem ſolùm expetat vt medium conficiendo itineri valde commodum; ita clericalis ſtatus cenſetur primarius finis illius, qui abſque beneficio clericus fieri nollet, adeptio autem beneficij ſecundarius: quippe quam reſpiciat vt medium ſuæ ſuſtentationi neceſſarium, vnde ſequitur non peccare.

R. Magnam eſſe inter hos duos caſus diſparitatem; verum quidem eſt eum qui ſine equo Pariſios ire nollet, equitandi opportunitatem vel delectationem vt finem præcipuum non intueri; eſſet enim ridicula & puero digna cogitatio, quæ nunquam venire ſolet in mentem iis qui Pariſios vel aliò profecturi ſunt. At in noſtro caſu experientia quotidiana demonſtrat, quod maximè probi dolent, pleriſque acceſſionem loco eſſe capitis rei, ac medium finis, cum enim beneficiarum reditus in ſubſidium dati fuerint vt eccleſiaſtica munia exerceantur, iſti tamen quærunt beneficia ob reditus dumtaxat, ſtatum verò clericalem ſolùm ob beneficia. Hoc autem inde prouenit quod bene-

ficia propter ipſos reditus longè ſint
ra muniis eccleſiaſticis , vnde fit vt p
homines facile decipiantur,& benefi
tius quam ſtatum Clericalem intuen
dium loco finis ſibi proponant : quâ
pueros magis exibent, quàm ille qui
Pariſios ire vellet, tamẽ ſi huc eum r
vocarent, vt equitandi voluptate pot
quod tamen fere nuſquam accidit.
meritò exclamare poſſumus,& illis c
lomone prou.c.1.v.22. exprobrare *V*
paruuli diligitis infantiam.

Quæres 3. quinam fructus inde c Il
ſint ?

R. 1. Seriò expendendum eſſe,an di
neficia cupiuiſti , diuitias , honores
aliquid aliud præter gloriã Dei Eccle
obſequium præcipuè intuitus es.

2. Attendendum eſſe grauitatem cu
lorum , qui dicunt ſe quidem velle
clericalem amplecti , modò habeant b
cium.

LECTIO VIII.

De argumento eodem.

QVAERES I. Quænam alia praua intentio reperiri poſſit in obtinente aliquod beneficium?

R. Si beneficium accipiat cum intentione illud reſignandi cum aliqua penſione, vel inde percipiendi aliud commodum, quale eſt v. g. vt illud ſuo conſanguineo reſignet, hoc enim ex ſe & ordinarie peccatum eſt: quia Paulus 4. in bulla quæ incipit inter cæteras curas hoc prohibet ſub pœna excommunicationis, pro curia Romana, cum autem id prohibeat ſub tali pœnâ, indicium eſt rem ex ſe & vt plurimùm eſſe malam.

2 Quia intentio conſtituendi ſolùm penſionem ſuper aliquo beneficio & illud poſtea dimittendi, redolet cupiditatem & auaritiam; intentio verò beneficium reſignandi conſanguineo à carnali affectu proficiſcitur.

3. Quamuis etiam nolle penſionem beneficio imponere, vel aliud ex eo commodum capere, ſed velles abſolutè illud reſignare in fauorem alterius; ſi tamen collator ſciret hanc tuam intentionem, vt plurimum non conferret beneficium; ideòque tam ipſe quam Eccleſia decipiuntur.

Dixi vt plurimùm, quia contingere poteſt, vt collator beneficium conferret, quamuis

ipſi conſtaret poſtulantem nolle il
nere, ità opinantur Leſſius l.2. cap.3
Filiucius tract. 41. c.5. n. 43. Bon
excommunicationibus in particula
Bullam Cœnæ diſp. 2.q.3. p.28. n.

Quæres 2. An ille peccet qui be
accipit cum animo illud & permu
ſolùm retinendi donec pinguius ob

R. 1 Illum ſæpius peccare. 1. pro
quem cupiditatis, ambitionis, &c
ſum plærumque occurrentem. 2. qu
tor frequenter decipitur, ſi enim
intentionem prouiſi de beneficio,
non contuliſſet: quamobrem vt c
Azor parte 2 lib. 6. c.1. q.9. quida
copi ſapientiſſimè ſe gerunt, cum
inſtitutionis canonicæ, vulgò dictas
dignum, concedentes, iureiurando
ſos adigunt eos ſine ipſorum conſen
ficium non dimiſſuros.

R. 2. Interdùm nullum in hoc eſſ
tum: nempe çum intentio ſuſcipient
ficium nullâ praua circunſtantiâ v
aut etiam cum adeſt aliqua laudabil
ſi quis beneficium cupiat, vt illud c
permutet in cuius munere pro Dei g
ſalute animarum ſe commodiùs &
laboraturum ſperat.

LECTIO IX.

Quam intentionem habere debeat qui accipit beneficium curatum.

QVÆRES 1. In quo talis intentio poſita ſit?

R. Vt habeat verum animum ſuſcipiendi Sacerdotij intra annum, ita decernitur C. commiſſa §. cœterum de electione in ſexto.

*Q*uæres 2. qualis peccati reus foret qui hac intentione caruiſſet?

R. Mortiferi 1. quia violaſſet Eccleſiæ præceptum in re graui. 2. voluiſſet Eccleſiam grauiter decipere & ſeruitio priuare.

Dices, teneretur ne ad reſtitutionem fructuum ex tali beneficio perceptorum?

R. Affirmatiuè, vt habetur dicto capite commiſſa idque ante ſententiam condemnationis ob eandem rationem quam ſuperiori lectione 4. num. 2. attulimus, quæ proinde conſulenda erit, ſed ad maiorem iſtius materiæ pro praxi vtiliſſimæ notitiam, ſequentes caſus examinandi erunt.

I.

Caius accepit beneficium curatum ſine intentione ſuſcipiendi ſacerdotij intra annum: ſed mutatâ voluntate factus intra annum ſacerdos. *Q*uæritur an fructus reſtituere teneatur pro ratâ temporis quo noluit promo-

ueri ad ſacerdotium intra annum?

R Non teneri, vt colligitur ex dic
te commiſſa iuxta interpretationem f
nium Doctorum ſi Scotum excipias.

Dices, ſi Caius voluntatem mu
eam tamen non fuerit exequutus intr
ſed poſt quatuor annos v g. tenebit
ſtituere fructus quatuor annorum?

R. Affirmatiuè, cum Sanches de m
nio lib. 7. diſp. 45. quia non ſatisfec
capiti commiſſa, quo non ſolùm ca
accipiens beneficium curatum ſine
tione ſuſcipiendi ſacerdotij intra a
mutet voluntatem intra dictum annu
etiam vt ſuam intentionem exequ
reipſa fiat Sacerdos.

II.

Caius beneficium curatum acce
bens intentionem ſuſcipiendi ſacerd
tra annum: ſex menſes in ea volunt
ſtitit, quâ deinde mutatâ non eſt fa
cerdos per tres annos amiſſione in p
nem; quæritur an poſſit retinere
fructus.

R. 1 Illum poſſe retinere fructus p
ſex menſium: quia cum accipiendo
cium voluerit promoueri ad ſacer
intra annum, non incurrit pœnam
tionis fructuum, quam dictum capu
miſſa in eos ſolùm conſtituit qui ben
curatum accipiunt ſine intentione ſuſ
di ſacerdotij intra annum.

R. 2. Teneri omninò reſtituere
poſt primum annum perceptos, cun

dixerimus vacaſſe beneficium ipſo facto poſt primum annum defectu promotionis ad ſacerdotium intra dictum annum

R. 3. Probabilius eſſe illum teneri ad reſtituendos fructus poſteriorum ſex menſium primi anni, quia non eſt factus ſacerdos intra annum, & ideò cum ſit in culpâ meritò pœnam dicto capite commiſſa latam, nimirùm reſtitutionis fructuum ſubire debet.

Nec dicas capitulum commiſſa loqui tantum de illo qui accepit beneficium parrochiale ſine intentione ſuſcipiendi ſacerdotij intra annum. Reſpondetur enim præcipuum finem Eccleſiæ in dicto capitulo fuiſſe, vt beneficium curatum accipiens ad ſuſceptionem ſacerdotij intra annum aſtringatur, vnde illo non ſuſcepto ad dictam fructuum reſtitutionem tenetur, ſi quidem conſtat Eccleſiam non tam in his attendere vtrùm Caius accipiendo beneficium habuerit intentionem ſuſcipiendi ſacerdotij intra annum, quàm vtrum reipſa ſuſceperit, vt clarè colligitur ex dictis hac lect. n. 3. ſcilicet eum qui parrochiale beneficium accepit ſine propoſito ſuſcipiendi ſacerdotij intra annum, modo mutauerit voluntatem & ad ſacerdotium promoueatur intra annum, non teneri ad vllam reſtitutionem, ea eſt Azoris opinio 2. parte l. 6. c. 9. q. 2.

III.

Si Caius acceperit beneficium Parochiale dubitans ſacerdotium intra annum ſuſciperet an non, & poſt ſex menſes decreuerit, non ſuſcipere intra annum nec reipſa

promotus fuerit, quæritur vtrùm p
tinere fructus priorum ſex menſiu
conſtat fructus poſteriorum retin
poſſe ex dictis n. præcedenti.

R. Negatiuè vt cenſent Azor 2.
6. cap. 9. quæſt. 3. Sanches l. 7. de n
nio diſp. 47. num. 10. Filiucius alii
tio eſt quod accipiendo benefici
cenſeatur habuiſſe veram intentio
eipiendi ſacerdotij intra annum,
tentio dubia & incerta non ſit ve
tio.

IV.

Si Caius acceperit beneficium pa
le cum hac intentione conditiona
fieri ſacerdos intra annum, mod
primogenitus non moriatur, vel a
accidat quo ad clericalem ſtatum
dum inducat, quæritur vtrùm ſi
beneficium poſt priores ſex menſ
ſione in poſſeſſionem v. g. propter
primogeniti, ad reſtituendos fru
rum ſex menſium teneatur.

R. Probabilius eſſe teneri. 1.
detur capitulum commiſſa exigere
nem abſolutam & non tantum co
tam ſuſcipiendi ſacerdotij intra
quando aliquis accepit beneficiu
chiale. 2. cenſetur Caius Eccleſia
piſſe, ideòque fructus illos fraude
ret, quod tamen citatum caput imp
luit, vt patet ex illius verbis. 3.
intentio conditionata vera ſit in
quibuſdam caſibus non tamen in

ac præſertim in iſto, cum ſit eſſentialiter contraria fini quem ſibi proponit Eccleſia, iubens in dicto capitulo vt accipiens beneficium curatum ſuſcipiat ſacerdotium intra annum.

LECTIO X.

In quo conſiſtat recta intentio quam habere debet accipiens beneficium, cui ordo ſacer annexus eſt, vel aliud beneficium cui talis ordo non eſt annexus.

QVAERES I. In quo conſiſtat recta intentio quæ neceſſaria eſt accipienti beneficium cui ordo ſacer annexus eſt?

R. Vt determinatè velit accipere ordinem ſacrum tempore præſcripto, de quâ obligatione ſuperiùs actum eſt.

Quæres 2. quale peccatum ſit accipere huiuſmodi beneficium ſine dicta intentione?

R. 1. Cum Sanches lib. 5. de matrimonio diſp. 45. n. 14. & Vaſques tractatu de beneficiis cap. 3. §. 1. & 2. n. 35. eſſe peccatum mortale: quia ius naturale, diuinum & humanum exigit vt accipiens aliquod munus conetur habere illa quæ ipſi neceſſaria ſunt vt eo ritè fungatur: quod cum iſte non faciat, mortiferi peccati reus erit; nam eſt materia grauis & magni momenti ad Dei gloriam & Eccleſiæ bonum.

R. 2. præter mortiferam culpam
clementinam vt iis de ætate & qu
&c. & concilium Trid. ſeſſ 22. cap.
formatione, vt qui acceperunt in
Cathedralibus, aut Collegiatis b
quæ aliquem ordinem ſacrum anne
bent, ſi non eum ſuſceperint intra
ex eo tempore ac ipſo facto priuen
in capitulo & dimidiâ parte diſt
num.

Quæres 3. Vtrùm ille qui tali in
caruit, fructus ex beneficio percept
tuere teneatur?

R. Probabilius eſſe non teneri
nullo ad id canone damnatur, que
cleſia damnet ad eam reſtitutionem
neficiis curatis, non idem colligen
pro aliis: cum iuxta effatum iuris,
leges ſint reſtringendæ, non verò
dendæ.

Quæres 4. Vtrum accipiens bene
cui nullus ordo ſacer annexus, ſine
ſuſcipiendi ordines peccet?

R. 1. Si ſolum habeat tonſuram
ſtio ſit de beneficio in choro, illum
re, ſi nolit per totam vitam vel tem
tabile puta quinquennium, prom
ordines minores: quia non modo
pſallere in choro, ſed etiam cantare
nes & acholiti munere fungi; vt
conſtat huiuſmodi hominem peccatu
numquam vel per tempus notabile
lectiones, & alia munera acholiti
quia non impleret officium ſuum, &

Digitized by Google

aliis ſcandalo foret; ita certum eſt peccaturum, ſi talia munia præſtaret ſine ordine qui hanc tribuit facultatem. 1. enim ſe in clericorum munus abſque legitimâ poteſtate interponeret. 2. ita exiguum amorem ac venerationem in ſtatum eccleſiaſticum declararet.

R. 2. Si beneficium non ſit in choro, illum nullatenùs in rigore loquendo peccare, ſed hoc vt plurimum eſſe exiguę deuotionis, ne dicam irreligionis & malæ conſcientiæ notam. Dixi vt plurimum, quia fieri poteſt vt talis ex humilitate nolit ad ordines promoueri.

Quæres 5. An accipiens beneficium ſimplex cui nullus eſt ordo ſacer annexus, peccet ſi nolit perſeuerare in ſtatu eccleſiaſtico, ſed nuberę, vel ad ſtatum laicum tranſire velit?

Vt clarè reſpondeam obſeruo aliquem poſſe accipere beneficium ſimplex cum triplici intentione. 1. ſi firmiter & abſolutè proponat non deſerere ſtatum eccleſiaſticum quidquid accidat. 2. ſi intentionem habeat conditionatam, v. g. ſi velit quidem ſincere in ſtatu clericali permanere, modò tamen grauis cauſa illum deſerendi ac nubendi non incidat, puta ſi primogenitus obierit vt poſſit eſſe familiæ hæres atque his ſimilia. 3. ſi eo tantum animo beneficium cupiat vt ſtudia cum eius reditibus abſoluat, deinde verò nubat. His poſitis

R. 1. Probabile eſſe illum qui acciperet beneficium ſimplex cum ſecunda intentione

quam conditionatam appellau
peccaturum in rigore, quia non i
clesia tam arctè obligare accipi
ſiaſtica beneficia ſimplicia, vt
poſſint deſerere clericalem ſtatu
foret nimis durum. Attamen iuſ
ſa de habente hanc intentione
natam ſuſpicandi frigidam piet
gitimæ vocationis defectum ; q
res aliqui probabilius putant eu
rum , quia ordini eccleſiaſtic
emolumentum temporale in ſta
obuenturum : quæ opinio in p
eſt & conformior menti Eccleſ
gelio.

R. 2. Accipientem benefic
ad tempus v.g. vt eius reditibus
nec abſoluerit ſtudia, deinde ve
cere poſſit, mortiferè peccare t
neficiũ dimittere aut mutare om
tatem. Ita cenſent Leſſius l. 2.
Nauarrus & Toletus ab eo cit
ches lect. 5. de matrimonio diſ
grauiter Eccleſiam deciperet ei
bus abuteretur.

LECTIO XI.

De aliæ conditione accipienti beneficium neceſſariâ. ſcilicet vt habeat legitimum forma dignum.

QVAERES 1. Quid vocas forma dignum, & quænam eſt illius neceſſitas?

R. 1. Eſſe inſtitutionem quam legitimus Præſul nimirum Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, Diœceſanus tribuit ei qui beneficium per præſentationem patroni, vel in Curiâ Romanâ obtinuit.

R. 2. Eſſe abſolutè neceſſariam, vt dicit Bonifacius octauus de regulis iuris in ſexto in hæc verba: *Beneficium eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine canonica inſtitutione obtineri*, id eſt niſi Epiſcopus diœceſanus tribuat forma dignum.

Quæres 2. An ille cui Epiſcopus diœceſanus denegauit forma dignum, poſſit confugere ad Metropolitanum, & ſi ab eo inſtitutionem obtinuerit, beneficium tutâ conſcientiâ retinere?

R. 1. Illum non poſſe confugere ad Metropolitanum niſi probabiliter conſtet Epiſcopum diœceſanum recuſaſſe inſtitutionem iniuſtè: & quamuis malè recuſaſſe videretur, adhuc illa repulſa timenda eſt. 1. quia ex ſancto Gregorio relato canone primo

cauſa vndecima q.3. *Sententia paſ*
iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt. 2. qui
multum diffidere debet ac videre
tio vel cupiditas obtinendi benefici
tis aciem perſtringat, & vt putet
illius ſententiam quem Deus conſt
mediatum ac legitimum ſuarum o
dicem efficiat.

R. 2. Quia vt plurimum in intim
ſenſu, qui eſt conſcientiæ tribunal,
tatus agnoſcit Epiſcopum dioc
iuſtè inſtitutionem denegaſſe, quo
tatem, vel adminiſtrationi ſacram
maximè pœnitentiæ neceſſaria igno
aliis conditionibus præſertim mor
bitate careat; ideò non poſſe ipſu
ac ſine peccato mortali confugere
tropolitanum. 1. quia videt ſe ad ri
tandum officium talis beneficij e
tum, & ideò ſe manifeſto dan
periculo exponere. 2. Plerumque v
licitationibus & ambitu quæ ferè
mala quadam circunſtantia infici
hæc eſt à legitimo ſuperiore defect
graue detrimentum Eccleſiæ vergi

LECTIO XII.

Vtrum inſtitutio alius à diœceſano Epiſcopo valida ſit.

QVAERES, An proprio Epiſcopo recuſante, poſſit alius inſtituere præſentatum?

R. Talem inſtitutionem eſſe nullam ſiue proprius Epiſcopus iuſtè ſiue iniuſtè denegauerit. Quia licet repulſa fuerit iniuſta, qualis tamen non eſt temerè iudicanda, ille qui eam tulit nullum habet ius confugiendi ad alium quam Metropolitanum, & ab eo ad primatem, non verò ad alium Epiſcopum: quia ſoli metropolita & primas ſunt Epiſcopi diocœſani ſuperiores, non autem ille de quo hic quæritur.

Dices, contraria eſt conſuetudo, quæ vt communiter dicitur, vim legis habet.

R. Illud commune pronunciatum intelligi de conſuetudine legitimè introductâ: ſed iſta, de quâ nunc agimus, non eſt talis, quin potius mera corruptio & pernicioſa deprauatio. quia 1. legitima conſuetudo non debet eſſe contraria iuri naturali & diuino vt oſtendimus in tractatu de legibus: ſed iſta contraria eſt tum iuri naturali quod exigit vt ſicut in corpore naturali ſolum caput regit cœtera membra, non verò vnum aliud, ita in corpore politico vnius prouīciæ

ſinguli Epiſcopi non ſint ſuperiore
lorum, ſed ſolus metropolita omn
ſit : tum iuri diuino quod eccle
hierarchiam inſtituit, quæ hac pr
ſuetudine omninò diſturbatur.

2. Vt conſuetudo legitima cenſe
ceſſe eſt vt iuſto tempore durauer
repugnante ſaniore illorum parte
ipſius vſus intereſt. Atqui hæc alter
tio non reperitur in iſta conſuetudi
ſemper Epiſcopi Eccleſiaſticæ d
ſtudio incenſi hoc malum gemuer
ſeſe totis viribus oppoſuerunt : cle
Galliæ in comitiis habitis die 11.
anni 1636. inter alia ſanciuit nullun
lem daturum viſa ſeu prouiſiones
præſentatum à proprio Epiſcopo
ob quamcumque cauſam & ſpecier
turum, ſi ordo Eccleſiæ hierarch
talem ei tribuat facultatem : puta
rit ordinarius ſuperior Epiſcopi de
inſtitutionem. Ita refertur tomo t
ginâ 846. generalis collectionis re
Gallicani.

LECTIO XIII.

De incompatibilitate beneficiorum eiuſque ſpeciebus.

QVAERES 1. quid vocas incompatibilitatem beneficiorum?

R. Cum aliquis tutâ conſcientiâ non poteſt duo vel plura beneficia retinere quorum eſt pacificus poſſeſſor.

Quæres 2. Quotuplex ſit incompatibilitas beneficiorum?

R. Multiplex: in hac lectione duplicem declarabimus nempè illam quæ dicitur primi generis, & aliam quæ dicitur ſecundi generis.

Quæres 3. *Quænam* ſint beneficia incompatibilia primi generis?

R. 1. Duæ Parœciæ. 2. duæ dignitates, vel officia in capitulo quæ reſidentiam poſtulant v.g. duo Decanatus, duo Archidiaconatus, duo Præcentoratus, &c. vt etiam Parœcia cum Decanatu, vel Archidiaconatu, vel dignitas, puta Decanatus cum officio v.g. præcentoratu: quæ omnia conſtant ex capitulo de multâ, de præbendis & extrauaganti Ioannis 22. quæ incipit execrabilis 3. duo beneficia vniformia in eadem Eccleſiâ vt duo canonicatus, duæ præbendæ vt habetur capitulo litteras de conceſſione præbendæ.

Quæres 4. Quænam ſint ben
compatibilia ſecundi generis ?

R. Reliqua omnia beneficia qu
tiam poſtulant, vt duo Canoni
præbendæ in duobus diuerſis ca
vnum iſtorum v. g. Canonicatus
bendæ cum alio beneficio prim
quale eſt parœcia, dignitas, o
alio capitulo.

Quæres 5. Quænam ſit differe
hanc duplicem incompatibilitate

R. 1. Incompatibilitatem prim
præterquamquod reum peccati m
ficit, priori beneficio priuare, i
ipſo facto iuxta canones n. 2. cita
tamen in praxi ſubtiles quorund
pretationes mirè diſtorquent, has
ris canonici peritis examinandas
mus.

R. 2. Incompatibilitatem ſecu
ris ſolùm efficere mortalis peccati
autem priori beneficio priuare i
dare tamen facultatem legitimo
vt ſuâ ſententiâ hunc poſſit ad a
beneficium dimittendum aſtringe

LECTIO XIV.

De alio duplici genere incompatibilitatis beneficiorum.

QVAERES 1. Vtrum duo benficia ſimplicia vel vnum ſimplex, cum parœciâ, dignitate vel officio, in capitulo ſint incompatibilia?

R. Duplicem adhuc incompatibilitatem aſſignari. Prima vocari poteſt iuridica, quod eam ius canonicum puniat, v. g. cum aliquis habet duas parœcias, canones enim ſtatuunt vt prior vacet per adeptionem ſecundæ ipſo iure vel cum aliquis habet parœciam & canonicatum nam ius ſtatuit eum ſententia iudicis damnandum ad beneficij prius obtenti dimiſſionem. Secunda dici Theologica poteſt, quia quamuis ius canonicum eam non puniat, Deo tamen puniendam relinquit, cum peccati reatum inducat vt oſtendimus; eâ incompatibilitatis ſpecie laborant duo beneficia ſimplicia, vel vnum ſimplex & parœciæ, vel dignitas aut officium in aliquo capitulo, modò tamen illorum alterum honeſtæ ſuſtentationi ſufficiat, & per hoc patet reſponſio ad quæſitum.

Quæres 2. An & qualiter peccet qui habens beneficium ſimplex quod ad honeſtam ſuſtentationē ſufficit, aliud cum eo poſſidet?

R. Illum peccare oſtenditur. 1. multis rationibus quas inferius contra pluralitatem

beneficiorum adducimus, ecce du
reſponderi non poteſt. 1. cum q
duo beneficia ſimplicia vel vnu
cum parœcia, vel alio beneficio
reſidentiam, & illorum alterum ſu
ni ſufficit, iuſtitia diſtributiua
quod vnus habeat quæ duobus ſu
hoc verò iuri naturali apertè rep
cum, vt poſtea demonſtrabitur, b
ex omnium Doctorum ſenſu tene
peccato mortali quidquid haben
pauperibus erogare, vel in res
mere; quis non intelligat habente
cium ſuſtentationi ſufficiens ex
occaſioni proximæ abutendi rediti
rius beneficij, v.g. donandi eos ab
neceſſitate conſanguineis, vel i
inutiles & quod peius eſt minùs
impendendi, atqui exponens ſe
peccandi, vt notum eſt, peccat. Er

2. Idem probatur variis cano
Azorio 2.p.l.6.c.10.q.2. citatis ac p
expreſſo Tridentinæ ſinodi decreto
24.c.17. de reformatione: ſancta
ſtatuit vt impoſterùm vnum tantù
cium eccleſiaſticum ſingulis confer

3. Idem oſtenditur authoritate
authorum veterum & recentiorum
loco ſuprà laudato ſeptem veteres

LECTIO XV.

Reſpondetur obiectionibus quæ contra dicta ſiunt.

VT illis accuratè reſponderi poſſit videndum prius eſt quos reditus habere debeat beneficium vt ad honeſtam clerici ſuſtentationem ſufficere cenſeatur. Quamobrem.

Obſeruo 1. in celebri plurium Theologorum & juriſperitorum conuentu Pariſiis habito 1228. vt refert Filiucius tractatu 41. c. 7. n. 20. ſtatutum eſſe 45. nummos annuatim ſufficere ad honeſtum vnius clerici victum.

2. Non poſſe regulam generalem aſſignari pro cunctis locis & perſonis : ſed habendam eſſe rationem regionis, perſonarum, aliarumue circunſtantiarum. Caueat tamen clericus ne ſibi profuſos ſumptus præfiniat, cum cenſus Eccleſiæ, ſint Chriſti nudi & pauperrimi in cruce mortui patrimonium: his poſitis audiamus obiectiones quas experientiâ conſtat fieri contra doctrinam ſuperiori lectione traditam.

Opponunt itaque 1. Concilium Tridentinum in quo noſtra ſententia decreto firmata eſt, non obligare, cum non fuerit receptum in Gallia.

℟ Falſum eſſe non obligare tridentinam ſinodum in Gallia; conſtat enim fuiſſe ab

Epiſcopis acceptatam in Comitiis Gallicani cleri anno 1615. die Mai 18. vt videre licet in tertio tomo generalis collectionis rerum cleri Galliæ pag. 754.

Opponunt 2. Generalem eſſe conſuetudinem vt quis plura beneficia poſſideat.

R. Huiuſmodi conſuetudinem non eſſe legitimam, atque ita eſſe corruptelam non conſuetudinem quæ poſſit abrogare ſacros canones. & ſupra dictum ſinodi tridentinæ decretum. Dico autem non eſſe legitimam, quia iuri naturali contraria eſt vt probauimus lect præcedenti n.2.

Opponunt 3. ſecundum Romanæ curiæ ſtylum, Papam beneficium conferre habenti beneficium ſimplex, tacitè igitur pluralitatem beneficiorum approbare.

R. 1. Cum Azorio libro 6. parte 2. c. 4. q. 6. v. ſi obiicias, curiæ Romanæ ſtylum eſſe, vt cum habens beneficium ſimplex petit aliud à Pontifice, in ſupplicatione ſignaturæ illi rationes exponat ob quas nouum hoc beneficium ſibi ab eius ſanctitate concedi poſtulat: v. g. ſe eſſe virum litteratum, vel doctoris gradu inſignitum, habere conſanguineos qui ſine ipſius ope viuere non poſſunt & his ſimilia: concedit autem petitum beneficium Papa, quod propter allatas rationes vel aliquam ex illis, præſumat oratorem non habere quæ propriæ vel ſuorum ſuſtentationi ſufficiant; inde tamen minimè colligitur Papam beneficiorum pluralitatem approbare, ſed viderit orator an propoſitæ rationes ſint veræ, nam ſi Papam dece-

perit, non eſt à culpâ liber coram Deo.

R. 2. Si Pontifex alterum beneficium conferat aliquando, tametſi nulla ipſi ratio exponatur, illum prudentiæ ordinarij relinquere iudicium & examen valoris & fructuum beneficij prioris, an ſcilicet ad honeſtum titularii victum ſufficiat, necnè.

LECTIO XVI.

Vtrum pluralitas beneficiorum ſit graue peccatum & quare.

QVÆRES 1. Vtrum pluralitas beneficiorum ſit grauè peccatum?

R. Affirmatiuè: quia contraria eſt iuri naturali diuino & eccleſiaſtico.

Quæres 2. quare ſit contraria iuri naturali?

R. Tres id rationes oſtendunt prima ex ſimilitudine quam habet Eccleſia quæque ad corpus naturale deſumpta eſt quâ D. Paulus tribus in locis vtitur, nimirùm ad Romanos 12. primæ ad Corinthios 12. & ad Epheſ. 4. vt enim 1. naturæ contrarium eſt vnum membrum eſſe in diuerſis corporibus, ita eundem beneficiarium eſſe membrum id eſt, canonicum, præbendarium, & in diuerſis Eccleſiis. 2. vt monſtruum eſt, caput vnius corporis eſſe pedem vel brachium alterius, pariter eundem hominem eſſe Decanum vel Archidiaconum in vnâ Eccleſia, & Canonicum in aliâ.

2. Ratio naturalis hac beneficiorum plu-

ralitate offenditur: quod vnus clericus habeat alimenta, mercedem & ſtipendia plurium: hoc enim rectæ rationi communique ſenſui repugnare ipſis ethnicis viſum eſt, vnde ſtatuerunt militem non poſſe duo munera obtinere in bello, codice iis qui militare non poſſunt: neque duo officia lege hac parte de proximis ſacrorum ſcriniorum neque duas dignitates, lege libertus §. 1. ad municipales.

3. Deus hanc veritatem Pariſiis miraculo declarauit; nam ætate Guillelmi Pariſienſis Epiſcopi anno 1270. in celebri Theologorum & Canoniſtarum conuentu omnes pluralitatem beneficiorum cenſuerunt peccatum eſſe graue duobus exceptis quorum vnus erat Academiæ Cancellarius qui paulo poſt obiit & dicto Epiſcopo apparens ſe ad inferos detruſum eſſe dixit quod pertinaciter credidiſſet pluralitatem beneficiorum iuri naturali non repugnare.

Quæres 1. Quomodo pluralitas beneficiorum ſit contra ius diuinum?

R. Fateor ius diuinum hac de re non loqui expreſsè, neque poſſe loqui, cum beneficia poſt diuinos libros ſcriptos inſtituta ſint. Dico tamen eſſe in ſcriptura ſacra locos efficaces quibus beneficiorum pluralitas ſolidè impugnetur, v.g. illud Domini ſaluatoris oraculum à canone 15. ſeptimæ ſinodi citatum & canone clericus 21. q. 1. relatum videlicet *nemo poteſt duobus dominis ſeruire*, Mathæi 6. cui poſſumus addere verba Iſaiæ cap. 5. *Væ qui coniungitis domum ad domum,*

& agrum agro copulatis vſque ad terminum loci nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ.

Quæres 4. cur eadem pluralitas iuri canonico repugnet?

R. Eam varij canones damnant audi canonem clericus ſupra laudatum, *Clericus ab inſtanti tempore non connumeretur, in duabus Eccleſiis negotiationis, hoc eſt & turpis lucri proprium, & ab eccleſiaſticâ conſuetudine penitus alienum.*

LECTIO XVII.

De diſpenſatione circa pluralitatem beneficiorum.

QVAERES 1. Quis poſſit diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum, id eſt permittere vt aliquis poſſideat duo [illegible] plura beneficia incompatibilia?

R. Solum Papam id poſſe iuxta omnium [illegible]oniſtarum ſententiam. Diſpenſat autem [illegible]pa vel ad tempus vt cum apponit in ſig[illegible]uris decretum quo prouiſus iubetur vnum [illegible] duobus beneficiis intra duos vel tres men[illegible] dimittere: nam tunc ad duos vel tres [illegible]nſes beneficia retineri permittit: vel ad [illegible]m beneficiarij diſpenſat.

[illegible]æres 2. quænam ſint cauſæ ob quas ali[illegible] concedi poteſt vt duo vel plura benefi[illegible] incompatibilia retineat?

[illegible] Tres à Doctoribus afferri 1. Eccleſiæ

neceſſitatem. 2. eiuſdem vtilitatem. 3. euidentem alicujus meritorum prærogatiuam, vt patet ex canone diſpenſationes 1. q. 5. tres tamen iſtæ cauſæ reuocantur ad duas, quia tertia reducitur ad Eccleſiæ vtilitatem, quod vt capias.

Aduerte per meritorum prærogatiuam intelligi nobilitatem, eminentiam perſonæ, inſignem doctrinam aut virtutem, ſi tamen illa in bonum Eccleſiæ vergant: quare iſta prærogatiua reducitur ad vtilitatem Eccleſiæ ac ſub ea comprehenditur; nam qui habet huiuſmodi dotes vel illorum aliquam, nec tamen illis vti nouit in bonum Eccleſiæ, non poteſt iuſtè petere diſpenſationem poſſidendi plura beneficia, quamuis e. g. filius Regis eſſet, vnde Paulus 2. teſte Azorio 2. p. l. 6. c. 12. qu. 8. rogatus aliquando vt diſpenſaret filium Regis ad duos Epiſcopatus obtinendos, reſpondit ſe non diſpenſaturũ quamuis ille filius Dei foret, quod tamen ex ſuppoſitione impoſſibili eſt intelligendum.

Quæres 3. An diſpenſatio poſſidendi plura beneficia quam aliquis obtinuit ſine iuſtâ cauſa valida ſit?

R. Negatiuè, quia Papa poteſt quidem validè diſpenſare contra ius humanum, non tamen contra naturale, aut diuinum: atqui pluralitas beneficiorum eſt contra ius naturale & diuinum iuxta communem Doctorum ſententiam & ſuperius dicta.

Quæres 4. An Confeſſarius poſſit abſoluere hominẽ qui ſine iuſtâ cauſa diſpenſatus eſt ad poſſidenda beneficia incompatibilia?

Digitized by Google

R. Negatiuè poſt Azorium loco citato q. 12. & Leſſium l.2.c.34.n.151.& alios quia talis eſt in perpetuo peccati mortalis ſtatu.

Quæres 5. quomodò ſe geret confeſſarius erga pœnitentem quem ſcit habere beneficia incompatibilia?

R. Teneri confeſſarium ab illo clerico petere, vtrum huiuſmodi beneficia poſſideat cum diſpenſatione necne, ſi poſſideat ſine diſpenſatione, debet illum aſtringere vt alterutrum dimittat: ſi cum diſpenſatione debet adhuc inquirere quibuſnam rationibus hæc diſpenſationis petitio nixa ſit; nam ſi non videantur eſſe iuſtæ, debet clericus polliceri antequam abſoluatur, ipſum rationes ſuas virorum eruditorum examini ſubmiſſurum eorumque iudicio ſtaturum, quod ſi parum diſpoſitus ad obediendum appareat, ſuſpendet illi confeſſarius gratiam abſolutionis: ſi verò id promiſerit, nec tamen impleuerit, altera vice negabit ei confeſſarius abſolutionem.

LECTIO XVIII.

An teneantur collatores beneficiorum ea conferre dignioribus.

QVAERES 1. Vtrum collatores beneficiorum poſſint eum beneficio vacante dignum æſtimare, quem neſciunt ille eſſe indignum?

R. Negatiuè, quia tenentur ex officio id

eſt, vi ſui muneris & officij poſitiuè ſcire illum, cui conferre volunt beneficium, eo dignum eſſe: ideòque illius meritum noſſe debent. Ita poſt Leſſium, Filiucius tractatu 48. c. 4 n. 1, 4.

Quæres 2. quem poſſint collatores iudicare beneficio vacante digniorem?

R. Non eum qui ſimpliciter doctior aut ſanctior eſt, ſed eum qui expenſis omnibus aptior beneficio talis conditionis & talis loci cenſetur.

Quæres 3. An teneantur collatores beneficia conferre dignioribus, & num ſufficiat ea dignis conferre? Suppono difficultatem eſſe poſſe de quadruplici genere beneficiorum. 1. de habentibus curam animarum vt Epiſcopatibus & Parœciis. 2. de beneficiis inſignibus, vt Abbatiis, Archidiaconatibus, Decanatibus, Præbendis Theologalibus, pœnitentiariis, & ſimilibus. 3. de canonicatibus & beneficiis ſimplicibus. 4. de Capellaniis. Quibus poſitis.

R. Quod attinet ad beneficia curam animarũ habentia vt Epiſcopatus & Parœcias: collatores teneri conferre illa ſub peccato mortali non ſolum dignis, ſed etiam dignioribus. 1. quia id ſacri canones iubent atque imprimis Concilium Trid. ſeſſ. 24. c. 5. de reform. vbi licet de ſolis Epiſcopis loquatur, capite tamen 18. idem de Parrochis cenſet; communique Doctorum conſenſu rationes quas concilium affert pro Epiſcopatibus, locum habent in Parœciis. 2. quia tenentur collatores virtute fidelitatis & tanquam pu-

blici diſpenſatores diuinum cultum & vtilitatem Eccleſiæ promouere; quod minimè facerent ſi beneficia tanti momenti pro Dei gloria & Eccleſiæ bono dignioribus non conferrent. 3. quia iuſtitia diſtributiua eos aſtringit vt diſtribuant præmia dignioribus.

Quæres 4. Vtrum collatores laici æquè atque eccleſiaſtici teneantur conferre beneficia curata dignioribus?

R. Siue illis collatoribus Eccleſia ius præſentandi ad huiuſmodi beneficia liberaliter conceſſerit, ſiue in gratiam quod illa beneficia ſuis reditibus fundauerint aut dotauerint: eos nihilominus iuxta communem & probabiliorem ſententiam teneri ſub pœnâ peccati mortalis eligere digniores; quia licet Eccleſia ius eis dederit nominandi ad hæc beneficia, non potuit ad eos ius ſuum transferre, niſi eo modo quo ipſa tale ius habet. Atqui habet illud Eccleſia cum onere à naturali iure impoſito eligendi digniores: ergo laici quamuis hæc beneficia curata fundauerint vel dotauerint, ab illa naturali obligatione non eximuntur.

Quæres 5. Vtrùm ſi fundatio iubeat vt promouendus eligatur ex quodam corpore, v.g. canonicorum, præbendariorum, aut filiorum parœciæ &c. & extra illud corpus reperiantur digniores: ſufficiat eligi aptiſſimum ex clericis illius cœtus?

R. Affirmatiuè iuxta communem Doctorum opinionem qui ſe quorundam canonum allegatione tuentur.

LECTIO XIX.

De argumento eodem.

QVAERES I. Vtrum collatores beneficiorum inſignium, ſed nullam animarum curam habentium, vt ſunt Abbatiæ, Decanatus, Archidiaconatus, Præbendæ Theologales, &c. teneantur ea conferre non ſolùm dignis, ſed etiã dignioribus?

R. Eos collatores ſiue clerici ſiue laici fuerint, teneri ſub pœnâ peccati mortiferi conferre illa beneficia dignioribus, ob rationes ſuperiori lectione n. 3. allatas pro beneficiis curam animarum habentibus: quamuis enim iſta beneficia non habeant curam animarum, habent tamen alia onera magni momenti annexa. Id Leſſius libro 2. cap. 34. nu. 64. & de Lugo de iuſtitia & iure diſputatione 34. ſect. 4. docent.

Quæres 2. Vtrum dicti collatores æquè teneantur eligere digniores ad canonicatus, præbendas & beneficia ſimplicia, & vtrum peccent mortaliter ſi dignos tantum eligant?

R. 1. Poſt dictos Leſſium & de Lugo, huiuſmodi collatores ex omnium Doctorum conſenſu peccare mortaliter, ſi ſæpius dignos tantùm elegerint, ommiſſis dignioribus. Aliquos tamen authores cenſere illos non peccare mortaliter, ſi ſemel aut bis hoc fecerint quod vt aiũt non ſit materia grauis.

Digitized by Google

Probabilius eſſe illos ſemper mo tti- ꝛccaturos. 1. quia ſemper inferren- n iniuriam & notabile damnum, Ec- quidem, non ei procurando miniſtros poſſent aptiſſimos, dignioribus autem, do erga illos diſtributiuam iuſtitiam. ꝛd in hoc caſu non ſit materiæ leuitas bus rationibus oſtendo. 1. quia eadem io huius materiæ ac ieiunij naturalis lebratione ſacri; quamuis enim Sacer- nicam panis micam comediſſet, vel am aquæ (niſi os lauando) hauſiſſet, ferè peccaret ſi poſteà celebraret: quod ꝛ caſu materiæ leuitas non ſit atten- , pariter, &c. 2. licet collator eligat dignum, excludet ſæpè digniorem ultùm Eccleſiæ profuiſſet: vnde pri- illam ſeniel eo fructu, cenſetur ei m feciſſe iniuriam, quam irrogauit digniori vt dictum eſt, atque in re ili.

ꝛres 3. An collatores laici æquè rigo- bligentur atque eccleſiaſtici ad eligen- gniores vt clarè reſpondeam obſeruo cia de quibus eſt quæſtio, poſſe ali- nus eſſe ſuperuacanea & minimè ne- ia Eccleſiæ, interdùm verò neceſſaria, ꝛnim fundant aliquando canonicatus ꝛæbendas quibus Eccleſia non eget, diuina officia ſine his beneficiis cele- poſſint. Nunc.

Et dico 1. ſi erectio huiuſmodi benefi- n ſit Eccleſiæ neceſſaria prędictos col- s teneri eligere digniores ob rationes

lectione præcedenti num. 3. adductas.

Dico 2. ſi hæc beneficia non ſint neceſſaria, collatores non peccare, modò dignos eligant excluſis etiam dignioribus: quia non faciunt iniuriam Eccleſiæ vt Delugo ratiocinatur ſect. 35. diſp. 4. n. 46.

Quæres 4. Vtrùm collatores laïci peccent conferendo capellanias dignis, omiſſis dignioribus?

R. Negatiuè, quia hæc beneficia non ſunt Eccleſiæ neceſſaria, ideòque collatores nullam ei faciunt iniuriam, licet ea non conferant dignioribus: modo tamen conferant dignis.

LECTIO XX.

Vtrùm permutantes vel reſignantes ſua beneficia in fauorem teneantur eligere digniores.

QVæres 1. Vtrùm permutans peccet tradendo beneficium compermutanti indigno?

R. Affirmatiuè quia cooperatur peccato ſui compermutantis, v. g. ſi Petrus beneficium curatum permutet cum prioratu Pauli, qui eſt incapax regiminis animarum.

Quæres 2. quid ſi Petrus permutet ſuam Parœciam cum Ioanne habente aliam?

R. Si Parœcia Petri ampla & populoſa fuerit, Ioannis verò perexigua, & aliunde Ioannes quamuis idoneus regendæ ſuæ Parœciæ, valde tamen ineptus ſit regendæ am-

plæ qualis eſt Petri, in tali caſu.

R. Petrum peccaturum permutando cum Ioanne, tam quia faceret iniuriam Eccleſiæ, tum quia cooperaretur peccato quod Ioannes admitteret ſuſcipiendo beneficium curatum Petri cuius eſt incapax.

Quæres 3. Vtrum reſignans beneficium in fauorem teneatur eligere digniorem, vel vtrum ſufficiat eligi ab eo dignum?

R. 1. Probabilius eſſe illum teneri eligere digniſſimum, præſertim ſi quæſtio ſit de Parœcia vel alio beneficio grauis momenti. Ratio eſt quod ſecùs faciat iniuriam & damnum Eccleſiæ dando ei miniſtrum minùs dignum alio quem ei procurare poſſet.

R. 2. Eos qui ſequuntur in praxi opinionem contrariam, & ſatis eſſe putant reſignare beneficium alicui digno quamuis non digniſſimo, ſibi ipſis paſſim adulari, æſtimando dignos qui reipſa tales non ſunt, quod carnalis amicorum vel conſanguineorum affectus eorum menti caliginem offundat.

Dices, videtur hæc opinio nimis auſtera: canones enim, ſolos collatores obligant ad eligendos digniſſimos?

R. Verum quidem eſſe teneri ſolos collatores ex officio eligere digniſſimos, ſed tamen eos qui reſignant teneri ad idem ex charitate erga Eccleſiam, quæ præterquamquod eſt communis omnium mater, illos reditibus beneficij quod dimittunt, ſuſtentauit, in cuius rei gratiam tenentur idem beneficium digniſſimo reſignare.

Vrgebis ſi Caius v.g. qui reſignat benefi-

cium in fauorem alicuius digni quamuis no
digniſſimi, ſinat illud vacare, collator no
conferet homini digniori eo cui Caius reſig
nat, ergo Caius nullum infert Eccleſiæ dan
num, ideòque non peccat in iſto caſu.

R. 1. Non conſtat ſemper collatorem no
collaturum beneficium, ſi vacaret, alicui d
gniori eo cui reſignat Caius, tum quod a
fectus erga reſignatarium menti reſignant
caliginem offundens hoc ei facile perſua
deat, tum quod non ſit male iudicandum d
collatoribus, quippè qui paſſim Præſules a
noſtri ſuperiores ſint.

R. 2. Quamuis de collatoribus ita conſta
ret, non ideo reſignantem eſſe immunem a
delicto, & damno Eccleſiæ illato: ſi quiden
peccaret collator non eligendo digniorem
ergo & reſignans nec iſte poteſt excuſar
ſuum peccatum eo quod alteruter illud com
miſiſſet; nam ex dictis vbi de reſtitutione,
quamuis alicui conſtaret furem damnum
aliquod allaturum, aut rem aliquam ablatu
rum: is tamen peccaret ſi furem preuenier
do, tale damnum ante illum feciſſet. Ergo

Digitized by Google

LECTIO XXI.

Vtrum collatores teneantur ad reſtitutionem, ſi beneficia indignis, vel minus dignis contulerint prætermiſſis dignioribus.

QVÆRES 1. Vtrùm collatores qui beneficium indigno contulerunt, aliquid reſtituere teneantur & cui?

R. Poſt Sanches l. 2. conſiliorum c. 1. d. 45. n. 4. teneri omnia bona temporalia Eccleſiæ reſtituere in quibus illa detrimentū accepit. Vt enim ab aliquo mercede cōducti tenentur ad reparanda damna ab illo accepta, munus & officium ſuſceptum à ſe deſeruerint, & agens vel procurator hominis opulenti qui eos pro illo conduxit, tenetur quoque ad reſtitutionem: pariter qui aliquo beneficio indigni damnum intulerunt Eccleſiæ, puta ſi eorum culpâ ius, & bona illius amiſſa fuerint, ad reſtitutionem obligantur, & conſequenter collatores qui eis beneficia contulerunt, tanquam ipſorū cooperatores.

Dixi omnia bona temporalia: quia non tenentur homines ad reſtitutionem pecuniariam pro damnis ſpiritualibus illatis, cum vt in tractatu de reſtitutione docemus, bona ſpiritualia ſint ordinis ſuperioris, nemoque teneatur pro illis reſtituere bona ordinis inferioris.

Quæres 2. Vtrum patroni qui præſentarunt

indignum ad aliquod beneficium, & Epiſcopus qui eum inſtituit, pariter ad reſtitutionem teneantur?

R. Affirmatiuè, quia ſunt cooperatores damni quod accepit Eccleſia, ſi vllum acceperit.

Quæres 3. An illi qui reſignarunt in fauorem indigni, teneantur etiam ad reſtitutionē?

R. Teneri ob eandem rationem.

Quæres 4. Vtrum collatores qui beneficiū indigno contulerunt, aliquid iis qui eo digni erant, reſtituere teneantur?

R. Negatiuè, niſi beneficium datum fuerit in concurſu. Ratio eſt quia, quamuis collatores violauerint iuſtitiam diſtributiuam, ideòque grauiter peccauerint ex dictis, non tamen violarunt iuſtitiam commutatiuam, cuius tantùm læſio ad reſtituendum ex dictis alias obligat.

Dixi niſi &c. quia tunc digniſſimus habebat ius proximum ad beneficium; quare ſi collatores vel potius examinatores eum non eligant, illi faciunt injuriam violantque iuſtitiam commutatiuam, & conſequenter tenentur ad reſtitutionem.

Quæres 5. An ſi collatores beneficium quidem digno contulerint, ſed ommiſſo digniore, teneantur aliquid digniori ommiſſo reſtituere?

R. Negatiuè niſi in caſu concurſus ob eaſdem rationes quas numero præcedenti attulimus.

Quæres 6. Vtrū illi qui prenſatione & ſollicitatione procurant dari beneficia indignis, vel

Digitized by Google

vel minus dignis teneantur ad reſtitutionem?

R. Si eorum impulſio fuerit efficax teneri æquè ac collatores modo explicato, cum fuerint eorum cooperatores.

LECTIO XXII.

De obligationibus beneficiariorum ac 1. habendi tonſuram & caput attonſum.

QVAERES 1. Quænam ſint obligationes beneficiariorum?

R. Quadruplicis generis nam 1. aliquæ, omnes beneficiarios vniuerſalis Eccleſiæ aſtringunt. 2. aliæ ſolùm Parochos. 3. aliæ beneficiarios capitulorum. 4. Demùm aliæ, obtinentes Canonicatus vel dignitates in Eccleſiis Cathedralibus.

Quæres 2. Quænam ſint obligationes omnium beneficiariorum vniuerſalis Eccleſiæ?

R. 4. præcipuæ. Prima eſt recitare breuiarium de quâ fusè in tractatu officij diuini 2. deferre tonſuram aut coronam vt vocant ita enim præcipitur capitulo clerici de vita & honeſtate clericorum & multis aliis canonibus. 3. habere caput attonſum ita vt pateant aures ſic enim iubet canon non liceat diſtinctione 23. his verbis attonſo capite patentibus auribus.

Quarta ſequenti lectione declarabitur?

Quæres 3. quanta debeat eſſe corona?

R. 1. Dictum capitulum clerici ſtatuere vt ſit congrua; coronam inquit & tonſuram habeant congruentem.

R. 2. Sanctum Carolum eius quantitatem deſignaſſe, præcipiendo vt Sacerdotes haberent coronam quatuor vncias, Diaconi tres, latam: Subdiaconi verò & inferiores clerici minorem ſeruatâ proportione, alios Præſules aut concilia deſignare minorem quantitatem; quilibet autem poterit ſtare legibus ſuæ regionis.

Quæres 4. Vtrum ſit æqualis obligatio habendi barbam attonſam?

R. 1. Quoſdam antiquos canones id iubere, ſed paſſim vbique per deſuetudinem ac præſulum tolerantiam eſſe abrogatos.

R. 2. Teneri ſacerdotes habere pilos labij ſuperioris attonſos, vt illi non impediant communionem calicis, res enim per ſe loquitur: multi etiam præſules hoc conſtituerunt vt inter alios ſanctus Carolus Boromæus, & ſanctus Franciſcus Saleſius Gebennenſium Epiſcopus & Princeps.

Quæres 5. An & qualiter peccent beneficiarij non habentes coronam?

R. Mortiferè, niſi modico temporis ſpatio excuſentur. Ea eſt omnium Doctorum ſententia, vt videre licet apud Sanches l. 5. conſiliorum c 1. d. 49. Reginaldum l. 3. tractatu 3. c. 2. n. 10. & Nauarrum c. 25. n. 109. Dixi niſi, &c. quia ob breuitatem temporis interdùm peccarent dumtaxat venialiter.

Quæres 6. quid dicendum ſit de intonſis beneficiariorum crinibus?

R. Beneficiarios inſigniter capillatos peccare mortaliter, quia id colligitur ex capitulo ſi quis de vita & honeſtate clericorum, vbi hæc verba leguntur ſi quis ex clericis comam relaxauerit, anathema ſit. Atqui vt dictum eſt in tractatu de peccatis l. 5. intelligimus aliquam actionem eſſe peccatum mortale, cum Eccleſia in eam excommunicationem ſiue ipſo facto ſiue comminatoriam vt in hoc caſu decernit. Hic tamen obſeruandum eſt hunc canonem loqui generaliter de omnibus clericis, ſed modo tantum ligare beneficiarios vel ſacris initiatos, cum non ſit in vſu reſpectu aliorum.

Quæres 5. quartam omnium beneficiariorum obligationem?

R. Eſſe illam de qua in tribus ſequentibus lectionibus agetur.

LECTIO XXIII.

De veſtibus indecoris quibus canones beneficiarijs interdicunt.

QVAERES 1. quid per huiuſmodi veſtes intelligamus?

R. Veſtes rubeas aut virides quæ prohibentur capitulo Clerici de vita & honeſtate clericorum.

Eas etiam quas Clementina quoniam de vita & honeſtate clericorum appellat virgatas veſtes id eſt ſegmentatas limbis viuidi

ſplendidique coloris. Veſtes quoque materiæ diſcoloris quas eadem clementina vocat partitas prohibetque ſub pœnis grauibus.

Quæres 2. quænam ſint illæ pœnæ?

R. 1. Prædictam clementinam beneficiariis, qui parochi non ſint, ipſo facto infligere ſuſpenſionem à beneficio id eſt priuare illos reditibus beneficiorum per ſex menſes.

2. Parochos vel dignitatem habentes incurrere ipſo facto ſuſpenſionem à beneficio per annum.

3. Sacerdotes beneficio carentes vel religioſos ipſo facto inhabiles eſſe ad beneficium per annum.

4. Diaconos aut Subdiaconos non beneficiarios ipſo facto inhabiles eſſe ad obtinenda beneficia per ſex menſes.

5. Clericos ſacris ordinibus non initiatos qui coronam cum eiuſmodi veſtibus deferunt, inhabiles eſſe ad beneficia per ſex menſes.

Quænam alia per huiuſmodi veſtes intelligantur?

R. 1. Habere calcaria Deaurata quæ dicto capitulo clerici vetantur & vllum annulum digitis induere, illis tamen beneficiariis exceptis quibus id competit ex officio dignitatis.

R. 2. In plæriſque diœceſibus vetari ſericas veſtes vol ſerico texto munitas, aut vlla ratione inciſas.

LECTIO XXIV.

De talari veſte quam beneficiarij geſtare tenentur.

QVAERES 1. In quo conſiſtat illa veſtis?

R. 1. Sacros canones & concilia non id definiuiſſe, at ſolùm dixiſſe clericos geſtaturos habitum clericalem aut veſtem talarem.

R. 2. Poſt Azorium 2. p. l. 7. c. 13. q. 4. Sanchez l. 4. conſiliorum c. 1. d. 49. n. 2. & alios Doctores morales cenſere praxim & conſuetudinem piorum clericorum vniuſcuiuſque regionis definire in quo clericalis habitus conſiſtat.

Quæres 2. In quo præciſè conſiſtat in Galliâ?

R. Eſſentialiter vt ita dicam conſiſtere in geſtatione talaris tunicæ, id eſt quæ talum pedis attingat vel aliquantò minùs.

Quæres 3. An ſuper talarem tunicam alia veſtis deferenda ſit?

R. 1. In quibuſdam paruis locis non eſſe indecorum cum ſolâ talari tunicâ procedere.

R. 2. Fore tamen in aliis, tuncque deferendum eſſe pallium aut palliolum, ſi enim illud clericali ordini congruat, iſtud etiam in plæriſque locis, præbetque ma-

Digitized by Google

ioris virtutis exemplum, quod paupertatis amorem præ ſe ferat.

Quæres 4. An ſufficiat togam ſine tunicâ deferre?

R. Negatiuè, nam 1. ſi laicalis fuerit, ita loquitur Concilium Tridentinum ſeſſione 14. de reformatione cap. 6. non ſatis clericos diſtinguit à laïcis. 2. ſi clericalis vix effici poteſt vt non deferatur in domo quod ſine peccato fieri nequit, quia non ſatis impediri poteſt ſcandalum proximi vel in domo habitantis vel ad eam accedentis.

Quæres 5. Quid de contractiori tunicâ?

R. 1. Paſſim conſtitutiones ſinodales Epiſcoporum non eam permittere, niſi in itinere atque ad duritiam cordis & per indulgentiam; vt ex iiſdem conſtat. 2. eam debere ſaltem vſque ad medietatem tibiæ in longitudinem protendi, tum quod alias indecorum eſſet, nec ſufficienter à laïcis clerici diſtinguerentur: tum quod Miſſam cum illa celebrare non poſſent.

Digitized by Google

LECTIO XXV.

De peccato quod beneficiarii vel ſacris ordinibus initiati contrahunt non deferendo talarem veſtem.

QVAERES 1. Quale peccati genus incurrant?

R. Illos peccare mortaliter idque probatur 1. quia ſacri canones & concilia hoc indicant: nam 1. ſynodus tridentina ſeſſ. 14 c. 6. de reformatione, damnat eos *qui non deferunt habitum clericalem, temeritatis ac religionis dignitatiſque clericalis contemptus.* Præterea vult Epiſcopos infligere ſuſpenſionem cum ab officio tum à beneficio, priuationem etiam beneficiorum, delinquentibus in hac materia. 2. Concilium Matiſconenſe primum canone. 3. ſtatuit vt clericus qui cum indecenti veſte inuentus fuerit, 30. dierum incluſione detentus aquâ tantum & modico pane ſingulis diebus ſuſtentetur; expers autem rationis foret cui non illa decreta, vt taceam de multis aliis, perſuaderent grauem eſſe rem de quâ loquimur, ac proinde materiam peccati mortalis.

Probatur 2. authoritate celebriorum Doctorum puta Nauarri, Sanches, Azorij, pluriumque aliorum. His adde canoniſtas ex quibus Panormitanus quem docti quidam & veteres Theologi ſequuntur, ait eum qui

Digitized by Google

dimitteret pro vitæ aut rerum ſuarum conſeruatione, vel aliâ cauſa graui; quia cum leges Eccleſiæ ſint humanæ, cum tanto rigore non obligant.

R. 2. Si quis illum exiguo tempore dimitteret, ſolùm venialiter peccaturum ob leuitatem materiæ, niſi adeſſet quædam mala circunſtantia: v. g. ſi dimitteret vt nemo eum noctu agnoſceret, atque ita faciliùs impunéque aliquem occidere vel ſuam libidinem explere poſſet &c. ratio patet.

LECTIO XXVI.

Reſpondetur obiectionibus, quæ contra doctrinam præcedenti lectione traditam fieri ſolent.

OPPONVNT 1. Concilium Tridentinum, quod tam rigidè loquitur de obligatione deferendi habitum clericalem, non eſſe receptum in Galliâ.

R. 1. Falſum eſſe Tridentinam ſinodum non eſſe receptam in Galliâ, vt ex dictis l. 15. n. 1. conſtat.

R. 2. Illos qui hoc perſonant, ignorare cauſã altercationis; ſi quidem Galliæ Reges eorumque Senatus promulgationi tridentinæ ſinodi reſtiterunt in iis dumtaxat quæ pertinent ad politiam exteriorem & Gallicanæ Eccleſiæ priuilegia, quæ cum regibus eorumque miniſtris valdè faueant, illis autem

decreta dictæ ſinodi non nihil aduerſentur, ideo receptioni concilij à Regibus Chriſtianiſſimis eorumque Senatibus interceſſum eſt. Quod verò ad fidei articulos & bonos mores ſpectat, nunquam illis repugnare voluerunt: contra ipſi ferè omnia quæ pro bonis moribus concilium decreuerat, authoritate ſuâ ſtatuerunt. Vtque omnes intelligant quâ noſtri reges laudabili cupiditate teneantur, vt clerici veſtes ſuo ordini & miniſterio congruas deferant, videre licet apud Maynardum 2.p. l. 8.c.23. Toloſanum Senatum Officiali Toloſæ Senatus conſulto iuſſiſſe, vt Clementinam, quæ in decreto ſinodi tridentinæ ſuperiori lectione relato citatur, promulgaret.

Opponunt 2. conſuetudinem non deferendi habitum clericalem, quam in pluribus diœceſibus Epiſcopi tolerant.

Sed contra 1. ex dictis in tractatu de legibus l 12.n.2. planè conſtat legem non poſſe tolli à conſuetudine, quæ non ad congruum tempus durauerit, prælatis non contradicentibus. At verò quænam ſunt illæ diœceſes, vbi non iuſſerint identidem Epiſcopi clericos deferre habitum clericalem præſertim hoc noſtro ſæculo.

Contra 2. dici non poteſt conſuetudinem non deferendi habitum clericalem verè fuiſſe introductam; ſiquidem clerici Deum timentes, illum deferunt ac detulere ſemper, tametſi licentiores ſacrorumque canonum ignari de hac laudabili diſciplinâ remiſerint; quamobrem dicti clerici Deum

timentes impedierunt poriòque impediunt malæ conſuetudinis vel potius corruptelæ quam alij cupiunt introducere præſcriptionem.

Contra 3. Obligatio deferendi habitum clericalem eſt de iure naturali vt dictum eſt ſuperiori lectione num. 1. atqui nulla conſuetudo præſcribere poteſt contra ius naturæ, vt in tractatu de legibus 12. l demonſtrauimus: ergo conſuetudo non deferendi habitum clericalem abrogare nunquam poteſt obligationem deferendi.

Dicès, quamuis hoc in communibus hominum ſenſibus atque in ipſa natura poſitum ſit, debere clericos à laïcis peculiari habitu diſtingui: non tamen inde ſequitur eos teneri iure naturæ ad talarem tunicam deferendam.

R. Cum clerici ſolâ talari tunicâ ſecerni poſſint a laïcis, nam iſti deferunt breuiores & nigras veſtes, procul dubio tenentur deferre tunicam talarem, quæ illos diſtinguat à laicis.

Vrgebis, magiſtratus togati deferunt tunicam talarem, ergo illa non diſtinguit clericos à Laicis.

R. 1. Paucos illam deferre.

R. 2. Quamuis deferant, vnâ ſæpius deferre ſericam aliosue pannos clericis interdictos: præterea nutrire comam deferre collare lineum clericis indecorum; quare ſi clerici habitum talarem confectum ex panno ſanctæ ipſorum profeſſioni congruo, capillos attonſos, coronam clericalem cœ-

D d o

teraque modeſta habeant, ſat à laicis togatis diſcernentur.

R.3. Non continuò, ſi togati Magiſtratus talarem tunicam imitatione deferant, eam à clericis deponendam, quemadmodum nec illam, quia defertur à falſis hæreticorum prophetis, clerici deſerere debent: vt probatur ſubtili diſcurſu ſancti Præſulis Auguſtini qui refertùr in Romano breuiario homilia ſacræ diei cinerum vbi hæc habet: quia & illæ oues non debent pelles ſuas deponere, ſi aliquando eis lupi ſe contegant.

LECTIO XXVII.

De obligatione reſidendi quæ Parochis incumbit, pœniſque contra non reſidentes latis.

QVÆRES 1. Vtrùm parochi teneantur ad reſidentiam?

R. Teneri iure diuino & canonico ſub pœna peccati mortalis; hoc enim expreſsè declarat ſinodus tridentina ſeſſione 23. c. 1. de reformatione. Dixi ſub pœnâ peccati mortalis, quia materia grauis eſt iuxta omnium Doctorum ſententiam.

Quæres 2. Vtrùm ad eam proſemper teneantur?

R. Affirmatiuè, niſi causâ legitimâ excuſentur, vt videbimus infra l. 31. ratio patet.

Quæres 3. An ſingulis annis poſſint abeſſe per duos menſes, vicario tamen approbato iuxta tridentinum concilium ſubſtituto?

R. 1. Cum Leſſio l. 2. c. 34. num. 159. Reginaldo l. 3. tractatu 3. num. 55. aliiſque non poſſe à ſuis parœciis abeſſe per duos menſes aliudue quamuis modicum tempus ſine cauſa legitima, vt omnes Doctores cenſent: nam tenentur ex dictis iure diuino & canonico ad reſidentiam.

R. 2. Cum ſinodus agit de huiuſmodi abſentiâ per duos menſes ſingulis annis, non dicere parochos ſine cauſa per illud tempus abeſſe poſſe.

Quæres 4. quas pœnas curati non reſidentes abſque legitimâ cauſa, ipſo facto incurrant?

R. Ex Sinodo Tridentina loco ſupra laudato conſtare illos præter mortiferam culpam quam contrahunt, priuari fructibus beneficij pro rata temporis abſentiæ ipſo facto.

Dices, An teneantur reſtituere fructus ante condemnationem?

R. Affirmatiuè 1. quia hoc præſcribit concilium verbis conceptis. 2. quia hæc pœna non eſt adeò grauis vt in iis numeranda ſit quas ex dictis vbi de legibus nemo tenetur executioni mandare, tametſi lex iubeat executionem abſque alia monitione vel declaratione.

Quæres 5. An alias pœnas curati non reſidentes incurrant?

R. Ex Concilio Tridentino poſſe ab

Epiſcopis citari & compelli ad reſidendum per cenſuras eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem ſubſtractionemque fructuum. Quod ad formulas exterioris fori ab Epiſcopis in hac materia ſeruandas attinet, fuſè illas Barboſa refert allegatione 53. n. 105.

LECTIO XXVIII.

In quo reſidentia Parochorum conſiſtat.

QVAERES I. Quid ſit Parochum reſidere?

R. 1. Eſt habitare in ſuâ Parœciâ. 2. Parochiale munus per ſe ipſum exercere.

Quæres 2. An Parochus priori obligationi ſatisfaciat habitando intra fines parœciæ quouis in loco?

R. 1. Plerumque ſatisfacere. Dixi plerumque nam in aliquo caſu non ſatisfaceret, Parochus enim vrbis mœnibus cinctæ, qui vel in pago aut villa eiuſdem parœciæ commorari vellet, non cenſeretur reſidere, cum parœciani vrbis non poſſent ad eum nocte recurrere portis clauſis; Barboſa allegatione 53. n. 73. addit eundem ſi habeat Eccleſiam ſuæ parœciæ annexam extra vrbem teneri habitare in vrbe nec poſſe in annexa reſidere.

R. 2. Conſulendum eſſe parochis vt in domo presbiterali, ſi vlla fuerit, vel aliâ propè Eccleſiam commorentur; ad quod, ſi

longiùs ab Eccleſia diſtent quamuis intra parœciæ fines, Epiſcopus poſſet eos compellere vt graues authores cenſent apud Barboſam allegatione 53. n. 71.

Quæres 3. An ille Parochus reſidere cenſeretur, qui à Parœciâ tribus aut quatuor milliaribus abeſſet, ſingulisque diebus feſtis ac dominicis ad eam ſe conferret ſacrum celebraturus?

R. Negatiuè iuxta plures authores à Barboſa laudatos allegatione 53. n. 74. quamuis abeſſet ad docendum in aliqua vicina vrbe.

Quæres 4. An peccent parochi, qui munus ſuum per ſe non obeunt, ſed in Vicariis reponunt?

R. Peccare mortaliter eſſeque ſacramentali abſolutione indignos, quandiu perſeuerauerint, licet Vicarios magis idoneos ſupponas: ratio eſt. 1. quia reſidentia eſſentialiter functionem munerum beneficij complectitur, vt ex cap. quia nonnulli de clericis non reſidentibus conſtat. 2. ius naturæ ſuggerit paſtorem ipſum debere ſuo munere fungi eamque obligationem perſonalem eſſe, adeò vt Bonacina variarum tractationum diſp. 5. p. 1. n. 3. dixerit æquè eſſe perſonalem ac breuiarij recitationem. 3. is eſt communis omnium Doctorum ſenſus apud Bonacinam eodem loco.

Dixi quamuis ponamus vicarios magis idoneos eſſe. Quia 1. id per accidens eſt. 2. dantur vicarii parochis vt ea munia præſtent, quæ iſti per ſe ipſos implere non poſſunt.

Digitized by Google

Quæres 5. Huiuſce lectionis fructus?

R. Obſeruandum eſſe 1. experientia conſtare maximam parochorum partem eſſe in continuò damnationis ſtatu, cum per ſe ipſos munus ſuum non præſtent. 2. illos qui eis in tali caſu beneficium abſolutionis impendunt, eſſe eiuſdem peccati & damnationis reos.

LECTIO XXIX.

De obligatione curionis qui vult abeſſe à Parœciâ.

QVAERES 1. Ad quid teneatur Parochus volens abeſſe à Parœciâ?

R. Ad duo. 1. enim tenetur petere acciperetque licentiam in ſcriptis à ſuo Epiſcopo. 2. Sacerdotem approbatum ab ordinario ſubſtituere in locum ſuum: ita ſinodus tridentina præſcribit ſeſſione 23. c. 1. de reformatione.

Quæres 2. An curio peccet qui habens iuſtam abſentiæ cauſam, non petit ab Epiſcopo licentiam diſcedendi?

R. 1. Quamuis Nauarrus cenſeat eum non peccare, ſi per bimeſtre tantum abfuerit, expliceτque in fauorem ſuæ opinionis conſilium: communem tamen ſententiam eſſe contrariam, quia concilium bene intellectum requirit vt curio ſemper licentiam petat.

R. 2. Si magni momenti negotium ſuperueniat, ita vt non poſſit parochus ſine graui damno adire Epiſcopum ad obtinendam licentiam diſcedendi, eum non peccaturum modò Sacerdotem approbatum ſubſtituat; quia per epikeiam id eſt fauorabilem interpretationem præſumi poteſt Epiſcopum ſi de momento negotij certior fieret, celerem diſceſſum curionis probaturum. Obſerua tamen cum Bonacina loco ſupra laudato n. 13. teneri parochum ſi breui non ſit reuerſurus, Epiſcopum de ſuæ profectionis cauſa monere.

Quæres 3. An curio qui abfuit cum iuſtâ cauſa ſed ſine licentia Epiſcopi, teneatur ad reſtitutionem fructuum pro rata temporis abſentiæ?

R. 1. quamuis peccauerit ex dictis, non teneri ad reſtitutionem iuxta Barboſam alioſque allegatione 53. n. 100. 2. cauendum eſſe ne curio ſibi blādiatur exiſtimans cauſā aliquam iuſtam quæ talis non eſt.

Quæres 4. Vtrum licentia, quæ ſine iuſta cauſa obtinetur, valida ſit; v. g. cum parochus decepit Epiſcopum?

R. Negatiuè, quia Concilium Tridentinum requirit iuſtam cauſam abſentiæ.

Quæres 5. An ſit neceſſarium dari licentiam in ſcriptis. An verò ſufficiat ore cōcedi?

R. 1. In foro exteriori neceſſarium eſſe vt de licentiâ conſtet in ſcriptis, niſi curio velit ſubire pœnas non reſidentibus impoſitas. 2. in foro interiori ſufficere licentiam verbo conceſſam vt docet communis opinio.

LECTIO XXX.

De cauſis legitimis ob quas poteſt diſpenſari Curio à reſidentiâ.

QVAERES I. Quandonam parochus communi iure diſpenſetur à reſidentia?

R. In duplici caſu. 1. propter ſtudium theologiæ per quinquennium, vt dicitur capitulo vltimo de magiſtris, idem aſſerunt Nauarrus, Reginaldus, & plures alij de ſtudio iuris canonici. Hic verò ex ante dictis obſeruandum eſt, Epiſcopum poſſe ad 7. annos diſpenſare pro quocumque ſtudio curioni proprio. 2. quando aliquis publicè docet theologiam idque per omne tempus quo docet vt conſtat ex dicto capitulo vltimo de magiſtris, quod citati authores ad publicè docentem ius canonicum extendunt. Obſerua tamen cum aliquibus doctoribus hoc intelligi de homine ad docendum illas ſcientias maximè neceſſario.

Quæres 2. quænam ſint generaliter cauſæ, ob quas Epiſcopus curionem à reſidentia iuſtè diſpenſare poteſt?

R. 4. Aſſignari à Concilio Tridentino ſeſſione 23. cap. 1. de reformatione.

Prima eſt chriſtiana charitas v. g. ſi parochus ad ſedandas graues inimicitias neceſſarius eſſet.

2. Vrgens neceſſitas, vt ſi Parochus ægro-

aret neceſſent in ſua parœcia, qui ei medicinam adhiberent.

3. Obedientia quam Papæ vel ſuo Epiſcopo debet, ſi ei nimirùm aliò ire præciperent. Et 4. euidens Eccleſiæ aut reipublicæ vtilitatis. Quia tamen hæc nimis extendi poſſent, quæſtionibus ſequentibus explicabuntur.

Quæres 3. An poſſit Epiſcopus curionem à reſidentia diſpenſare vt Eccleſiæ cathedrali ſuo iuſſu inſeruiat?

R. Non poſſe, iuxta opinionem Barboſæ pluriumque authorum quos laudat allegatione 53. n. 85.

Quæres 4. An poſſit eum diſpenſare vt eius operâ in diœceſis viſitatione vtatur?

R. Poſſe tantùm ad duos menſes iuxta poſſe vinum de officio curati c. 1. nu 12. & Bonacinam variarum tractationum diſputatione 5. p. 5. n. 14. aliosque plurimos qui à congregatione Cardinalium, ita deciſum eſſe referunt.

Quæres 5. An parochus à reſidentia diſpenſari valeat vt Epiſcopi domeſticus eique à ſecretis v. g. ſit?

R. Negatiuè iuxta prædictos authores apud Barboſam allegatione 53 nu. 86.

Quæres 6. Verùm grauis inimicitia, quæ parocho intercedat cum loci domino, iuſta ſit cauſa diſpenſationis à reſidentia?

R. Si grauis fuerit inimicitia citraque parochi culpam, poſſe Epiſcopum illi permittere vt per annum abſit, modò interim Epiſcopus extinguendæ inimicitiæ ſuam

operam nauet ac parochum alioſque nauat curet, quod ſi reconciliatio intra annum fieri non potuit, nec id penes curionem ſteterit, poteſt ad alterum annum diſpenſari dumtaxat: ſed perſeuerante inimicitia debet ſuum beneficium permutare: ita plures graues authores cenſent apud Barboſam allegatione 53. num. 89. & in declarationibus Concilij Tridentini ſuper ſeſſione 23. cap. 1.

Quæres 7. An curio poſſit à reſidentiâ diſpenſari propter ſuum morbum?

R. 1. Si laboret morbo non perpetuo deficiantque in parœcia medici aut medicamenta, poſſe diſpenſari ad 4. menſes ſi toto illo tempore opus ſit; ita cenſent prædicti authores & Barboſa allegatione 53. n. 90.

R. 2. Morbum quamuis perpetuum eſt inſanabilem vel aëris grauitatem aut ſummam ſenectutem oneri parochorum imparem, non eſſe iuſtas abſentiæ cauſas vt tenet communis opinio apud Barboſam allegatione 53. n. 91.

Quæres 8. An Parochus ob peſtem in ſua parœcia graſſantem iuſtam habeat abſentiæ cauſam?

R. 1. Non habere quia in hoc præcipuè caſu tenetur facere quod ait Dominus in Euangelio nimirū *dare animam ſuam id eſt vitam perdere boni paſtoris inſtar pro grege ſuo*. Ioan. 10. Hæc eſt communis opinio apud Barboſam & Bonacinam locis ſupra citatis.

R. 2. Quamuis aliqui Doctores putauerint non teneri parochum reſidere in hoc

caſu, modò æque bene per alium conſulat ſuis ouibus: eam tamen opinionem ferè numquam in praxim reduci poſſe, quia euidens eſt, non poſſe moraliter accidere parœciam ita Sacerdotibus idoneis eſſe inſtructam vt curionis ope non egeat. 1. propter ingentem ægrotantium & animam agentium numerum. 2. propter maximam conſolationem quam ſuis ouibus afferret, ſi eis in tanta neceſſitate opituletur.

LECTIO XXXI.

De reſidentia obtinentium beneficia in Capitulis.

QVAERES I. Vtrùm obtinentes beneficium in Capitulo teneantur ad reſidentiam?

R. *1.* Cum omnibus Doctoribus poſt plures canones teneri. Obſerua tamen ſinodum tridentinam ſeſſione 24. cap. 12. de reformatione illis permittere quolibet anno abſentiam 3. menſium continuorum vel interruptorum, non vltrà.

R. 2. Eiuſmodi beneficiarios non reſidentes minimè à graui peccato eſſe excuſandos, quamuis nullum ex beneficio fructum percipiant, illud retinentes, vel vt permutent, vel vt in fauorem alicuius conſanguinei nondùm per ætatem idonei reſignent. Quia 1. in his circunſtantiis videre li-

LECTIO XXXII.

De obligatione quæ beneficiarios adſtringit erogandi ſuperfluos beneficiorum fructus in pios vſus.

QVÆRES 1. Quid per ſuperfluos beneficiorum fructus intelligatur?

R. Quidquid honeſtæ ac moderatæ beneficiariorum ſuſtentationi supereſt.

Quæres 2. An beneficiarij fructuum beneficiorum ſuorum dominium habeant?

R. Duas eſſe Doctorum ſententias. Prior eſt Nauarri pluriumque aliorum negantium: quia ſancti & canones dicunt beneficiarios qui malè ſuos reditus expendunt v.g. vt ſuos conſanguineos ditent, vel in ſuperfluos ſumptus commeſſationes, & his ſimilia eſſe fures & ſacrilegij reos. Poſterior eſt recentiorum qui contrarium affirmant.

Quæres 3. Vtrùm beneficiarij, qui ſuos reditus expendunt in malos aut prophanos vſus peccent?

R. Procul dubio grauiter peccare, neque repugnat vllus author 1. quia id prohibent ſacri canones ac nouiſſimè tridentina ſinodus ſeſſione 25 de reformatione c. 1. quæ maximè illis interdicit ne ex reditibus Eccleſiæ conſanguineos familiareſue ſuos augere ſtudeant.

2. Benefactores eo tantùm animo reditus

Eccleſiæ contulerunt vt in pia opera erogentur.

3. Beneficiarij iure naturali tenentur non expendere fructus ſuos in malos aut prophanos vſus, cum ſint vt loquitur Concilium Trid. res Dei; quòd ad Deum pertineant eique oblatæ dedicatę & conſecratę fuerint, quas proinde natura ipſa docet non eſſe diſſipandas; idque confirmatur hac ſimilitudine populari quidem, ſed quæ omninò conuincit; ſi quis calicem, caſulam, vel alia ſacratum ædium decora capellæ ſanctæ Mariæ Montisſerrati, v.g. dono dediſſet: nunquid Sacerdotes aut Monachi dictæ capellæ rei forent grauis culpæ, ſi pecuniam ex illis venditis redactam in ditandos conſanguineos vel comeſſationes inſumerent; pariter de reditibus beneficiorum inquit Cardinalis Delugo philoſophandum eſt, cum fideles, qui eos olim Eccleſiæ contulerunt iamque ſoluendo decimas conferunt, eo tantùm animo dederint ac dent vt ſanctè conſumantur.

Quæres 4. Vtrùm beneficiarii peccent ſi miſſarum, exequiarumue ſtipendia vel quidquid alias functiones eccleſiaſticas obeundo lucrantur, ad vſus prophanos v.g. ditandos propinquos inſumant?

R. Non peccare, niſi adſit grauis aliqua circunſtantia quæ rem illicitam reddat; quia hæc non ſunt bona beneficii, ſed fructus lucrum & merces laboris & induſtriæ ipſorum quæ à Doctoribus appellantur bona quaſi caſtrenſia.

Quæres

Quæres 5. quid ſi Beneficiarius propinquis donet ea quæ ſibi ex honeſtâ ſuſtentatione parcè viuendo ſubſtraxit, puta 50. nummos, ponamuſque 100. ad honeſtam illius ſuſtentationem neceſſarios eſſe?

R. Probabilius eſſe id tutâ conſcientiâ poſſe: cum enim habeat jus eos reditus conſumendi: poteſt ſeruare ſi velit, vt donet?

Quæres 6. quænam ſumma foret materia peccati mortalis in Beneficiario qui ſuos reditus malè impenderet?

R. 1. Eſſe valdè probabile, ſummam quæ foret materia peccati mortalis in furto, non fore talem in iſto caſu.

2. Non poſſe definiri præcisè quænam ſumma foret materia grauis, ſed hoc ex circunſtantijs judicandum.

LECTIO XXXIII.

De vſibus in quos Beneficiario licet, aut non licet ſuos reditus expendere.

QVÆRES 1. vtrum Beneficiarius poſſit egenis conſanguineis reditus Beneficij ſuperfluos erogare?

R. Poſſe modò verè ſint egeni, quantùm opus erit vt ſe in fortuna & conditione ſua ſuſtentent, nihil tamen ſuprà; facit enim opus pium quod prudentia & aliæ circunſtantiæ ſubſequuntur. Caueat

ſolùm beneficiarius nè ſibi Blandiatur in hoc caſu.

Quæres 2. vtrum Beneficiarius qui nullas alias facultates habet præter Beneficij ſui reditus, poſſit alere vel dotare ſuos liberos legitimos aut ſpurios?

R. Iuxta communem ſententiam poſſe: quia ſi beneficiarium patrem eſſe conſideres, opus in tali caſu pium ſuſcipere non negabis.

Quæres 3. an poſſit fratrem, nepotem vel alium conſanguineum in ſtudijs alere ſumptibus Beneficij ſui?

R. Duas eſſe Doctorum ſententias, quarum probabilior cenſet raró cõtingere vt Beneficiarius id poſſit ſine peccato, cum in hoc pauciſſimi neceſſarias conditiones obſeruent.

Rogabis quænam illæ ſint?

R. Quatuor præcipuas aſſignari. 1. Vt valde probabile ſit ſtudium ſaluti animæ conſanguinei profuturum, vt ſi Beneficiarius eum Chriſtianæ Fidei ac pietatis elementa diſcere curet: illum verò ad ſtudia promouere non eſt ex ſe paſſimque opus pium, niſi adſit quædam optima circunſtantia: ratio eſt quia ſæpe illi conſanguinei res ſuas felicius gererent artem aliquam tractando; cum experientiâ conſtet maximam partem illorum qui ſumptibus Eccleſiæ ſtudent, aut ſi vitam otioſam vel inquinatam vitijs agere. 2. Aut ſi munera Reipublicæ capiant, plurima peccata committere, quod eis obeundis prop-

Digitized by Google

ter ſtudia literarum neglecta impares ſint.

Dices nunquid beneficiarius pium opus ſuſcipiet, ſi conſanguineum in ſtudijs alat vt Clericus eſſe poſſit?

R. 1. Generatim loquendo id non eſſe opus pium; contra ſæpè in hoc Beneficiarios peccare, quod paſſim alant in ſtudiis propinquos, qui ſtatus clericalis animum non habent, vel ad eum idonei non ſunt, illumque ſolâ obtinendi Beneficii ſpe allecti ſuſcipiunt.

R. 2. Interdum fore opus pium, ſi probabiliter iudicet eum vtilem Eccleſiæ futurum, quod in illo veras boni clerici notas deprehendat. Iſtaque eſt

2. Altera circunſtantia neceſſaria vt Beneficiarius poſſit abſque peccato alere in ſtudiis conſanguineum fructibus beneficii ſui.

3. Vt conſanguinei pater non poſſit eum alere: ſi enim poſſit quamuis aliquo afficiatur incommodo, Beneficiarius non debet in hanc rem ſui Beneficii fructus expendere: non enim prodeſt Eccleſiæ, parcendo ſumptibus patris, cum valdè incertum ſit eiuſmodi conſanguineum fore vtilem Eccleſiæ, quotidianaque experientiâ conſtet non ita eſſe.

4. Vt non ideò ſuæ obligationi Beneficiarius deſit. 1. Reficiendi ædes ſacras ſui Beneficii. 2. Et ſacram eis ſupellectilem neceſſariam ſuppeditandi. 3. Subueniendi extremâ vel grauiſſimâ inopiâ laboranti-

bus in loco Beneficij. 4. Libros emendi, quos ad munus perſoluendum opus habet. Ratio eſt quia tenetur ex juſtitia & potiſſimùm ad iſta, non verò ad alendum in ſtudiis conſanguineum: quod eſt ſolum charitatis & ſupererogationis opus.

LECTIO XXXIV.

Quid per honeſtam Beneficiarij ſuſtentationem intelligatur.

QVÆRES I. quænam ſummæ neceſſaria ſit honeſta Beneficiarij ſuſtentationi?

R. non poſſe aſſignari vniuerſalem regulam, ſed perſonæ loci aliarumve circunſtantiarum habendam eſſe rationem; cùm fieri poſſit vt ducentæ libræ vni Beneficiario ſufficiant: quadringentæ verò pluresque alteri non ſufficiant.

Quæres 2. vtrùm Beneficiarius nobilis, majorem ſibi fructuum quãtitatem pro cõgrua ſuſtentatione præfinire poſſit, quàm ignobilis, etſi vterque Beneficium æqualis valoris & dignitatis obtineat, puta ſi ambo ſint Archidiaconi?

R. poſt Delugo de juſtitia & jure ſectione 4. n. 6. duas eſſe Doctorum ſententias. Prima negat poſſe ideò ſibi majorem fructuum quantitatem conſtituere pro congrua ſuſtentatione, nimirùm vt majores

ſumptus in menſam, famulos & veſtes faciat; 1. quia ſtatus Clericalis præ ſe fert humilitatem, cui hęc omnia contraria ſunt. 2. magna foret morum prolapſio, ſi Eccleſiæ ſpiritus vanæ ſæculi pompæ ſeruiret, ad quam fouendam non ſunt inſtituta Beneficia, ſed ad frugalem dumtaxat Clericorum victum.

Secunda priorem mitigat aliquantùm, docetque Beneficiarium, de quo eſt quæſtio, poſſe ſibi pluſculum præfinire, quam poſſit alius habens quidem ſimile Beneficium, ſed tamen ignobilis. 1. quia Beneficiarij nobiles Eccleſiæ ſunt, plerumque vtiliores, 2. ſi Eccleſia ſummo cum eis iure agens maiores illis quam aliis ſumptus facere non permitteret: omnia ſuſcipiendi Clericalis ſtatus incitamenta Nobilibus auferret, quare infimæ tantùm ſortis hominibus in clerum adſcriptis minus Eccleſiæ ſubueniretur.

Obſeruandum tamen eſt cum dicto Delugo, Authores huius ſecundæ ſententiæ concèptis verbis aſſerere Beneficiarium de quo agimus, non poſſe tutâ conſcientiâ lautum victum & elegantem adeò magnificè colere ſumptibus Beneficii, vt potuiſſet juxta natalium ſplēdorem, ſi laïcus fuiſſet: quia ſtatus Clericalis juxta communem ſenſum exigit moderationem, decorum, ac frugalitatem, quæ omnia Clericis Concilia tantopere commendarunt.

Sed rogabis vtra iſtarum opinionum ſit probabilior & conſulenda?

R. priorem eſſe probabiliorem : quia nititur rationibus quæ magis Euangelio conſonant : alterius verò ſententiæ rationes per exigui momenti ſunt ; nam quod ad primam attinet, ſæpè accidit nobiles non eſſe ſemper adeò vtiles Eccleſiæ, imo interdum minus. Quod verò ad alteram ſpectat, parum illi congruenter Euangelio diſcurrunt, qui ſpe fruendi voluptatibus nobiles ad militiam clericalem amplexandam trahi volunt ; hoc enim eſt veræ legitimæque vocationi omnino contrarium.

Quæres 3. vtrum nomine ſuſtentationis congruæ quam ex reditibus ſuis percipiendi jus habet Beneficiarius, debitorum ipſius ſolutio intelligatur?

R. cum diſtinctione. 1. Enim ſi æs alienum ante conſecutionem Beneficij contraxit etiam ob pias cauſas : non poteſt illud bonis Eccleſiæ diſſoluere : quia tunc temporis Eccleſia non tenebatur eum ſuſtentare.

2. At ſi contraxit poſt adeptionem Beneficij, non tamen vt ſe ſuſtentet vel pium opus ſuſcipiat, ſed ob vſus prophanos : non poteſt etiam ſe illo reditibus Beneficij liberare ; quia ſicut peccaret inſumendo fructus ſuos in res prophanas, ita quoque peccaret illis æs alienum ad prophanos vſus contractum diſſoluendo. Hoc tamen intelligendum eſt modo Beneficiarius habeat bona patrimonialia: nam ſi nō habeat, creditores fraudare non debet;

itaque illis ſatisfacere poteſt reditibus quos honeſtæ ſuſtentationi ſubtraxit, nimirum parcendo ſumptibus, ita tamen vt egenis benignè facere non omitat.

LECTIO XXXV.

Vbi agitur de argumento eodem.

QVÆRES 1. vtrùm Beneficiarius jure frugaliter victitandi reditibus Eccleſiæ, poſſit aliquid ſeruare in caſus futuros?

R. poſſe, modo id fiat ſine vllo exceſſu ac nimio diuitiarum ſtudio: ita communiter Doctores.

Quæres 2. an liceat Beneficiario fructuum notabilem quantitatem ſeponere, vt deinde noſocomium Collegium, Capellaniam annuis opibus fundet?

R. raro id fieri conſulique poſſe: quod periculum ſit, 1. nè Beneficiarius mutet voluntatem & hujuſmodi ſummam propinquis tradat, & vſui prophano aſſignet. 2. Nè illa ſurripiatur 3. nè pecuniarum coaceruatio pernicioſum exemplum prodat. 4. Nè ſi Beneficiarius inteſtato moriatur, propinqui dictas pecunias ſerment, quamuis ille ſcriptum priuatum reliquerit, quo eas, ſi ipſum mori contingat, in pium opus inſumi jubet.

R. 2. interdum fieri poſſe vt Beneficiarius has res congerat non ſolùm abſque peccato, ſed etiam cum laude, modò nullum ſit periculum dictorum incõmodorum.

Quæres 3. vtrùm honeſta Beneficiarii ſuſtentatio includat hoſpitalitatis expenſas?

R. 1. Beneficiarium laudabiliter poſſe, tenerique interdùm reditus ſuos in hoſpitalitatem impendere, cum Scriptura & Canones generatim loquendo hanc virtutem conſulant.

R. 2. eo tamen prætextu Beneficiarium non poſſe imprudenter effuſeque hoſpitalem eſſe, vtque hoc vitet, eum teneri victum colere, vt nemo ad illum diuertat luxus & lautioris menſæ gratiâ, ſed boni tantùm exempli Chriſtianæque diſciplinæ.

Quæres 4. an etiam includat munera, quæ gratitudo ac decorum exigit à Beneficiario illis exhiberi à quibus obſequium, vel donum accepit?

R. affirmatiuè, modò caueat Beneficiarius ab exceſſu, teneatque modum Eccleſiaſtico ſpiritui conuenientem. Ratio eſt, quia gratitudo prudenſque liberalitas virtutes ſunt laude digniſſimæ, quæque viros honorabiles decent.

Quæres 5. vtrum ſi aliquis Petro Beneficiario rem valoris 100. nummorum dederit equum, v. g. poſſit ei Petrus in Beneficii compenſationem equum maioris pretii dare?

R. poſſe, modo abſit grauis exceſſus, v. g.

vt equi valor non excedat 120. nummos aut circiter, ob eandem rationem ſuperiori reſponſione datam.

Rogabis an Petrus illam rem dono datam poſſit vt patrimonij bonum in prophanos vſus inſumere?

R. cum Delugo diſp. 4. ſect. 4. num. 74. non poſſe, quia hæc res v. g. equus ſuccedit in tali caſu rei datæ in teſtificationem grati animi, quæ erat, vt ſupponimus Eccleſiaſtica.

Quæres 6. vtrum honeſta ſuſtentatio Beneficiarij, domus in qua verſetur extructionem comprehendat?

R. conſtare Beneficiarium poſſe locare domum in qua habitet, ſi nulla ſit domus presbyteralis, at ſi aliquam Beneficij ſumptibus extruat, teneri illam Eccleſiæ, vel operi verè pio aſſignare, caueatque ne poſt ipſius mortem hæredes illam obtineant, niſi velit impio & infelici leto perire, ratio patet, atque colligitur ex dictis.

Quæres 7. vtrum Beneficiarius teſtari poſſit de reditibus Eccleſiaſticis?

R. 1. olim validè non potuiſſe, nunc tamen poſſe.

R. 2. non tamen licitè poſſe in præſens, ob rationes lectione 32. num. 2. allatas.

TRACTATVS XXI.

De ſimonia & confidentia.

LECTIO I.

De ſimoniæ definitione.

QVÆRES 1. quid ſit ſimonia? R. eſſe voluntatem ſtudioſam vendendi aut emendi pretio rem ſacram & ſpiritualem vel illi annexam. Explico definitionem.

Dixi 1. eſſe voluntatem ſtudioſam vt indicarem hoc peccatum à vehementi auaritiæ vel ambitionis cupiditate oriri.

Dixi 2. voluntatem emendi: aut vẽdendi quibus verbis emptionis aut venditionis intelligitur omne genus cõtractus puta locationis, permutationis & ſimiliũ; nã ſi Petrus v. g. villã cum Beneficio permutaret, quamuis nulla foret in hoc emptio aut venditio, ſed permutatio, ſimonia tamen eſſet. Nomine autem voluntatis intelligitur vera voluntas & intentio vendendi aut emendi. Vnde ſequitur eum qui promittit alteri pecuniã, modo ſuum ipſi Beneficium reſignet, non habens tamen animum tradendi pecuniã, ſed illum decipiendi; grauis

quidé peccati reum fore, ſed non ſimoniæ.

Dixi 3. vendendi aut emendi pretio id eſt re aliqua temporali pretio æſtimabili. Quamobrem notanda eſt diuiſio quam afferunt Doctores in hac materia poſt canonem ſaluator 1. q. 3. nimirum triplex eſſe genus pretij ſeu rerum temporalium quæ per ſimoniam dari poſſunt. 1. Eſt pretium donorum ſeu munerum, vt pecunia, equus vel quid ſimile. Quod pretium Doctores vocant munus à manu. 2. Eſt pretium linguæ quod dicitur munus à linguâ. v. c. ſi Petrus domeſtico vel amico collatoris pecuniam daret, vt illum ad ſibi cõferendum Beneficium induceret. 3. Eſt pretium obſequii quod vocatur munus ab obſequio vt ſi Petrus obſequium domeſticum aliudue præſtaret alicui Præſuli vel alteri collatori Beneficiorum præcipuè ſibi adeptionem Beneficii proponens in pretium & compenſationem obſequiorum ſuorum.

Dixi 4. rem ſacram vt oſtenderem ſimoniam eſſe ſpeciem ſacrilegii contra virtutem religionis.

Dixi 5. rem ſacram & ſpiritualem. Quia ſi res aliqua ſpiritualis eſſet 1. incorporea, ſed non ſancta & ſacra: illius emptio aut venditio non eſſe ſimonia. Vt ſi quis venderet aut emeret dæmonium, quamuis grauiſſimè peccaret.

Quæres 2. quid per rem ſacram & ſpirituale intelligatur? R. cum Leſſio l. 2. c. 35 n. 12. & aliis rem ſacrã & ſpirituale eſſe poſſe tribus modis. 1. Naturâ & eſsẽtiâ ſuâ vt ſunt

ſolùm beneficiarius nè ſibi Blandiatur in hoc caſu.

Quæres 2. vtrum Beneficiarius qui nullas alias facultates habet præter Beneficij ſui reditus, poſſit alere vel dotare ſuos liberos legitimos aut ſpurios?

R. Iuxta communem ſententiam poſſe: quia ſi beneficiarium patrem eſſe conſideres, opus in tali caſu pium ſuſcipere non negabis.

Quæres 3. an poſſit fratrem, nepotem vel alium conſanguineum in ſtudijs alere ſumptibus Beneficij ſui?

R. Duas eſſe Doctorum ſententias, quarum probabilior cenſet raró cõtingere vt Beneficiarius id poſſit ſine peccato, cum in hoc pauciſſimi neceſſarias conditiones obſeruent.

Rogabis quænam illæ ſint?

R. Quatuor præcipuas aſſignari. 1. Vt valde probabile ſit ſtudium ſaluti animæ conſanguinei profuturum, vt ſi Beneficiarius eum Chriſtianæ Fidei ac pietatis elementa diſcere curet: illum veró ad ſtudia promouere non eſt ex ſe paſſimque opus pium, niſi adſit quædam optima circunſtantia: ratio eſt quia ſæpe illi conſanguinei res ſuas felicius gererent artem aliquam tractando; cum experientiâ conſtet maximam partem illorum qui ſumptibus Eccleſiæ ſtudent, aut ſi vitam otioſam vel inquinatam vitijs agere. 2. Aut ſi munera Reipublicæ capiant, plurima peccata committere, quod eis obeundis prop-

ter ſtudia literarum neglecta impares ſint.

Dices nunquid beneficiarius pium opus ſuſcipiet, ſi conſanguineum in ſtudijs alat vt Clericus eſſe poſſit?

R. 1. Generatim loquendo id non eſſe opus pium; contra ſæpè in hoc Beneficiarios peccare, quod paſſim alant in ſtudiis propinquos, qui ſtatus clericalis animum non habent, vel ad eum idonei non ſunt, illumque ſolâ obtinendi Beneficii ſpe allecti ſuſcipiunt.

R. 2. Interdum fore opus pium, ſi probabiliter iudicet eum vtilem Eccleſiæ futurum, quod in illo veras boni clerici notas deprehendat. Iſtaque eſt

2. Altera circunſtantia neceſſaria vt Beneficiarius poſſit abſque peccato alere in ſtudiis conſanguineum fructibus beneficii ſui.

3. Vt conſanguinei pater non poſſit eum alere: ſi enim poſſit quamuis aliquo afficiatur incommodo, Beneficiarius non debet in hanc rem ſui Beneficii fructus expendere: non enim prodeſt Eccleſiæ, parcendo ſumptibus patris, cum valdè incertum ſit eiuſmodi conſanguineum fore vtilem Eccleſiæ, quotidianaque experientiâ conſtet non ita eſſe.

4. Vt non ideò ſuæ obligationi Beneficiarius deſit. 1. Reficiendi ædes ſacras ſui Beneficii. 2. Et ſacram eis ſupellectilem neceſſariam ſuppeditandi. 3. Subueniendi extremâ vel grauiſſimâ inopiâ laboranti-

Digitized by Google

bus in loco Beneficij. 4. Libros emendi, quos ad munus perſoluendum opus habet. Ratio eſt quia tenetur ex juſtitia & potiſſimùm ad iſta, non verò ad alendum in ſtudiis conſanguineum: quod eſt ſolum charitatis & ſupererogationis opus.

LECTIO XXXIV.

Quid per honeſtam Beneficiarij ſuſtentationem intelligatur.

QVÆRES 1. quænam ſummæ neceſſaria ſit honeſta Beneficiarij ſuſtentationi?

R. non poſſe aſſignari vniuerſalem regulam, ſed perſonæ loci aliarumve circunſtantiarum habendam eſſe rationem; cùm fieri poſſit vt ducentæ libræ vni Beneficiario ſufficiant: quadringentæ verò pluresſque alteri non ſufficiant.

Quæres 2. vtrùm Beneficiarius nobilis, majorem ſibi fructuum quãtitatem pro cõgrua ſuſtentatione præfinire poſſit, quàm ignobilis, etſi vterque Beneficium æqualis valoris & dignitatis obtineat, puta ſi ambo ſint Archidiaconi?

R. poſt Delugo de juſtitia & jure ſectione 4. n. 6. duas eſſe Doctorum ſententias. Prima negat poſſe ideò ſibi majorem fructuum quantitatem conſtituere pro congrua ſuſtentatione, nimirùm vt majores

ſumptus in menſam, famulos & veſtes faciat; 1. quia ſtatus Clericalis præ ſe fert humilitatem, cui hęc omnia contraria ſunt. 2. magna foret morum prolapſio, ſi Eccleſiæ ſpiritus vanæ ſæculi pompæ ſeruiret, ad quam fouendam non ſunt inſtituta Beneficia, ſed ad frugalem dumtaxat Clericorum victum.

Secunda priorem mitigat aliquantùm, docetque Beneficiarium, de quo eſt quæſtio, poſſe ſibi pluſculum præſumere, quam poſſit alius habens quidem ſimile Beneficium, ſed tamen ignobilis. 1. quia Beneficiarij nobiles Eccleſiæ ſunt, plerumque vtiliores, 2. ſi Eccleſia ſummo cum eis iure agens maiores illis quam aliis ſumptus facere non permitteret: omnia ſuſcipiendi Clericalis ſtatus incitamenta Nobilibus auferret, quare infimæ tantùm ſortis hominibus in clerum adſcriptis minus Eccleſiæ ſubueniretur.

Obſeruandum tamen eſt cum dicto De-lugo, Authores huius ſecundæ ſententiæ conceptis verbis aſſerere Beneficiarium de quo agimus, non poſſe tutâ conſcientiâ lautum victum & elegantem adeò magnificè colere ſumptibus Beneficii, vt potuiſſet juxta natalium ſplẽdorem, ſi laïcus fuiſſet: quia ſtatus Clericalis juxta communem ſenſum exigit moderationem, decorum, ac frugalitatem, quæ omnia Clericis Concilia tantopere commendarunt.

Sed rogabis vtra iſtarum opinionum ſit probabilior & conſulenda?

R. priorem eſſe probabiliorem : quia nititur rationibus quæ magis Euangelio conſonant : alterius verò ſententiæ rationes per exigui momenti ſunt ; nam quod ad primam attinet, ſæpè accidit nobiles non eſſe ſemper adeò vtiles Eccleſiæ, imo interdum minus. Quod verò ad alteram ſpectat, parum illi congruenter Euangelio diſcurrunt, qui ſpe fruendi voluptatibus nobiles ad militiam clericalem amplexandam trahi volunt ; hoc enim eſt veræ legitimæque vocationi omnino contrarium.

Quæres 3. vtrum nomine ſuſtentationis congruæ quam ex reditibus ſuis percipiendi jus habet Beneficiarius, debitorum ipſius ſolutio intelligatur?

R. cum diſtinctione. 1. Enim ſi æs alienum ante conſecutionem Beneficij contraxit etiam ob pias cauſas : non poteſt illud bonis Eccleſiæ diſſoluere : quia tunc temporis Eccleſia non tenebatur eum ſuſtentare.

2. At ſi contraxit poſt adeptionem Beneficij, non tamen vt ſe ſuſtentet vel pium opus ſuſcipiat, ſed ob vſus prophanos : non poteſt etiam ſe illo reditibus Beneficij liberare ; quia ſicut peccaret inſumendo fructus ſuos in res prophanas, ita quoque peccaret illis æs alienum ad prophanos vſus contractum diſſoluendo. Hoc tamen intelligendum eſt modo Beneficiarius habeat bona patrimonialia: nam ſi nō habeat, creditores fraudare non debet;

itaque illis ſatisfacere poteſt reditibus quos honeſtæ ſuſtentationi ſubtraxit, nimirum parcendo ſumptibus, ita tamen vt egenis benignè facere non omitat.

LECTIO XXXV.

Vbi agitur de argumento eodem.

QVÆRES 1. vtrùm Beneficiarius jure frugaliter victitandi reditibus Eccleſiæ, poſſit aliquid ſeruare in caſus futuros?

R. poſſe, modo id fiat ſine vllo exceſſu ac nimio diuitiarum ſtudio: ita communiter Doctores.

Quæres 2. an liceat Beneficiario fructuum notabilem quantitatem ſeponere, vt deinde noſocomium Collegium, Capellaniam annuis opibus fundet?

R. raro id fieri conſulique poſſe: quod periculum ſit, 1. nè Beneficiarius mutet voluntatem & hujuſmodi ſummam propinquis tradat, & vſui prophano aſſignet. 2. Nè illa ſurripiatur 3. nè pecuniarum coaceruatio pernicioſum exemplum prodat. 4. Nè ſi Beneficiarius inteſtato moriatur, propinqui dictas pecunias ſeruent, quamuis ille ſcriptum priuatum reliquerit, quo eas, ſi ipſum mori contingat, in pium opus inſumi jubet.

R. 2. interdum fieri poſſe vt Beneficiarius has res congerat non ſolùm abſque peccato, ſed etiam cum laude, modò nullum ſit periculum dictorum incõmodorum.

Quæres 3. vtrùm honeſta Beneficiarii ſuſtentatio includat hoſpitalitatis expenſas?

R. 1. Beneficiarium laudabiliter poſſe, tenerique interdùm reditus ſuos in hoſpitalitatem impendere, cum Scriptura & Canones generatim loquendo hanc virtutem conſulant.

R. 2. eo tamen prætextu Beneficiarium non poſſe imprudenter effuſeque hoſpitalem eſſe, vtque hoc vitet, eum teneri victum colere, vt nemo ad illum diuertat luxus & lautioris menſæ gratiâ, ſed boni tantùm exempli Chriſtianęque diſciplinæ.

Quæres 4. an etiam includat munera, quæ gratitudo ac decorum exigit à Beneficiario illis exhiberi à quibus obſequium, vel donum accepit?

R. affirmatiuè, modò caueat Beneficiarius ab exceſſu, teneatque modum Eccleſiaſtico ſpiritui conuenientem. Ratio eſt, quia gratitudo prudenſque liberalitas virtutes ſunt laude digniſſimæ, quæque viros honorabiles decent.

Quæres 5. vtrum ſi aliquis Petro Beneficiario rem valoris 100. nummorum dederit equum, v.g. poſſit ei Petrus in Beneficii compenſationem equum maioris pretii dare?

R. poſſe, modo abſit grauis exceſſus, v.g.

vt equi valor non excedat 120. nummos aut circiter, ob eandem rationem superiori reſponſione datam.

Rogabis an Petrus illam rem dono datam poſſit vt patrimonij bonum in prophanos vſus inſumere?

R. cum Delugo diſp. 4. ſect. 4. num. 74. non poſſe, quia hæc res v. g. equus ſuccedit in tali caſu rei datæ in teſtificationem grati animi, quæ erat, vt ſupponimus Eccleſiaſtica.

Quæres 6. vtrum honeſta ſuſtentatio Beneficiarij, domus in qua verſetur extructionem comprehendat?

R. conſtare Beneficiarium poſſe locare domum in qua habitet, ſi nulla ſit domus presbyteralis, at ſi aliquam Beneficij ſumptibus extruat, teneri illam Eccleſiæ, vel operi verè pio aſſignare, caueatque ne poſt ipſius mortem hæredes illam obtineant, niſi velit impio & infelici leto perire, ratio patet, atque colligitur ex dictis.

Quæres 7. vtrum Beneficiarius teſtari poſſit de reditibus Eccleſiaſticis?

R. 1. olim validè non potuiſſe, nunc tamen poſſe.

R. 2. non tamen licitè poſſe in præſens, ob rationes lectione 32. num. 2. allatas.

quidé peccati reum fore, ſed non ſimoniæ.

Dixi 3. vendendi aut emendi pretio id eſt re aliqua temporali pretio æſtimabili. Quamobrem notanda eſt diuiſio quam afferunt Doctores in hac materia poſt canonem ſaluator 1. q. 3. nimirum triplex eſſe genus pretij ſeu rerum temporalium quæ per ſimoniam dari poſſunt. 1. Eſt pretium donorum ſeu munerum, vt pecunia, equus vel quid ſimile. Quod pretium Doctores vocant munus à manu. 2. Eſt pretium linguæ quod dicitur munus à linguâ. v. c. ſi Petrus domeſtico vel amico collatoris pecuniam daret, vt illum ad ſibi cōferendum Beneficium induceret. 3. Eſt pretium obſequii quod vocatur munus ab obſequio vt ſi Petrus obſequium domeſticum aliudue præſtaret alicui Præſuli vel alteri collatori Beneficiorum præcipuè ſibi adeptionem Beneficii proponens in pretium & compenſationem obſequiorum ſuorum.

Dixi 4. rem ſacram vt oſtenderem ſimoniam eſſe ſpeciem ſacrilegii contra virtutem religionis.

Dixi 5. rem ſacram & ſpiritualem. Quia ſi res aliqua ſpiritualis eſſet 1. incorporea, ſed non ſancta & ſacra : illius emptio aut venditio non eſſe ſimonia. Vt ſi quis venderet aut emeret dæmonium, quamuis grauiſſimè peccaret.

Quæres 2. quid per rem ſacram & ſpirituale intelligatur? R. cum Leſſio l. 2. c. 35. n. 12. & aliis rem ſacrã & ſpirituale eſſe poſſe tribus modis. 1. Naturâ & eſsẽtiâ ſuâ vt ſunt

gratiæ gratuitæ, dona Spiritus ſancti, virtutes ſupernaturales, & his ſimilia. 2. quia eſt cauſa ſanctificationis vel effectiua, vt ſunt Sacramenta, vel diſpoſitiua & excitatiua, vt res ſacramentales, prædicatio verbi Dei, &c. 3. quia eſt effectus vel vſus ſacræ poteſtatis ſpiritualis, vt excommunicatio, abſolutio, benedictiones & conſecrationes quas facit Eccleſia, &c.

Quæres 3. quid per rem ſpirituali, & ſacræ rei annexam intelligamus? R. poſt S. Thomam 2. 2. q. 100. art. 4. in corpore aliquid poſſe eſſe annexum rei ſacræ & ſpirituali duobus modis. 1. antecedenter. Quia functionibus ſacris & ſpiritualibus deſtinatur; vt vaſa ſacra, Calices v. g. vel jus patronatus. 2. conſequenter; vt ſunt Beneficia quæ ad Officia diuina & Eccleſiaſticas functiones inſtituta ſunt.

LECTIO II.

De ſimoniæ diuiſione.

QVÆRES 1. quomodò ſimonia diuidatur? R. diuidi ſimoniam in mentalem; conuentionalem & realem.

Quæres 2. quid ſit mentalis ſimonia? R. duplicem eſſe poſſe mentalem ſimoniam, 1. cum aliquis mente concipit deſiderium & intentionem emendi cras v. g. Beneficium aliquod. Nunc autem de illa

Digitized by Google

non agemus. 2. cum aliquis dat rem temporalem alteri cum interno & occulto propoſito eum obligandi ad reddendum aliquid ſpirituale, vt ſi Presbyter Epiſcopo ſeruiat præcipuè intendens eum obligare ad ſibi Beneficium conferendum in mercedem obſequij. De hac verò mentali ſimonia hìc loquimur.

Quæres 3. quid ſit ſimonia conuentionalis? R. eſſe pactum ſeu conuentionem expreſſam aut tacitam dandi vel accipiendi rem aliquam temporalem pro ſpirituali, nondùm tamen vel ex altera tantùm parte completam.

Dixi 1. conuentionem expreſſam, quæ ſcilicet fit verbis perſpicuis ac diſtinctis; vt ſi Ioannes cum Paulo paciſcatur ſe talem illi pecuniæ ſummam daturum modò ipſi Beneficium, vel alter eius operâ reſignet aut conferat.

Dixi 2. aut tacitam, 1. quæ verbis obſcuris vel obliquis, aut etiam ſolis nutibus fit. Vt ſi Ioannes crumenã pecuniâ plenam Paulo Canonico offerat innuens ſe illam ei daturum modo ipſi ad obtinendum Canonicatum ſuffragetur pro cuius nominatione Capitulum mox cogendum eſt. Paulus autem nutu aliquo Ioanni ſuffragium promittat.

Dixi 3. nondum completam, quia ſi nec Ioannes pecuniam, nec Paulus ſuffragium dederint, hæc ſimonia tunc dicitur conuentionalis.

Dixi 4. vel ex altera tantùm parte com-

pletam. Quia ſi Ioannes pecuniam, non autem Paulus ſuffragium, vel ſi Paulus ſuffragium, non verò Ioannes pecuniam dederint: hæc ſimonia tunc vocabitur conuentionalis mixta.

Quæres 3. quid ſit realis ſimonia? R. quæ ex vtraque parte completa eſt. Vt in exemplo mox propoſito. Si Ioannes Paulo pecuniam & Paulus Ioanni ſuffragium dediſſent.

LECTIO III.

De alia diuiſione ſimoniæ.

QVÆRES 1. quomodo rurſus diuidatur ſimonia? R. in eam quæ eſt contra jus diuinum & eam quæ eſt contra jus Eccleſiaſticum.

Quæres 2. quid ſit ſimonia contra jus diuinum? R. eſſe illam quæ cõmittitur dando rem aliquam temporalem pro ſacra & ſpirituali, ſiue ſacra & ſpiritualis ſit naturâ ſuâ vt ſunt Sacramenta, ſiue ſolâ Eccleſiæ inſtitutione vt ſunt vaſa & ornamenta Templorum, agni ex cera ſacra, &c.

Quæres 3. quid ſit ſimonia contra jus Canonicum? R. eſſe illam quæ in certis rebus committitur in quibus licet res temporalis non detur pro ſpirituali, ſit tamen huic aliquid affine: quod ideo religio-

nis intuitur prohibetur ab Eccleſia, vnde illud contra Eccleſiæ vetitum faciens, incurrit labem ſimoniꝫ contra ius Canonicũ.

Quæres 4. quænam ſint illæ res in quibus committitur ſimonia contra ius Eccleſiaſticum?

R. ſex præcipuas eſſe. 1. Eſt venditio pluriũ Officiorum Eccleſiaſticorum queꝫ ſolum ad temporalem aliquam Eccleſiæ adminiſtrationem ſpectant, vt eſt officium Syndici & ſimiliâ vt fusè dicitur canone ſaluator 1. q. 3.

2. Eſt permutatio alicuius Beneficij cum alio propriâ auctoritate abſque Præſulis conſenſu facta.

Dices eſſetnè ſimonia in hoc genere permutationis quam Doctores triangularem vocant. Petrus v. g. habens Beneficium curatum quod vellet reſignare Ioãni ſuo nepoti, nondum ad id accipiendum per ætatem idoneo, reſignat illud Paulo Canonico ea conditione vt is Canonicatum ſuum prædicto Ioanni reſignet?

R. eſſe in hoc ſimoniam contra ius Eccleſiaſticum. 1. quia ius Canonicum permutationes inter duos tantum permittit. 2. Superior in hoc caſu ea quæ fiunt aſſenſu ſuo non comprobat; neque enim illi exponuntur. Ita docent Azorius 3. p. l. 12. c. 12. q. 6. Leſſius l. 2. c. 35. n. 88. & Bonacina variarum tractationum diſp. 1. q. 4. §. 14. n. 4 qui refert opinionem Doctorum aliquot exiſtimantium hoc permutationis genus licitum eſſe

modo illud probet Epiſcopus. Sed hæc opinio neque conſulenda, neque ad praxim reducenda eſt.

Tertium in quo poteſt committi ſimonia contra ius Eccleſiaſticum eſt reſignatio Beneficii ſub onere penſionis citra Papæ auctoritatem.

Quartum eſt acceptio pecuniæ vel alterius rei ab examinatore pro collatione Beneficiorum occaſione examinis. Vt habetur in Concilio Tridentino ſeſſione 24. de reformatione c. 18.

Quintum eſt ſi pecunia exigatur pro reliquiarum oſtenſione cap. cum ex eo de reliquijs & veneratione Sanctorum.

Sextum eſt pactum tradendæ pecuniæ pro ſepulturis cap. abolendæ de ſepulturis. Sciendum tamen eſt Doctores nonnullos putare non eſſe in hoc ſimoniam, vbi eſt conſuetudo contraria & legitimè præſcripta, apud Bonacinam variarum tractationem diſp. 1. q. 556. n. 2.

LECTIO IV.

De materia ſimoniæ, ſeu de rebus in quibus committi poteſt ſimonia.

QVæres 1. vtrum pecuniam aut aliquid aliud pro Sacramentorum adminiſtratione dans vel accipiens, ſimoniæ vitium incurrat?

Digitized by Google

R. 1. Incurrere ſi det vel accipiat prò illa quatenùs eſt actio ſpiritualis. Hoc enim eſt pretiũ conſtituere ſanctitati Sacramentorũ.

R. 2. non incurrere dando vel accipiendo, 1. titulo eleemoſynæ ac ſuſtentationis miniſtri. Quia, vt dicitur Mathæi c. 10. dignus eſt operarius cibo ſuo. 2. Pro extrinſeco labore huic adminiſtrationi conjuncto; quia ille labor extrinſecus eſt aliquid temporale ideoque pretio æſtimabile. Dixi pro labore extrinſeco, vt illum à labore intrinſeco diſtinguerem: ſi quidem labor extrinſecus ille eſt qui per accidens actioni Sacramenti conjungitur, puta celebrare Miſſam tali hora, & in tali Eccleſia vel Altari, labor autem intrinſecus quaſi eſſentialiter actioni Sacramenti annexus eſt. v. g. legere Miſſam, pronunciare verba, ritus facere, &c.

Quæres 2. vtrum peccaret dans pecuniam Sacerdoti qui per auaritiam & cum intentione ſimoniaca nollet adminiſtrare Sacramentum ſine illa? R. Si egeret Sacramento nullatenus peccaturum juxta probabiliorem ſententiam, tradendo petitam pecuniam dicto Sacerdoti. Quia 1. in tali neceſſitate percipiendi Sacramenti non daret pecuniam vt emeret Sacramentum, ſed vt ſe ab iniqua Sacerdotis repulſâ & vexatione redimeret. 2. Peccato illius nihilo magis cooperaretur, quam ille qui juramentum à Turca exigeret præuidens eum per Mahumetem juraturum vt aliàs dictum eſt.

Quæres 3. quomodo ſimonia committi poſſit in ſacramento Ordinis? R. id ex inhibitione Concilii Tridentini patet ſeſſ. 21. c. 1. vbi tam Epiſcopos quam eorum miniſtros aliquid etiam ſponte oblatum accipere vetat pro collatione quorumcumque ordinum & Clericalis Tonſuræ, pro litteris dimiſſoriis aut teſtimonialibus & pro ſigillo. Vetat inſuper Notarios ſeu amanuenſes Epiſcoporum habentes ſtipendia, pro llis ſcribendis aliquid accipere. Quod ſi nullum eis ſalarium cõſtitutum ſit, pro ſingulis dimiſſoriis litteris aut teſtimonialibus decimam tantum aurei partem non amplius accipere concedit. Leſſius tamen l. 2. c. 35. n. 63. ait contrariam conſuetudinem legitimè præſcriptam in his omnibus à ſimonia excuſare.

Quæres 4. vtrum res benedictæ aut conſecratæ quæ in aliqua materia ex ſe pretio æſtimabili conſiſtunt, vt ſanctum oleum calices, veſtes ſacræ vendi poſſint abſque ſimonia? R. poſſe modo ratione tantum materiæ vendantur, nec pluris vendantur propter ipſorum benedictionem aut conſecrationem.

Quæres 5. vtrum aliquid pro ingreſſu Religionis accipere vel dare ſimoniacum ſit? R. eſſe, niſi tantum pro ſuſtentatione ingredientis Religionem detur vel accipiatur.

Digitized by Google

LECTIO V.

De argumento eodem.

QVÆRES 1. vtrum ſimoniacus ſit qui dat pecuniam tranſigendo de Beneficio ad quod ius habet, de hoc tamē iner illum & alium eſt contentio? R. ita niſi Papa id omne probauerit; danſque pecuniam ante proteſtatus fuerit ſe nolle quidpiam agere citra Pontificis voluntatem.

Quæres 2. vtrum qui fecit expenſas perſequendo lite atque iudicio Beneficium quod jam pacificè poſſidet, eas repetere poſſit ab eo in cujus fauorem illud reſignare vult? R. multò probabilius eſſe non poſſe abſque vitio ſimoniæ (niſi hoc probetur à Papa, quod grauatè aliquis ab eo impetrabit.) Quia 1. fecit illas expenſas in ſui non reſignatarij deſignati commodum, ideoque non poteſt eas ab illo exigere. 2. contraria ſententia ſimoniæ aditum aperit, cum vix vllus ſit Beneficiarius qui non fecerit aliquos ſumptus extraordinarios in Beneficij aſſecutionem. Si autem liceret ſumptus impenſos ad litem Beneficij cauſâ illatâ exigere, idem colligi poſſet de alijs cum non ſit major ratio de illis quam de iſtis.

Quæres 3. an pactum de extinguenda penſione nondum à Papa Beneficio impo-

ſita ſimoniacum ſit? R. eſſe in illo pacto ſimoniam contra jus Eccleſiaſticũ iuxta opinionem Caietani, Graphij, Toleti l.5.c.92. n. 2. & Reginaldi l. 23. n. 252. ita Petrus v. g. poteſt quidem pactionem facere cum Paulo volente ſuum ipſi Beneficium reſignare de quantitate penſionis, ſeu danda tali ſumma, vel tertia aut quarta parte fructuum in annuam penſionem ſub beneplacito Romani Pontificis: ſed non poteſt ſine labe ſimoniæ paciſci cum Paulo illius penſionis extinctionem. Eâ tamen à Pontifice impoſitâ dicti Petrus & Paulus de illa per talem ſummam extinguenda pactionem ſub beneplacito Papæ inire poterunt.

Quæres 4. ſi prædictus Petrus qui ſoluebat penſionem Paulo, conuenerit cum illo de ſumma qua penſio extinguetur modo Papa id probet. An hoc interim ſpatio quo ſignaturam extinctionis Roma expectant. Idem Petrus apud communem amicum pactam pecuniam deponere poſſit, Paulo eam citò habere cupiente?

R. Poſſe modo nolit penſionem extingui depoſito, ſed cum Papa extinctionem probauerit. Ita cenſent Garcias & Bonacina, qui putat eundem Petrum poſſe pactam pecuniam tradere Paulo titulo depoſiti: ſed hoc periculoſiſſimum, nec ad praxim reducendum eſt.

Digitized by Google

LECTIO VI.

De nouo hujus temporis caſu.

QVÆRES 1. an ſit in iſto caſu ſimonia. Petrus plurimum liberorum pater, cupiens aliquem ex illis Clericum fieri ac Beneficium obtinere : cum omnis alia via deficiat, quærit Beneficiarium, qui cum aliqua Capellania ſuum Beneficium permutare velit; Eo animo conſtituit cenſum pretio mille ſexcentarum librarum, hiſque Capellaniam fundat, quam ab Antiſtite comprobatam filio ſuo Paulo confert, qui eam deinde permutat cúm Parœcia, Præbenda vel alio Beneficio prædicti Beneficiarii?

R. 1. in hoc caſu mentalem ſimoniam eſſe poſſe: ſi dictus Petrus hæc ageret animo illud Beneficium emendi pro filio, vel ei pecuniâ quocumque tandem modo alicuius Beneficii conſecutionem afferendi.

R. 2. prædictum Petrum extra illas circunſtantias non commiſſurum ſimoniam ſi viâ tantum licitâ filio Beneficium procurare velit.

Quæres 2. an peccaret alio peccati genere in hoc caſu ? R. Ita ſane ac 1. admiſſurum peccatum auaritiæ & effrenatæ cupiditatis bonorum huius ſæculi. 2. Peccaturum contra legitimam vocationem ad

Eccleſiaſtica Beneficia quæ non ſunt vulpinis artibus obtinenda. 3. Sæpius quoque in legitimam vocationem ad ſtatum Eccleſiaſticum, cum ſit in cauſa vt filius eum propter Beneficij conſecutionem amplectatur, qui forte eo tantum animo ſit Clericus vt Beneficium obtineat. Vnde 4. grauem Eccleſiæ injuriam faceret quæ ab homine intruſo multis probabiliter afficietur incommodis ob perditos illius mores qui erunt offenſioni populo.

Dices 1. numquid Petrus augeret Eccleſiæ bona, ergo non peccaret, ſed potius pium opus ſuſciperet? R. Petrum ex vna parte bonis temporalibus amplificaturũ Eccleſiam, ſed ex altera bonis ſpiritualibus euerſurum, cum ſit cauſa illegitimæ vocationis filij omniumque malorum quæ is in Eccleſia contra ipſam admittet. Quare Petrus pro exiguo temporali bono magnum Eccleſiæ detrimentum ſpirituale inferret.

Dices 2. non deſunt Doctores qui Petrum in tali caſu peccare negent. R. nec defuturos Doctores qui, vt aiebat Illuſtriſſimus quondam Brioecenſis Epiſcopus Toloſâ oriundus, Simonem Magum ſi hac ætate reuiuiſceret à ſimoniæ labe ſuis argutiis & cauillationibus excuſarent.

LECTIO VII.

De pœnis ſimoniacorum.

QVæres 1. quot ſint pœnarum genera contra ſimoniacos? R. eſſe triplicis generis. Nam 1. excommunicationem ipſo facto Papæ reſeruatã incurrunt iure cõmuni & interdũ aliquam aliã cenſuram. 2. Titulus Beneficii ſimoniace acquiſiti nullus eſt. 3. Simoniacè accepta reſtituenda ſunt.

Quæres 2. vtrum pœnæ contra ſimoniacos latæ pro ſingulis peccatis ſimoniæ incurrantur? R. negatiuè, ſed tantùm in materiâ 1. Beneficiorum, 2. ſacramenti Ordinis, 3. ingreſſus Religionis, & 4. in nonnullis caſibus rariſſimis quibus Eccleſia pœna siuris contra ſimoniacos expreſsè addixit vt dicemus n. 4.

Quæres 3. vtrum pœnæ à iure contra ſimoniacos latæ incurrantur quando ſimonia mentalis vel conuentionalis tantùm commiſſa eſt?

R. 1. iuxta ſententiam omnium Doctorum, prædictas pœnas non incurri per ſolam mentalem ſimoniam.

R. 2. probabilius eſſe illas non incurri per ſimoniam conuentionalem niſi cum iuncta eſt confidentiæ?

R. 3. huiuſmodi pœnas incurri per ſimoniam realem, & completam.

Eccleſiaſtica Beneficia quæ non ſunt vulpinis artibus obtinenda. 3. Sæpius quoque in legitimam vocationem ad ſtatum Eccleſiaſticum, cum ſit in cauſa vt filius eum propter Beneficij conſecutionem amplectatur, qui forte eo tantum animo ſit Clericus vt Beneficium obtineat. Vnde 4. grauem Eccleſiæ injuriam faceret quæ ab homine intruſo multis probabiliter afficietur incommodis ob perditos illius mores qui erunt offenſioni populo.

Dices 1. numquid Petrus augeret Eccleſiæ bona, ergo non peccaret, ſed potius pium opus ſuſciperet? R. Petrum ex vna parte bonis temporalibus amplificaturũ Eccleſiam, ſed ex altera bonis ſpiritualibus euerſurum, cum ſit cauſa illegitimæ vocationis filij omniumque malorum quæ is in Eccleſia contra ipſam admittet. Quare Petrus pro exiguo temporali bono magnum Eccleſiæ detrimentum ſpirituale inferret.

Dices 2. non deſunt Doctores qui Petrum in tali caſu peccare negent. R. nec defuturos Doctores qui, vt aiebat Illuſtriſſimus quondam Briœcenſis Epiſcopus Toloſâ oriundus, Simonem Magum ſi hac ætate reuiuiſceret à ſimoniæ labe ſuis argutiis & cauillationibus excuſarent.

LECTIO VII.

De pœnis ſimoniacorum.

QVæres 1. quot ſint pœnarum genera contra ſimoniacos? R. eſſe triplicis generis. Nam 1. excommunicationem ipſo facto Papæ reſeruatã incurrunt iure cõmuni & interdũ aliquam aliã cenſuram. 2. Titulus Beneficii ſimoniace acquiſiti nullus eſt. 3. Simoniacè accepta reſtituenda ſunt.

Quæres 2. vtrum pœnæ contra ſimoniacos latæ pro ſingulis peccatis ſimoniæ incurrantur? R. negatiuè, ſed tantùm in materiâ 1. Beneficiorum, 2. ſacramenti Ordinis, 3. ingreſſus Religionis, & 4. in nonnullis caſibus rariſſimis quibus Eccleſia pœna siuris contra ſimoniacos expreſsè addixit vt dicemus n. 4.

Quæres 3. vtrum pœnæ à iure contra ſimoniacos latæ incurrantur quando ſimonia mentalis vel conuentionalis tantum commiſſa eſt?

R. 1. iuxta ſententiam omnium Doctorum, prædictas pœnas non incurri per ſolam mentalem ſimoniam.

R. 2. probabilius eſſe illas non incurri per ſimoniam conuentionalem niſi cum iuncta eſt confidentiæ?

R. 3. huiuſmodi pœnas incurri per ſimoniam realem, & completam.

Vnde ſequitur Petrum v. g. ſi promiſerit pecuniæ ſummam pro Beneficio, ipſi tradito, ſed illam poſt quindecim tantum dies à poſſeſſione Beneficii dederit; iuxta probabiliorem ſententiam pœnas iuris contrahere à momento dumtaxat quo pecuniam dedit: atque ita non eſſe irregularem ſi functiones aliquas Sacramenti Ordinis per illos quindecim dies obiuerit; modo non à traditione pecuniæ miniſtrauerit.

Quæres 4. vtrum ſimonia contra ſolum ius Eccleſiaſticum, pœnas ſimoniacorum inducat? R. Duas eſſe opiniones, quarum prior & communior inducere putat, quia in Extrauaganti cum deteſtabile dicitur ſacros Canones ſimoniam abhorrere. Vnde colligunt eam loqui de omni genere ſimoniæ. Altera eſt contraria, cuius Auctores dicunt ſimoniam contra ſolum ius Eccleſiaſticum non eſſe propriè ſimoniam cum in ea non detur aliquid temporale pro ſpirituali.

LECTIO VIII.

Vtrum illi qui ſimoniæ cooperati ſunt, vel eam ratam habuerunt, excommunicationem incurrerint.

QVÆRES 1. an cooperatores ſimoniæ in excommunicationem inciderint?

R.

Digitized by Google

R. 1. Incidiſſe, ſi cooperati fuerint ſimoniæ in materia Sacramenti, Ordinis vel Beneficiorum. Hoc enim expreſsè dicitur in extrauaganti cum deteſtabili.

R. 2. non incidiſſe, quod cooperati ſint ſimoniæ in Religionis, ingreſſu, ratio eſt quia Extrauagans ſanè, quam Vrbanus IV. hac de re ſanciuit, dantibus quidem vel accipientibus aliquid pro Religionis ingreſſu excõmunicationem ipſo facto infligit, ac præterea ſuſpenſionnem capitulo vel conuentui huius generis ſimoniæ reo; ſed cum illa de cooperatoribus nihil dicat, non eſt ad eos extendenda. Non diſputamus hic in quo iſta ſuſpenſio conſiſtat, quia non pertinet ad praxim. Si cui opus ſit notitia illius conſulat Bonacinam variarum tractationum diſp. 1. q. 7. §. 4. n. 10.

Quæres 2. vtrum Petrus incurrat excommunicationem in iſto caſu. Pater vel amicus Petri clam dedit Paulo centum nummos, vt Beneficium reſignet prædicto Petro, qui hanc ſimoniam ignorauit, ſed de illa poſt Beneficii adeptionem cognitâ gaudet, eamque approbat.

R. Petrum peccare mortaliter, ſed non incurrere excommunicationem. Quia fulmen excommunicationis ſimoniam dumtaxat committentibus vel ei cooperantibus, non autem commiſſam approbantibus intentatur.

Dices quid ſi Petrus non modo ſimoniam à patre commiſſam approbaſſet, ſed etiam dictos cẽtum nummos illi reddidiſ-

Digitized by Google

ſet? R. probabilius eſſe Petrum excommunicationem non incurriſſe. Quamuis enim grauiter in hoc peccaſſet; veriſſimum tamen eſt illum non accepiſſe Beneficium ſimoniacè, nihilominus teneretur dimittere Beneficium in iſto, & præcedenti caſu vt oſtendemus.

LECTIO IX.

De quibuſdam alijs pœnis quæ per ſimoniam in Beneficijs commiſſam incurruntur.

QVÆRES I. vtrùm committentes ſimoniam in Beneficiis alias pœnas incurrant?

R. affirmatiuè, nam 1. qui commiſit ſimoniam in aliquo Beneficio, priuatur ipſo facto hujuſmodi Beneficio, & conſequenter fructus ex eo perceptos reſtituere tenetur, ipſumque Beneficium dimittere, quia collatio irrita fuit: hoc enim ſacri Canones jubent, vt videre eſt apud *Bona*cinam variarum tractationum diſp. q. 7. p. 2. n. 13.

Quæres 2. an ſimoniacus teneatur dimittere Beneficium ante ſententiam condemnationis?

R. teneri, quia quæ diximus in tractatu de legibus non ſunt huic reſponſioni contraria. Nam dicendo neminem teneri officia vel Beneficia dimittere ante ſentē-

Digitized by Google

tiam condemnationis, tametſi lex eorum priuationem, ipſo facto, & abſque alia declaratione, infligat, hoc de illis tantum officijs vel Beneficijs, quorum aliquis verus poſſeſſor eſt, intelligimus; atqui ſimoniæ reus nunquam fuit verus Beneficij poſſeſſor ob collationis irritationem.

Quæres 3. quid ſi fuerit commiſſa ſimonia ab aliquo alio, non autem à prouiſo, vt in caſu de quo egimus l. præcedenti n. 2.

R. hunc quoque prouiſum teneri dimittere Beneficium. Hoc enim ſacri Canones & Bullæ Pontificiæ conceptis terminis dicunt, quia collatio irrita fuit in iſto caſu. Habes exemplum hujus rei ad praxim pertinens cap. ex inſinuatione de ſimonia, vnde conſtat filios quibus patres interueniente pecunia Beneficium acquiſierunt, illud teneri dimittere. Obſeruanda tamen eſt exceptio in hoc caſu; nimirum, ſi quis inſcio prouiſo dediſſet pecuniam in odium ipſius vt eius prouiſionem irritam faceret; vt dicitur cap. ſicut tuis & cap. nobis de ſimonia.

Quæres 4. an Clericus qui videns conſanguineum aut amicum committere velle ſimoniam vt ipſi per alterius collationem vel reſignationem Beneficium obtineat, iniquæ pactioni reſiſteret ſe illi non conſentire declarans; nihilominus pecunia daretur à conſanguineo vel amico, aut prouiſus eam datam eſſe probabiliter crederet. An ille inquam Clericus tene-

retur dimittere Beneficium?

R. 1. Bonacinam variarum tractationum diſp. 1. q. 7. p. 2. n. 17. tueri opinionem negantem, hunc ſcilicet non teneri dimittere Beneficium, qui illam colligi putat ex dicto capite ſicut tuis, atque inter authores ſibi aſſentiétes laudat Reginaldum, ſed malè dicit enim contrarium, ideoque

R. 2. cum dicto Reginaldo l. 29. n. 178. diſtinguendũ eſſe; nam 1. ſi Clericus de quo eſt quæſtio, bonâ fide putauerit oppoſitionem ſuam impediuiſſe, quo minus conſanguinei, vel amici pecuniã darent pro Beneficij adeptione, ſicque illud bonâ fide acceperit, non tenetur in hoc caſu dimittere Beneficium, vt colligitur ex illis verbis dicti Capituli ſicut tuis: aliquis te penitùs ignorante promiſit & exſoluit. At 2. ſi prædictus Clericus ante obtentum Beneficium ſciuerit aut probabiliter dubitauerit conſanguineos vel amicos dediſſe pecuniã vt illud ipſi procurarent, Beneficiũ dimittere tenetur, imo cooperatus eſt ſimoniæ, ideoque ſecundùm Reginaldum, ejus pœnas incurrit. Quamuis Leſſius eidem ocpinioni aſſentiens non credat illum Clericum pœnas ſimoniacorum in hoc caſu incurriſſe.

Quæres 5. an Clericus cui Beneficium ipſo ignorante per ſimoniam datum eſt, re poſt tres annos pacificæ poſſeſſionis cogitâ, validè illud obtineret vi decreti de triennali poſſeſſore? R. cum Bonacina

loco ſupra citato n. 20. prouiſionem illius fore validam, & ideo retinere poſſe Beneficium reſtitutis tamen fructibus per hos tres priores annos perceptis, eo modo quo bonæ fidei poſſeſſor reſtituere debet, vt numero ſequenti dicemus. Dixi ipſo ignorante, ſi enim ſciuiſſet ſimoniam & Beneficium accepiſſet, tunc ſimoniacus foret, nec priuilegio triennali poſſeſſori conceſſo gaudere poſſet, quia iſte caſus ſpecialiter in illo excipitur.

Quæres 6. an ſi commiſſa fuerit ſimonia in aliquo Beneficio Ioanni collato ipſo penitùs ignorante, Ioannes cum id poſt aliquot annos ſciuerit, fructus illius anni reſtituere teneatur?

R. 1. ſi fructus aliquos perceperit à tempore quo ſimoniam commiſſam fuiſſe nouit, teneri ad illorum reſtitutionem, quia poſſeſſor eſt malæ fidei.

R. 2. quod ad fructus perceptos ante notitiam ſimoniæ pertinet, ad illorum tantùm reſtitutionem teneri quos habet in ſpecie vel æquiualenter, non verò illorum quos conſumpſit nec inde factus eſt ditior. Quorum omnium rationem fusè dedimus in tractatu de reſtitutione in genere l. 13. & 14.

LECTIO X.

De argumento eodem.

QVÆRES I. ſi commiſſa ſimonia in aliquo Beneficio per aliquod tempus fuerit imperfecta, deinde verò compleatur, à quonam tempore cenſenda ſit irrita collatio. Petrus v. g. promiſit Paulo pecuniam ſi ſuum ipſi Beneficium reſignet, Paulus reſignauit, ecce ſimoniam conuentionalem: Petrus effluxis à poſſeſſione Beneficij ſex menſibus promiſſam Paulo pecuniam tradidit, ecce ſimoniam realem. Quæritur an prouiſio cenſeatur irrita vel à die promiſſæ pecuniæ, ideoq; Petrus teneatur illorum ſex menſium fructus reſtituere, vel tantùm à die numeratæ pecuniæ?

R. 1. quod ad forum interius pertinet, duas eſſe opiniones quas vtrinque probati auctores defendunt; prudens vero Confeſſarius eam eliget quæ magis congruere videbitur.

R. 2. quod verò ad forum exterius ſpectat, omnes vno ore Doctores conſentire de irrita Beneficij prouiſione à die promiſſæ pecuniæ, iſque eſt Romanæ curiæ ſtylus & praxis.

Quæres 2. an qui ſimoniam commiſit in aliquo Beneficio priuetur ipſo facto cæteris ante obtentis?

R. probabilius eſſe non priuari niſi 1. confidentialis ſimoniæ reus fuerit, 2. examinator electus à Synodo commiſerit ſimoniam ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de refor.

Quæres 3. quænam alia pœna incurratur per ſimoniam in Beneficiis commiſſam? R. incurri inhabilitatem ad illa.

Rogabis vtrùm ad omnia? R. 1. incurri certo inhabilitatem ad ſeruandum illud Beneficium in quo ſimonia commiſſa eſt, ac ſolum Papam in eo diſpenſare poſſe.

R. 2. quod ad alia Beneficia ſpectat rem eſſe dubiam cum ſint boni auctores ex vtraque parte.

LECTIO XI.

De ſuſpenſione quæ per ſimoniam incurritur.

QVÆRES 1. vtrùm ſimoniæ crimen aliquam ſuſpenſionem inducat?

R. 1. Præſules & alios ordinum tonſuræque collatores qui committunt ſimoniam in huiuſmodi collatione, ipſo facto incurrere ſuſpenſionem, & alias pœnas de quibus non loquemur, cum iſte caſus rarò accidat, ſi contigerit aliquando, videri poſſet Bonacina variarum tractationum diſp. 1. q. 7. §. 7.

R. 2. alios Clericos qui ſimoniam in ordine vel tonſuræ receptione committunt,

Quæres 2. quid de ſimonia in ordine vel religionis ingreſſu commiſſa?

R. huius ſimoniæ reos ex Bonacina loco citato n. 20. & 21. teneri iuxta Doctorum opinionem reſtituere, non tamen ante ſententiam condemnationis.

Quæres 3. cui facienda ſit reſtitutio cum ſimonia commiſſa eſt in alijs rebus præter Beneficia, ordinem & religionis ingreſſum?

R. ſi facienda ſit, hoc enim ſemper non eſt neceſſarium vt mox dicemus, reſtituendum eſſe illi qui dedit pecuniam. Ratio eſt, quia ſacri Canones reſtitutionem Eccleſiæ vel pauperibus faciendam eſſe in tribus illis caſibus dumtaxat ſtatuerunt, in materia ſcilicet Beneficiorum, ordinis & religionis ingreſſus; nam in illis tantùm priuant vel priuandos eſſe declarant acquiſitione domini, pecuniæ vel alterius rei per ſimoniam traditæ, eos qui hæc acceperunt.

Quæres 4. an qui accepere pecuniam pro rebus aliis, præter tres illas iam aſſignatas, teneantur ad reſtitutionem?

Vt clarè quæſito reſpondeam, obſeruo res eſſe, 1. pro quibus pecunia nuſquam accipi poteſt, quia nullatenus pretio æſtimabiles ſunt, vt reliquiæ Sanctorum v. g. 2. alias eſſe pro quibus nihil accipi poteſt, quòd aliquis ex iuſtitia vel ex officio illas gratis præſtare teneatur.

3. Alias verò, pro quibus licet accipere pecuniam ratione ipſarum materiæ

taxam acceperint. Vt ſi conſuetudo vel Epiſcopi taxa quinque tantum aſſes pro Miſſâ dandos eſſe præfiniant, ille qui plus exegiſſet, ad reſtitutionē exceſſus tenetur.

LECTIO XIII.

De confidentiâ in Beneficijs aut penſionibus.

QVÆRES 1. quot modis confidentia in Beneficijs committi poſſit? R. 4.

1. Cum Petrus v. g. recipit Beneficium à Paulo reſignante cum animo & ſpe ipſum reſignaturum, vel fructus aut eorum partem illi vel alteri ab eo nominando conceſſurum.

2. Cum aliquis confert Beneficium alteri confidens eum reſignaturum illud ex ſua voluntate, aut fructus vel eorum partem aut aliquam penſionem ſibi vel alteri traditurum.

3. Cum aliquis eligit alium ad Beneficium eique ſuffragatur eadem ratione quam in 2. modo explicauimus.

4. Cum patronus, quamuis laïcus, ad Beneficium præſentat modo jam dicto. Quæ autem de Beneficijs diximus, ſuo modo intelligenda ſunt de penſionibus.

Quæres 2. quas pœnas confidentia inducat? R. duas, 1. illam de qua egimus l. 10. n. 2. & 2. excommunicationem ipſo fa-

cto Papæ reſeruatam quæ omnia conſtant ex Bullis Pij IV. & V.

Quæres 3. quinam incurrant dictam excommunicationem? R. eos tantùm, juxta communiorem ac probabiliorem ſententiam, incurrere, qui recipiunt Beneficia, non verò qui reſignant aut confidentiæ cooperantur, vel ſi qui ſint alij; quia dictæ Bullæ contra eos tantùm loquuntur.

Quæres 4. vtrùm ad incurrendam excommunicationem oporteat confidentiam quemadmodum ſimoniam eſſe completam?

R. negatiuè, nam excommunicatio incurritur ſtatim à receptione Beneficij, & ſolius etiam collationis acceptatione, ante captam illius poſſeſſionem, & multò magis ante reſignationem ejuſdem, vel fructuum aut partis eorum traditionem; vt ex dictarum Bullarum tenore colligitur.

Quæres 5. vtrùm ad confidentiam & excommunicationem ejus cauſa incurrendã, neceſſarium ſit reſignãtem prędicta ſperare ac reſignatarium illius fiduciam noſſe?

R. vtrumque neceſſariũ eſſe. Vnde ſequitur 1. ſi reſignans non habuiſſet hanc fiduciam, quamuis reſignatarius illum eam habuiſſe credidiſſet, reſignatarium grauiter ex conſciẽtiâ erroneâ peccaſſe, non tamen confidentiam admiſiſſe. 2. Contrà ſi reſignans ſperaſſet, ſed hanc fiduciam reſignatarius neſciret, dictum reſignatarium non incurriſſe excommunicationem.

Finis prioris Tomi.

EPITOME
CVRSVS
THEOLOGIÆ
Moralis

RAYMVNDI BONALII
Presbyteri, Doctoris
Theologi.

Continuata & Latinè verſa

à PETRO LAVRO Presbytero,
Doctore Theologo.

Digitized by Google

by Google

SANCTO FRANCISCO SALESIO,

Gebennenſium Epiſcopo & Principi,
Doctrinâ & ſanctitate illuſtriſſimo,
Domitori Hæreſeos inuictiſſimo,
Duci pietatis eximio,
Præſulum exemplari abſolutiſſimo,
Alteri hujus ſæculi Carolo,
Nouo triumphantis Eccleſiæ ſyderi,
Vbi,cum ad juſtitiam erudierit multos, fulgebit in perpetuas æternitates.

Pio eruditóque Lectori, Salutem.

OPTANDVM *foret*, MI LECTOR, *hanc te ab ipſomet Auctore Bonalio integram Epitomen accipere*,

Digitized by Google

haberes enim perfectiorem: ſed cùm illum occupationes aliæ, mors ad extremum eam abſoluere non ſiuerint; iſto ſi placet exiguo ſpecimine cōtentus eris, in quo elaborando à multis rogati ſucciſſiuas aliquot horas poſuimus, idquè tantò libentiùs à me factum eſt, quantò præclarum opus æque atque ipſum Auctorem magni ſemper æſtimaui.

Perduxit autem Bonalius Epitomen vſque ad 16. Tractatum, nos vſque à 17. ad calcem operis Deo fauente continuauimus, in primis conati, quantùm fieri potuit, ſequi Auctoris methodum & conſilium,

quod non aliud fuit quàm tibi paucis expromere quæ fuſiùs in ſingulis Theologiæ Lectionibus explicauerat: vnde hanc jucundiſſimam vtilitatem percipies, vt tecum ipſe recolas exiguo tempore, quæ vberiùs diſputata in Curſu Morali perlegeras.

Itaque caue putes ideò totius operis Lectionem minùs tibi neceſſariam fore: non ea in hujus operis contractione Auctori, mihique mens fuit, laboreque noſtro æque ac tuo abutereris ſi tibi ſola Epitome ſatisfaceret: illa enim ad recolendum aliquid, non verò diſcendum juuat, & tantùm

Digitized by Google

abeſt vt bonis libris detrimentum importet, vt potiùs eorum decorem & fructum oſtendat, vſumque faciliorem reddat; quæ ratio nos permouit vt illam tibi offeremus, nihil aliud in ea venantes præter Dei gloriam, Eccleſiæ bonum, tuamque vtilitatem.

✠

IHS

Digitized by Google

EPITOME CVRSVS THEOLOGIÆ MORALIS

TOMVS I.

TRACTATVS I.
De Peccatis.

L. I.

PECCATVM in genere eſt actio voluntaria contra legem Dei, vel ejus omiſſio voluntaria.

L. II.

Peccatum mortale eſt actio contra legem Dei cum plena deliberatione in materiâ graui. Et veniale eſt actio contra legem Dei, ſed vel cum imperfecta deliberatione vel in materia leui.

Vt autem ſcias an actio facta fuerit cum perfecto conſenſu, ideoque plenè voluntaria ſit necnè, attendes non ſolius delectationis in parte inferiori perſeuerantiam, ſed tria hæc indicia. 1. Cum aliquis facilè potuit implere peccatum quod ipſi tentatio ſuadebat, nec reipsâ compleuit, tunc credibilè eſt non integrum adfuiſſe conſenſum. 2. Cum vir timoratus qui non con-

ſueuit ſuccumbere tentationibus, aliquâ in ijs repellendis negligentiâ vſus eſt, dubitatque an perfectè cōſenſerit necnè, præſumes non conſenſiſſe. 3. Cum dubitas an dormiens vel vigilans mali aliquid egeris aut dixeris, indicium eſt te non plene conſenſiſſe.

L. III.

Peccatum mortale non poteſt de ſe fieri veniale, ſed per accidens, idque tripliciter. 1. Propter materiæ leuitatem. 2. Defectu plenæ aduertentiæ & deliberationis. 3. Defectu perfectæ cognitionis.

Peccatum ex ſe veniale poteſt fieri mortale ſex modis. 1. Propter actualem diſpoſitionem committendi graue peccatum. 2. Propter ſcandalum. 3. Propter finem inſigniter malum.

L. IV.

4. Propter conſcientiam erroneam. 5. Propter periculum proximū peccati mortalis cui nos exponimus. 6. Propter ſpecialem contemptum ſuperiorum, præſertim Eccleſiaſticorum, & in eoſdem contumaciam.

L. V.

Modi judicandi an peccatum aliquod ſit mortale aut veniale ſunt tres. 1. Applicanda eſt materiæ propoſitæ definitio peccati mortalis, & videndum an illi omnino conueniat. 2. Expende an Scriptura ſacra de illo agens auſteris & minas ſpirantibus verbis vtatur, vel Eccleſia cenſuram aliaſue pœnas graues infligat, hæc enim ſunt peccati mortalis indicia. 3. Conſulenda eſt Doctorum ſententia.

L. VI. & VII.

Pluralitas numerica peccatorum non deſumitur ex pluralitate obiectorum, quamuis ea ſit declaranda in confeſſione, ſed ex multiplicatione actuum voluntatis moraliter interruptorum. Actus autem voluntatis moraliter interrumpitur cum non perſeuerat actu vel virtualiter, & cenſetur perſeuerare virtualiter, cum, licet aliud cogites, actionem externam continuas.

L. VIII.

Ecce regulam quâ dignoſces multiplicationem peccatorum ſpecificam. Cum actio pluribus Dei aliorumue ſuperiorum præceptis aduerſatur, ſi illa vnum & eundem finem habeant, vnum eſt peccatum, ſecus, multiplex.

L. IX.

Circunſtantia peccatorum eſt accidens ſeu conditio quæ non eſt de illorum ſubſtantia, ſed ea comitatur. Quadruplex verò genus eſt circunſtantiarum 1. impertinentium 2. minuentium grauitatem peccatorum, 3. notabiliter aggrauantium, & 4. mutantium ſpeciem.

L. X.

Quamuis propriè loquendo ſola voluntas ſit origo & cauſa peccatorum, duobus tamẽ illa modis committit, videlicet, 1. ſuâ malitiâ, 2. extraneâ quadam impulſione. Peccat autem voluntas ex malitiâ cum intellectus nullâ ignorantiâ laborat, nec appetitus ſenſitiuus vllâ vehemẽti paſſione vrgetur: quamobrem hujuſmodi peccata ſunt grauiora vtpote magis voluntaria,

pluſque damni afferunt quod diuturniùs & firmiùs adhæreant voluntati.

L. XI.

Duæ ſunt peccatorum cauſæ, nam 1. aliæ ſunt interiores, videlicet ignorantia in intellectu & paſſiones in appetitu ſenſitiuo & 2. aliæ ſunt exteriores, nimirum hæ 4. 1. dæmones. 2. Homines. 3. Aliæ creaturæ. 4. Peccata capitalia. Multiplex eſt ignorantia 1. juris naturalis aut Diuini vel humani, & 2. facti. Præterea eſt ignorantia vincibilis ſeu culpabilis, & inuincibilis ſeu inculpabilis: prior eſt cum ſaltem mediocrem diligentiam non adhibuiſti vt ea quæ ſcire teneris ac de quibus mentionem aliquam audiuiſti, vel quorum aliqualem habuiſti notitiam, intelligeres, poſterior eſt quæ vinci non potuit, quia nunquam de lege aliquâ cogitaſti vel dubitaſti aut mentionem audiuiſti. Culpabilis verò diuiditur in affectatam & craſſam: illa eſt cum præceptum noſſe refugis vt ab eo implendo te liberes; iſta, cum valde negligis ea ſcire quæ noſſe teneris.

L. XII.

Paſſiones ſunt cauſæ peccati dupliciter, 1. quatenùs perturbant imaginationem, quæ deinde officit intellectui nè rectè judicet de objectis. 2. Quatenus alliciunt voluntatem quam vtpote cœcam potentiam illecebra falſorum bonorum ab intellectu propoſita decipit.

L. XIII.

Dæmon qui prima eſt 4. cauſarum exteriorum peccati ad illud Deo permittente dupliciter inducit, 1. falſas rerum ſpecies exhibendo, 2. paſſiones exitando in appetitu ſenſitiuo. Aduertes autem non omnia & ſingula peccata dæmonis impulſione committi, ſatis enim appetitus ſenſitiuus homines ad peccatum ſine illius fraude, induceret. Dicitur tamen occaſio & fons omnium peccatorum, quatenus primis parentibus auctor eius prȩuaricationis fuit à qua omnes fœdiſſimam peccandi procliuitatem traximus.

Dæmon ab aliquo ſuperatus recedit vſque ad tempus, 1. ſuperbiâ, 2. inuidia meriti quod ei reſiſtendo acquirimus, 3. aſtutiâ vt facilius incautos decipiat.

L. XIV.

Homines ſunt etiam vna ex dictis cauſis exterioribus peccati, 1. ſuo exemplo. 2. Suis verbis & conſiliis. Aliæ quoque creaturæ ſunt cauſæ peccati quatenùs nos ad illud obiectiuè inducunt. Denique peccata capitalia, cum ſint præcipui fontes omnium aliorum.

L. XV.

Plures ſunt peccati mortalis effectus in primis reſpectu Dei, 1. nos auertit ab eo, 2. & conuertit ad creaturam, ſed maximum duorum illorũ malum eſt receſſus à Deo.

Ad cognoſcendam horum duorum effectuum grauitatem attende quomodò & cur

peccator à Deo recedat & quomodo; videlicet 1. cum inſigni contemptu, 2. pudendâ ingratitudine. 3. Summâ perfidiâ, 4. & omnimodâ iniquitate. Cur? nimirum 1. vt ſordidæ voluptati & futilibus mundi nugis adhæreat. 2. Vt partes Sathanæ Dei noſtræque ſalutis inimici ſequatur.

L. XVI.

2. Duo ſunt præcipui effectus peccati reſpectu ſacræ humanitatis Ieſu Chriſti: nam. 1. Rurſum eo crucifigunt ſibi metipſis Filium Dei. 2. Injuria duplici grauique afficiunt venerandam illius paſſionem: 1. eſt quod omnia ejus merita viliſſimo delectationis peccati pretio vendant: altera eſt quod ſtultum mercatorem Chriſtum putent, quippe qui adeò care animas, videlicet pretio ſui ſanguinis emerit, quas ipſi voluptate peccati Sathanæ vendunt.

3. Peccatum mortale habet três iſtos effectus reſpectu Dominæ noſtræ Virginis Deiparæ, Angelorum & Sanctorum. 1. Maximam illis, quantum in ſe eſt, moleſtiam infert. 2. Eorum indignationem prouocat, & 3. protectione ac precibus illorum priuat.

L. XVII.

Effectus peccati mortalis reſpectu animæ noſtræ ſunt 5. 1. fœdat illam priuando gratiæ pulchritudine. 2. dignam pœnis ęternis inferni, & priuatione cœleſtis gloriæ reddit,

Digitized by Google

dit. 3. ſpoliat charitate. 4 caliginem offundit intellectui. 5. minuit natiuam inclinationem voluntatis ad bonum, & magnam ei tribuit procliuitatem in malum.

L. 18.

5. Effectus peccati mortalis reſpectu corporis ſunt præcipuè duo. 1. accelerat mortem. 2. flagella iuſtitiæ Dei attrahit.

6. 4. Sunt effectus peccati mortalis reſpectu dæmonum. 1. iniquam peccatoris cum dæmone ſocietatem nectit. 2. eundem ſathanæ mancipium efficit. 3. imò filium. 4. triumphi materiam in altiſſimum Deum cacodæmoni ſuppeditat.

L. 19.

Duo ſunt peccati venialis effectus. 1. nocet charitati debilitando vel etiam impediẽdo eius operationes.

L. 20.

2. Tripliciter ad peccatum mortale diſponit. 1. ab anima remouendo interna externaque Dei auxilia. 2. ei, vt ita loquar admouendo tentationes & occaſiones peccati. 3. denique augendo habitum & procliuitatem in malum.

L. 21.

Gradus iſti 4. ſunt quibus peruenitur ad peccatum, tentatio ſcilicet, cogitatio, delectatio & conſenſus.

His verò 5. delabimur in obſtinationem. 1. ingrato in Deum animo. 2. nimio rerum humanarum ſtudio. 3. more in animo verſandi friuolas & inutiles cogitationes. 4. peſſimâ conſuetudine aliis detrahendi quâ

ſit vt aliena peccata vulgando, noſtrorum pudorem amittamus. 5. veræ orationis contemptu & obliuione.

L. 22.

Peccatorum remedia ſunt duplicis generis: alia peccato ſanando, alia præcauendo inſeruiunt. Illa ſunt contritio & ſacramentum pœnitentiæ; iſta verò hæc 5. conatus deſtruendi habitum peccati contrariis cogitationibus, operibus & verbis. 2. fuga occaſionum. 3. frequens auditio & lectio verbi Dei. 4. amor & praxis meditationis. 5. frequens piaque communio.

TRACTATVS II.

de legibus.

L. 1.

LEX eſt regula ſeu conſtitutio in bonum publicum à ſuperiore communitatis lata quæ obligat ſubditos ad ſui obſeruationem, cum ritè illis promulgata fuit. Diuinæ leges non indigent acceptatione: probabilius verò eſt humanas iuſtas, quamuis non acceptatas, nihilominus obligare, ſi ea fuerit intentio & voluntas ſuperiorum, quam præſertim eccleſiaſtici habere cenſentur, non tamen paſſim voluntatem obligandi ad peccatum ſucceſſores eorum qui non

Digitized by Google

acceptarunt leges ſuas.

L. 2.

Lex multifariam diuiditur, & 1. in naturalem quam dictante lumine rationis ſequi tenemur, & poſitiuam quam nobis alius iniungit. 2. poſitiua diuiditur in diuinam cuius auctor eſt Deus, & humanam quæ fertur ab hominibus. 3. diuina ſubdiuiditur in Moſaicam quam Dei nomine Iſraëlitis Moyſes promulgauit, & Euangelicam quæ eſt lex Domini noſtri Ieſu Chriſti. 4. Lex humana ſubdiuiditur in eccleſiaſticam ſeu canonicam quam Eccleſia & Præſules condunt, & ciuilem quam Reges, Magiſtratus & ſimiles indicunt.

5. Lex diuiditur in affirmatiuam & negatiuam, illa iubet aliquid faciendum, nihilque refert tametſi verbis negatiuis conſtet: iſta præcipit omiſſionem alicuius rei, neque refert eam conſtare verbis affirmatiuis. Hæc autem inter vtramque differentia eſt, quod affirmatiua præcipiat agere aliquid, negatiua verò abſtinere, priorque non obliget ſemper & pro ſemper, quemadmodum poſterior.

L. 3.

Actiones humanæ bonæ & malæ quas leges imperant vel prohibent, ſunt earum materia. Canonicæ leges non poſſunt directè præcipere actus internos, ſed indirectè.

L. 4.

Perſonæ gaudentes vſu rationis & prætera ſuperiorum poteſtati ſubditæ obligantur ſolùm ad leges, non aliæ.

Superiores legibus à ſe vel deceſſoribus atis obedire non tenentur vi coactiuâ ſed directiuâ tantùm.

L. 5.

Leges locales non obligant alibi. Viatores autem non tenentur ad leges particulares locorum per quæ tranſeunt obſeruandas, niſi aliquandò indirectè vt vitent ſcandalum: at domicilium alicubi figere aut per maiorem anni partem degere cupientes, vt etiam vagi ad eaſdem leges tenentur.

L. 6.

Non debemus legem iniquam æſtimare vel etiam ſuſpicari niſi certò de illius iniquitate conſtet, tuncque nemo illam tenetur implere, niſi forſan hinc graue ſcandalum aut aliud reipublicæ damnum pertimeſcat. Lex autem iniqua eſſe poteſt 4. modis. 1. cum diuinæ legi repugnat. 2. cum bono publico aduerſatur. 3. cum legiſlatoris facultatem excedit. 4. cum falsâ nititur præſumptione.

L. 7.

Omnes leges humanæ, ciuiles quoque obligant ſub pœnâ peccati etiam mortiferi iuxta probabiliorem ſententiam cum materia grauis eaque mens legiſlatoris eſt, niſi purè pœnales fuerint, quales eſſe tria hæc indicabunt. 1. cum res vetita ex ſe mala non eſt. 2. cum bono publico minimè nocet. 3. cum ſuperior non vult legem in conſcientiâ obligare, ſed tantum pœnam infligere.

L. 8.

Duo ſunt genera legum, quæ præſumptio-

Digitized by Google

ne nituntur. Siquidem 1. interdùm ſuperiores quædam fieri iubent aut prohibent aliquam in ſingulis caſibus adeſſe circunſtantiam præſumentes quia paſſim adeſſe ſolet: tunc autem ſi præſumptio falſa fuerit, hoc eſt ſi quod à legiſlatore præſumitur, in aliquo ſingulari caſu non contigerit, lex in foro tantùm exteriori obligat.

2. Interdùm aliqua ſanciuntur aut vetantur à ſuperioribus vt multiplici fraudi aliiſue incommodis quæ in variis rebus v. g. in teſtamentis omnem iuris ſolemnitatem non habentibus accidere poſſent, occurratur: atque in eo caſu probabile eſt ſi præſumptio falſa fuerit, legem non obligare in foro interiori.

Cum verò lex condita ad lites amputandas vel ob alium bonum finem, priuat actione ſeu iure agendi coram iudice in certis caſibus, ideòque non obligat in foro exteriori, nihilominus obligat in foro conſcientiæ.

L. 9.

Cum pœnæ alicuius legis grauiſſimæ ſunt, & niſi reus aliquid agat, impleri nequeunt: is non tenetur ſubire illas ante ſententiam iudicis, tametſi lex dicat eas ipſo facto incurrendas; neque alia cenſetur eſſe mens legiſlatoris.

L. 10.

Non tenemur habere intentionem ſatiſfaciendi legi aut eius fini, ſed tantum implere actum ſubſtantialem ab eâ præſcriptum. Quod verò ad modum pertinet, tenemur quidem ad illum cum eſſentialis eſt

actui præcepto, ſecùs minimè.

L. 11.

Lex abrogari poteſt 3.modis. 1. reuocatione. 2. lege contrariâ, & 3. conſuetudine legitimè introductâ quæ talis eſt cum iſtæ duę circunſtantiæ adſunt. 1. cum non repugnat iuri naturali aut diuino. 2.& per tempus notabile durauit.

TRACTATVS IV.

in decalogum.

L. 1.

Decalogus eſt ſumma legum omnium quas Deus hominibus impoſuit, omnia eorum erga Deum & proximum officia complectens. Tria verò ſunt officia quæ ad Deum ſpectant, nimirùm fidelitas, reuerentia & obſequium: quæ verò ad proximum pertinent, vel ſpecialia ſunt quale eſt 4. præcepti, vel generalia, vt ſcilicet nemini opere, verbo ac mente noceamus.

L. 2.

Neceſſarium eſt non neceſſitate naturali, ſed morali, vt etiam ex ſuppoſitione finis, omnia Dei mandata ſeruare, ita vt ſi vnum violes & cœtera ſerues, conſtet illa te Dei gratia non ſeruare.

L. 3.

Non eſt impoſſibile nec etiam difficile

mandata Dei ſeruare cum eius auxilio, & modò iis mediis vtamur quæ illa facilia & iucunda efficiunt, videlicet. 1. cogitando eorum ſuauitatem, deinde à ſola imaginatione oriri difficultatem ipſorum, & ad ea implenda ſolo Dei ac proximi amore opus eſſe, tum ferè magis abſtinendum quàm agendum. 2. applicando voluntatem magno Dei amori.

TRACTATVS V.

in primum Dei præceptum.

L. 1.

Tenemur primo præcepto ad fidelitatem Deo ſeruandam his 4. virtutibus, nimirùm fide, ſpe, charitate ac religione. Fides autem eſt ſupernaturalis virtus, quâ credimus omnia Eccleſiæ à Deo reuelata, quod certi ſimus Deum eſſe ipſammet veritatem.

L. 2.

Fides diuiditur 1. in implicitam, quâ confuſè credimus quidquid Eccleſia credit: & explicitam quâ diſtinctè idem creditur. 2. in formatam quæ charitate animatur, & informem quam habet peccati mortalis reus. Fides implicita eſt neceſſaria neceſſitate modij, non autem explicita niſi præcipuorum myſteriorum vt Dei vnitatis, trinitatis,

Digitized by Google

Incarnationis, & ſacræ Euchariſtiæ.

L. 3.

Hæc tria peccata fidei opponuntur 1. ignorantia rerum quas ſcire poſſumus ac tenemur. 2. apoſtaſia à fide quâ ſcilicet ab au-ctore fidei Ieſu Chriſto receditur. 3. hæreſis quæ eſt contumax alicuius fidei articuli diſſenſus.

L. 4.

Spes eſt virtus theologica quâ certò ſalutem expectamus cum Dei gratiâ & noſtra cooperatione. In duobus autem præceptis affirmatiuis & totidem negatiuis conſiſtit: Illa ſunt 1. vitam æternam ſperare. 2. perpetuam damnationem timere. Iſta 1. de ſalute non deſperare. 2. nec eam conſequi præſumere ſine mediis à Deo ſtatutis.

L. 5.

Timor diuiditur 1. in naturalem quem fulgura, tonitrua, fulmina, tempeſtates ac ſimiles inopinati euentus in hominum quantumuis impiorum animis excitant: & ſupernaturalem qui eſt donum Spiritus Sancti, nam ipſius gratia eum excitat in cordibus noſtris.

2. In bonum & malum: huius autem duo ſunt genera; primum nec voluntatem nec affectum peccandi excludit. Alterum eſt inefficax & inutile.

3. In ſeruilem & filialem ad quem reducitur initialis: illo Deum offendere metuunt ne pœnas æternas incurrant aut cœli gaudiis priuentur; iſto autem diſplicere Deo timemus quia pater optimus eſt, initialis

dicitur cum filialis ſeruili adiungitur & miſcetur.

L. 6.

Præcipuus timoris ſeruilis effectus eſt charitatis in animam introductio, poſt quam tamen in ea remanet toto huius vitæ decurſu. 1. ad ſeruandum in ea charitatem. 2. ad eidem ſuccurrendum vt vehementiores tentationes repellat.

L. 7.

Peccata ſpei oppoſita ſunt duo videlicet deſperatio & præſumptio: illa eſt cum omnem ſalutis expectationem amittis falsò putans tantam eſſe tuorum peccatorum grauitatem vt eorum veniam à Dei miſericordiâ obtinere nequeas, vel certe Deum non eſſe tam bonum vt gratiam ſufficientem dare velit: duo verò ſunt deſperationis fontes nimirum peccata luxuriæ ac pigritiæ. Iſta verò cum ita ſalutem à gratia vt nihil de bonis operibus cures, vel cum eandem à bonis operibus potiùs quàm à Dei gratia expectas: cuius mali duæ ſunt cauſæ videlicet vana gloria & ſuperbia.

L. 8.

Charitas eſt virtus qua Deum ſuper omnia & proximum vt noſmetipſos Dei causâ diligimus. Cœterùm diligere Deum ſuper omnia eſt eum amare tanquam vltimum finem & magis appretiatiuè quacumque re aliâ.

L. 9.

Probabilius eſt nos teneri dumtaxat in tribus his caſibus elicere actus amoris Dei.

Digitized by Google

1. ſi vehemens odij in Deum tentatio premat. 2. in mortis articulo, & 3. identidem in vita, vt quinto quoque anno.

L. 10.

Duo peccata opponuntur charitati Dei, nimirum eius odium, & acedia quæ eſt triſtitia voluntatis, ſeu tœdium quo impedimur officia pietatis implere ob laborem, aut quem re ipſa in eorum exercitio reperimus, aut quem adeſſe imaginamur.

Effectus acediæ ſunt hi ſex 1. malitia ſeu rerum ſpiritualium odium. 2. rancor ſeu indignatio erga homines pios. 3. puſillanimitas. 4. deſperatio. 5. torpor in mandatis Dei obſeruandis. 6. euagatio mentis & ad res malas auocatio.

L. 11.

Religio eſt virtus moralis qua debitum Deo cultum vt primo principio 1. omnium creatori & gubernatori exhibemus Interni eius actus ſunt duo, nimirùm deuotio & oratio: externi autem ſex. 1. adoratio qua reuerentiæ ſigna Deo exhibemus. 2. ſacrificium, quo aliquid in eius honorem offerimus. 3. oblatio qua illi decimas, primitias & id genus alia deferimus ad eius miniſtros ſuſtentandos. 4. votum quo ipſi aliquid eius honori conducens pollicemur. 5. iuramentum quo illius nomen ac veritatem aſſumimus ad ea quæ dicimus confirmanda. 6 adiuratio qua Dei nomen adhibemus vt homines ad aliquid agendum ob reuerentiam ipſi debitam inducamus.

L. 12.

Adoratio eſt actus quo alicui honorem deferimus propter eius excellentiam, ſiue increatam, quæ ſoli Deo, ſiue creatam quæ Angelis & hominibus competit. Eſt autem triplex. 1. latriæ, quæ eſt cultus ac ſummum vni Deo debitum obſequium propter eius ſummam & increatam excellentiam. 2 duliæ quæ eſt cultus Angelis viriſque ſanctis exhibitus propter eorum creatam excellentiam & ſanctitatem participatam. 3. hyperduliæ, qui honor ſanctiſſimæ Virgini redditur ob eius admirandam ſanctitatem & Dei Matris dignitatem eximiam. Eſt etiam alia abſoluta quæ exhibitur illi qui honorem ſecundùm ſe meretur, vt Deo, Angelis & Sanctis, & alia relatiua quæ tribuitur creaturis ratione carentibus, non quidem earum gratia, ſed alterius ad quem honor illis exhibitus refertur.

L. 13.

Hæc 5. peccata virtuti religionis contraria ſunt, videlicet ſuperſtitio, tentatio Dei, ſacrilegium, ſimonia ad quam reducitur confidentia, & blaſphemia. Superſtitio eſt cum alicui creaturæ diuinus cultus exhibetur, aut Deus modo indebito colitur: diuinus autem cultus redditur creaturæ his 4. peccatis, idololatria, diuinatio e. vanâ obſeruantiâ & magia. Indebitus cultus dupliciter. 1 cum ei falſus honor defertur vel ratione ſignificationis, qualem Iudæi reddunt, vel imitatione veri cultus, vt ſi falſæ ſanctorum reliquiæ proponantur adorandæ vel mutatione ſubſtantiali materiæ aut formæ ſacramentorum.

vt ſit ab hæreticis in praua ipſorum cœnâ. 2. cum ſuperfluè Deus colitur, quod accidit ſi religionem collocent in aliquibus rebus aut circunſtantiis quas Eccleſia non obſeruat, & quæ vanæ ac ridiculæ ſunt: cœterum iſtud veniale tantum eſt ſi fiat bona fide nec adſit vlla circunſtantia notabiliter mala.

L. 14.

Diuinatio eſt cum aliquis ope dæmonum inquirit rei occultæ cognitionem quæ naturaliter haberi nequit. Dæmon autem conſuli & inuocari poteſt expreſsè vel tacitè, idque nihilominùs tacitè fit quamuis eum nolle ſe conſulere dicant vtendo veneficiis.

L. 15.

Superſtitio in ſomniis committi poteſt dupliciter. 1. ſi quis per ea noſcere velit res futuras quæ humano modo ſcire nequeunt. 2. ſi putet ſomnium rem præteritam aut futuram denuntiare, cum tamen illa non poſſit ex eo naturaliter colligi, nec vlla indicia probabilia ſuadeant illud à Deo immiſſum: credes autem non eſſe à Deo immiſſum. 1. ſi te ad aliquid malum vel temerarium inducar. 2. ſi animus ex eo turbetur, minorique ad bonum affectu exiſtat.

Peccatum ex ſe mortale eſt, fidem ſomniis adhibere; nihilominus veniale tantum erit. 1. propter ignorantiam & ſimplicitatem. 2. ſi eis fidem integram non præſtemus.

L. 16.

Vana obſeruantia eſt ſuperſtitio quâ ad aliquid agendum vel omittendum iis mediis vtuntur quæ prorſus inutilia ſunt, nul-

ſamque vel ex natura ſua, vel à Deo virtutem habent in hunc finem.

Tria ſunt illius genera. 1 ars notoria cum ſcientiam infuſam quibuſdam ieiuniis, verbis, figurarum inſpectionibus, & huiuſmodi nugis adipiſci conantur. 2 obſeruatio ſanitatum qua certis verbis, ſignis ac ritibus friuolis ad curandos hominum vel animalium morbos vtuntur. 3. obſeruatio euentuum cum ex re fortuitò occurrente aliquid ſiniſtri vel proſperi coniicimus euenturum, indeque actus noſtros dirigimus.

His verò 4. indiciis vanam obſeruantiam deprehendes. 1. cum vis iſta verborum in quadam futili circunſtantia ponitur. 2. ſi nomina barbara & characteres ignotos adhibeant. 3. cum inde oritur effectus inutilis ac vanus. 4. cum admiſcentur apocryphæ & falſæ hiſtoriæ.

L. 17.

Duplex eſt magia. 1. naturalis, qua res miræ ſolâ cauſarum naturalium virtute fiunt. 2. diabolica, quâ obſequium dæmoni exhibent, non quia Deum putent, ſed vt inde vel lucrum aut voluptatem capiant, vel aliis maleficio aliquo ſiue in corpore ſiue in anima noceant. Peccat autem qui alio vtitur ad maleficium maleficio tollendum.

L. 18.

Tentatio Dei eſt contra religionem quâ fit vel dicitur aliquid ſine iuſto motiuo vt aliquam Dei perfectionem v g. potentiam, iuſtitiam &c. experiamur. Sacrilegium eſt prophanatio rerum ſacrarum vel 1. perſona-

rum, aut 2. locorum, vel 3. rerum Dei obſequio dicatarum, qualia ſunt, vaſa ſancta, veſtes ſacræ &c. cõmittitur verò ſacrilegiũ in perſonas ſacras percuſſione earum & peccato libidinis: in loca homicidio, humani ſanguinis aut ſeminis effuſione, vt fuſius dicetur in tractatu Euchariſtiæ, furto vel rei ſacræ in loco ſacro aut etiam non ſacro, vel rei non ſacræ in loco ſacro, quamuis probabile ſit non eſſe ſacrilegium in hoc poſtremo caſu niſi res apud locum ſacrum depoſitę eſſent.

L. 19.

Blaſphemia eſt conuicium in Dei vel Sãctorum honorem iactatum. Committitur verò tripliciter. 1. ſi tribuantur Deo quæ illi non competunt 2. eidem denegando quod ei conuenit. 3. creaturæ concedendo quæ ſoli Deo conueniunt, ex ſe peccatum mortale eſt. Non eſt blaſphemus qui male dicit proximo, niſi fiat cum ordine ad Deum eius creatorem: ſed tamen maledictiones charitati proximi aduerſantur, & ſunt peccata mortalia cum his tribus circunſtantiis, nimirùm voluntate deliberatâ, deſiderio grauis mali, & motiuo peſſimo, ſecùs venialia tantùm. Maledicens creaturis ratione carentibus vt plurimùm non niſi venialiter peccat, idque ſolùm propter impatientiam vel aliam circunſtantiam occurrentem: ſi tamen malediceret cum ordine ad earum dominum, peccare poſſet mortaliter ob motiuum peſſimum.

Digitized by Google

TRACTATVS VI.
In ſecundum decalogi præceptum.

L. 1.

IVRAMENTVM eſt cum Deus adducitur in teſtem rei quam eſſe vel fore aſſerimus. Iurare fidem ſi humanam intelligant, non eſt iuramentum; nec dicere in veritate, in conſcientia, certè, tibi iuro ita eſſe, hoc eſt coram Deo, id Deus ſcit, & his ſimilia, niſi adſit intentio Deum in teſtem adducendi.

L. 2.

Hæc verba per caput, mortem, ſanguinem, addito etiam Dei nomine, iuxta probabiliorem ſententiam non ſunt blaſphemiæ ſed iuramenta, vel potiùs execrationes & impotentis iræ motus, cum hæc proferendo nihil affirmant aut negant: idem quoque de his vocibus gallicis par dieu, mardi, &c. dices.

Renego Deum idem eſt ac ſi diceres nego Deum eſſe niſi res ita ſe habeat, vnde impropriè loquuntur ita ſe accuſantes in confeſſione, renego [illegible] diabolum, &c.

L. 3.

Variæ ſunt iuramenti diuiſiones. 1. diuiditur in aſſertorium quo rem aliquam præſen-

tem aut præteritam affirmamus, & promiſſorium quo aliquid pollicemur. 2. in execratorium quo aliquis Deum non modò in ſui dicti teſtem aſſumit, ſed etiam in vltorem ſi mentiatur, & comminatorium quo alicui pœnam comminamur. 3. in illud quod fit per *Deum* & quod fit per creaturas in quibus perfectiones *Dei* præcipuè fulgent.

L. 4.

Iuramentum ex ſe bonum actuſque religionis eſt modò fiat cum tribus his conditionibus. 1. veritate 2. iudicio, id eſt iurando cum neceſſitate videlicet pro re graui & cum reuerentia ſcilicet non iterando iuramentum, & 3. iuſtitiâ hoc eſt non iurando pro re malâ v.g. percuſſione vel occiſione.

L. 5.

Iurare contra veritatem quamuis in re leui & affirmare cum iuramento rem dubiam vt veram peccatum ex ſe mortiferum eſt. Iurare ſine iudicio peccatum ex ſe tantum veniale eſt. Iurare ſine iuſtitia eſt peccatum mortale aut veniale iuxta materiæ grauitatem.

L. 6.

Peccatum ex ſe mortiferum eſt polliceri cum iuramento ſe facturum rem licitam aut illicitam cum aliquis non habet intentionem faciendi eam vel credit aut valde dubitat ſe illam præſtare non poſſe.

L. 7.

Non tenemur implere iuramentum. 1. ſi eius materia ſit mala. 2. ſi conſiliis Euangelij repugnet. 3. ſi ſit indifferens. Iuramenta verò promiſſoria citrà intentionem iurandi

Digitized by Google

facta non obligant niſi propter ſcandalum vitandum: nihilominus obligant ſi ſola intentio ſeruandi promiſſa defuerit. Non tenemur ſeruare iuramentum metu graui iniuſto emiſſum : idem dices de iuramento facto cum errore ſubſtantiali hoc eſt tali vt veriſimile ſit quod agnito errore non iuraſſes, idem erit ſi promiſſionis obligatio ceſſet.

L. 8.

Qui pœnam quam iuſte infligere poteſt cum iuramento minatus eſt ex bono correptionis fine, tenetur implere iuramentum & pœnam infligere. Cenſetur autem intentaſſe pœnam ex ira non ex motiuo correptionis cum veriſimile eſt quod ſeclusâ paſſione illam non intentaſſet.

L. 9.

Quamuis materia iuramenti promiſſorij leuis ſit eius tamen violatio eſt peccatum mortale, non tamen ſi violetur quoad partem materiæ leuem iuxta quoſdam auctores.

Violatio iuramenti comminatorij validi eſt etiam peccatum mortale, niſi ceſſauerit ratio quæ ad illud induxit.

L. 10.

Obligatio iuramenti ceſſare poteſt 1. mutatione materiæ vt ſi ea fiat impoſſibilis aut illicita. 2. irritatione, commutatione aut diſpenſatione ſuperioris. 3. illius ceſſione in cuius fauorem iuraſti, quo caſu ille non diſpenſat, neque Deus mendacij teſtis efficitur.

L. 11.

Cum adeſt iuſta cauſa licet exigere iuramentum etiam à turca quem cum peccato iuraturum noſti, modò tantùm ei dicas generatim vt iuret.

L. 12.

Non peccant toties quoties ex praua conſuetudine iurant niſi aduertant; ſed peccant toties quoties prauum habitum aduertentes non eum conantur emendare: eoque caſu peccant mortaliter ſi conſueuerint iurare contra veritatem aut etiam mentiri, non autem ſi conſueuerint iurare tantùm ſine conditione iudicij.

L. 13.

Votum eſt promiſſio voluntaria Deo facta rei alicuius bonæ. Diuiditur 1. in abſolutum, quod ſtatim atque fuit emiſſum obligat, & conditionatum, quod poſitâ ſolùm conditione obligat modò eius adimpletio non ſtet per nos. 2. in reale, quo promittis rem aliquam Deo, & perſonale, quo eidem polliceris actionem aliquam perſonalem. 3. in ſimplex, quod in ſola promiſſione Deo factâ conſiſtit, & ſolemne, quod in actuali traditione ſui corporis ſuæque libertatis publicè à Dei locum tenente acceptatâ conſiſtit.

L. 14.

Tribus modis obligatio voti deſinere poteſt. 1. irritatione, cum aliquis ſuperior etiã ſine cauſa reſcindit votum inferioris emiſſum de re quæ ipſius poteſtati dominatiuæ ſubiicitur. 2. commutatione, quâ præceden-

Digitized by Google

ti obligationi alia ſubſtituitur; hoc autem fieri poteſt à legitimis ſuperioribus, imò quilibet commutare ſua vota poteſt in rem euidenter meliorem. 3. diſpenſatione ſuperioris.

TRACTATVS VII.
In tertium decalogi præceptum.

L. 1.

SANCTIFICATIO diei Dominicæ feſtorumque conſiſtit 1. in abſtinendo ab operibus ſeruilibus, & 2. in audiendâ miſſa. Cæterùm opera ſeruilia ſunt corporea, quæ immediatè ſpectant lucrum temporale, & paſſim à famulis aliiſque labori mancipatis exercentur. Neque dicendum eſt opera ſiue animæ ſiue corporis eſſe ſeruilia cum fiunt ob lucrum.

L. 2.

Omnia opera animæ diebus dominicis & feſtiuis licitè fieri poſſunt ſi excipias. 1. illa quæ ad proceſſum iudicialem pertinent, & fiunt cum ſtrepitu forenſi. 2. omnem ſententiam iudicialem. 3. iuramentum iudiciale teſtium ac litigantium. 4. emptiones, venditiones, nundinas, & vnde colligitur non poſſe contractus à Notariis perſcribi niſi neceſſitas publica vel alia iuſta cauſa excuſet.

L. 11.

Cum adeſt iuſta cauſa licet exigere iuramentum etiam à turca quem cum peccato iuraturum noſti, modò tantùm ei dicas generatim vt iuret.

L. 12.

Non peccant toties quoties ex praua conſuetudine iurant niſi aduertant; ſed peccant toties quoties prauum habitum aduertentes non eum conantur emendare: eoque caſu peccant mortaliter ſi conſueuerint iurare contra veritatem aut etiam mentiri, non autem ſi conſueuerint iurare tantùm ſine conditione iudicij.

L. 13.

Votum eſt promiſſio voluntaria Deo facta rei alicuius bonæ. Diuiditur 1. in abſolutum, quod ſtatim atque fuit emiſſum obligat, & conditionatum, quod poſitâ ſolùm conditione obligat modò eius adimpletio non ſtet per nos. 2. in reale, quo promitti rem aliquam Deo, & perſonale, quo eiden polliceris actionem aliquam perſonalem. 3 in ſimplex, quod in ſola promiſſione De factâ conſiſtit, & ſolemne, quod in actua traditione ſui corporis ſuæque libertatis publicè à Dei locum tenente acceptatâ conſiſtit.

L. 14.

Tribus modis obligatio voti deſinere poteſt. 1. irritatione, cum aliquis ſuperior et ſine cauſa reſcindit votum inferioris emiſſum de re quæ ipſius poteſtati dominati ſubiicitur. 2. commutatione, quâ præcede

ti obligationi alia ſubſtituitur; hoc autem fieri poteſt à legitimis ſuperioribus, imò quilibet commutare ſua vota poteſt in rem euidenter meliorem. 3. diſpenſatione ſuperioris.

TRACTATVS VII.
In tertium decalogi præceptum.

L. 1.

SANCTIFICATIO diei Dominicæ feſtorumque conſiſtit 1. in abſtinendo ab operibus ſeruilibus, & 2. in audiendâ miſſa. Cæterùm opera ſeruilia ſunt corporea, quæ immediatè ſpectant lucrum temporale, & paſſim à famulis aliiſque labori mancipatis exercentur. Neque dicendum eſt opera ſiue animæ ſiue corporis eſſe ſeruilia cum fiunt ob lucrum.

L. 2.

Omnia opera animæ diebus dominicis & feſtiuis licitè fieri poſſunt ſi excipias. 1. illa quæ ad proceſſum iudicialem pertinent, & fiunt cum ſtrepitu forenſi. 2. omnem ſententiam iudicialem. 3. iuramentum iudiciale teſtium ac litigantium. 4. emptiones, venditiones, nundinas, & vnde colligitur non poſſe contractus à Notariis perſcribi niſi neceſſitas publica vel alia iuſta cauſa excuſet.

L. 3.

Inter opera corporea ex ſe indifferentia quædam licent diebus feſtis, vt iter agere, venari, piſcari, quædam verò non licent vt emere, vendere præter illa quæ paſſim conſumuntur per diem. Sed opera ex indifferentia, periculoſa tamen vt ludi &c. prohibentur illis diebus quamdiu officia diuina celebrantur.

L. 4.

Ob vrgentem neceſſitatem plura opera ſeruilia diebus feſtis licitè fieri poſſunt. Vxor, liberi & famuli à viro, parentibus heriſque laborare coacti modò non in odiũ & formalem Catholicæ religionis contemptum, excuſantur. Verùm famuli tenentur aliquatenùs reſiſtere, quod ſi nihilominùs laborare cogantur, heros illos deſerere debent quam primùm ſine graui damno poterunt.

L. 5.

Superiores 1. eccleſiaſtici, 2. politici, & 3. domeſtici poſſunt cooperari peccato violationis feſtorum non impediendo illud quantùm poſſunt; ſed maximè Rectores eorumq; vicarij qui tenentur in eo caſu. 1. admonere Epiſc. de huiuſmodi violatione ac eius reſcripta exequi. 2. impellere hortarique magiſtratus, vt hoc peccatum enixè impediant reiſque mulctam infligant. 3. reis non ſtudere. 4. Monitionibus, minis, hortationibus populum ad ſanctificationem feſtorum inducere. Et peccant ſi aliqua ex his prætermittant.

L. 6.

Peccatum ex ſe mortale eſt laborare diebus feſtis, poteſt tamen eſſe veniale ob materiæ leuitatem. Quidam duas horas, alij verò vnicam tempus eſſe notabile grauemque materiam putant.

TRACTATVS VIII.
in quartum præceptum.

L. 1.

NOMINE honoris quem hoc 4. præcepto iubemur exhibere parentibus, intellige cœtera liberorum erga ipſos officia, & viciſſim officia parentum erga liberos in iſtorum officiis continentur. Nomen autem patris & matris ſignificat omne genus ſuperiorum eccleſiaſticorum, politicorum & domeſticorum, contra quos omnes admiſſum peccatum eſt ſpecie diuerſum.

L. 2.

Officia liberorum erga patrem & matrem in 4 iſtis conſiſtunt. 1. reuerentiâ non modò exteriori, ſed etiam interiori. 2. amore. 3. obedientiâ, & 4. ſubſidio temporali ac ſpirituali.

Cœterùm liberi peccare poſſunt contra dictam reuerentiam. 1. verbis moleſtis. 2. percuſſione aut minis. 3. eorumdem ſi pauperes fuerint contemptu.

Contra dictum amorem 1. interiori odio.

2. illis externa beneuolentiæ ſigna non exhibendo, quamuis eos intus non oderint.

Contra obedientiam, non eis obediendo 1. in iis quæ ad bonos mores, & 2. ad familiam ſpectant.

Contra ſubſidium ſpirituale. 1. non curando vt recipiant ſacramenta cum opus eſt. 2. prohibendo ne bonum alienum reſtituant, vel pauperes ſtipe donent. 3. pro eis defunctis non orando. Et contra ſubſidium temporale non eis ſuccurrendo alimentis & medicamentis.

Officia parentum erga liberos ſpectant primò animã 1. deinde corpus. Animam quidem. 1. eos fidei myſteria docendo. 2. peccati occaſiones amouendo. 3. probæ vitæ monſtrando exempla. 4. eoſdem corripiendo. Et corpus 1. eis alimenta porrigendo. 2. vitæ genus aliquod procurando.

L. 3.

Famuli debent heris ſuis hæc tria, videlicet amorem, reuerentiam & obedientiam: heri autem famulis debent ea ferè quæ liberis parentes. Vxor viro debet honorem & obedientiam, ipſeque viciſſim vxori.

Officia Parochi ſunt iſta ſex. 1. reſidere. 2. adminiſtrare ſacramenta per ſe ipſum. 3. catechiſmum docere. 4. habere pauperum curam. 5. viſitare infirmos. 6. miſſam diebus feſtis celebrare aut celebrandam curare vt à parœcianis audiatur, eiuſque fructum illis diebus ferè ſemper ipſis applicare tenetur.

Digitized by Google

TRACTATVS IX.

In 5. decalogi præceptum.

L. 1.

SEx hoc præcepto vetantur. 1. iniuſtè proximum occidere. 2. ad eius mortem cooperari. 3. eum percutere aut percuſſioni illius conſentire. 4. eum odire. 5. eundem ad peccatum inducere. 6. voluntatem habere faciendi hæc dicta & ſimilia. Iubet autem vt proximo in extrema neceſſitate corporis animæque ſubuenias.

L. 2.

Quod verò proximi odium ſpectat, non ſolùm illud animo pellendum eſt. ſed etiam proximo amicitiæ chriſtianæ ſigna & vitæ ciuilis officia exhibenda, quorum vnum eſt ſalutatio, quæ ferè nuſquam in praxi denegari poteſt ſine peccato, nam conſtat eius omiſſionem indicare odium non eſſe in animo extinctum.

TRACT. X.
In 6. decalogi præceptum.

L. 1.

HOc præceptum vetat explicitè adulterium, & implicitè genus omne libidinis, videlicet fornicationem, ſtuprum, raptum, inceſtum, mollitiem, ſodomiam, beſtialitatem, tactus, aſpectus, ſermones, & cogitationes turpes.

L. 2.

Debet autem Confeſſarius de illis peccatis interrogans. 1. vti verbis honeſtis. 2. curare vt pœnitentes explicent, an aliquem adhibuerint ad ea committenda, explicent quoque illorum ſpecies. 3. conſulere vtilia remedia contra relapſum, & præſertim hæc octo abſtinentiam, fugam, otij prauorumque conſortiorum, frequentem confeſſionem exercitium præſentiæ Dei, meditationem. 4. nouiſſimorum deuotionem cruci & vulneribus Domini Ieſu habendam, frequentent Deiparæ inuocationem.

TRACT.

Digitized by Google

TRACTATVS XI.

In ſeptimum decalogi præceptum.

L. 1.

RESTITVTIO eſt actus commutatiuæ juſtitiæ quo alterius bonum ablatum vel detentum reſtituitur aut ei damnum illatum reparatur, eſt autem neceſſaria neceſſitate præcepti non medij niſi in intentione.

L. 2.

Non teneris reparare damnum alteri per incogitantiam illatum, niſi tenereris ex officio vel contractu non inferre illi damnum. Poteris autem cognoſcere damnum ſine aduertentiâ & foruitò eſſe illatum 2. cùm illud ex tali actione oriri non conſueuit, quippe quæ non ſit periculoſa ex ſe. 2. & quamuis ex ſe periculoſa eſſet, nulla tamen aduertentia fuit.

L. 3.

Si Dominus animalis quod alteri damnum fecit, hoc præuidens noluerit impedire, tenetur ad reparationem damni: ſed ſi dominus ille culpâ careat, probabilius eſt eum ad hoc teneri dumtaxat poſt condemnationem.

L. 4.

Qui alteri graue damnum intulit per culpam ſolùm venialem, tenetur iuxtà

probabiliorem ſententiam ſub peccato mortali ad reparationem damni, non quidem totius ſed habitâ ratione grauitatis aut leuitatis ſui peccati venialis.

L. 5.

Ille qui bonâ fide poſſidens alterius bonum dubitare cœpit illud ad ſe non pertinere, debet inquirere veritatem diligenter: alioquin ſi dominum rei nouerit, eam illi cum omni fructu à tempore dubii percepto reſtituere tenebitur. Cùm verò adhibita ſufficienti diligentiâ, non potuit ſcire veritatem, poteſt huiuſmodi rem ſeruare ac vendere minori tamen pretio, quod periculum ſit ne illam emptor vero domino reſtituere teneatur. Quod ſi dictus bonæ fidei poſſeſſor omiſſâ ſufficienti diligentià vt rei veritatem ſciret, deinde illam ſcire nequeat, eo caſu tenetur ad aliquam reſtitutionis partem, habitâ ratione dubii & probabilitatis ſpei verum rei dominum agnoſcendi.

L. 6.

Aliquis eſt malæ fidei poſſeſſor, cum ante rei poſſeſſionem credit aut dubitat ſe iure illam non poſſe acquirere. Cum verò adhibitâ diligentiâ nõ potuit ſcire veritatem, ac proinde in dubio permanet, dictam rem ſeruare non poteſt. Aliquis etiam foret malæ fidei poſſeſſor, ſi rem ab alio bonâ fide poſſeſſam quaſi ad ſe pertinere dubitans vendi caret.

L. 7.

Qui conſumpſit vel alienauit rem alterius à ſe bonâ fide poſſeſſam, tenetur ſolùm reſtituere id in quo propterea factus eſt ditior.

L. 8.

Rem alterius acceptam vel retentam ſi extet, reſtituere tenemur in ſpecie, & ſi non extet, eius pretium: neque ſufficit rei omninò ſimilis reſtitutio, nam ſi dominus rem ſuam velit ſibi reſtiui, eaque extet, iuſtitia nedum charitas ex probabiliori ſententiâ poſtulant vt ei reſtituatur.

L. 9.

Qui furatus eſt rem cuius valor deinde creuit, eamque habet in ſpecie, tenetur non modò eius valorem tempore furti, ſed ipſam reſtituere: ſi tamen fur ad incrementum rei iuſtos ſumptus impenderit, eos illi dominus ſoluere tenetur.

L. 10.

Cum fur alienauit aut conſumpſit rem alterius, tenetur eam illi ſoluere iuxta valorem temporis quo eam ſeruatam pluris dominus vendidiſſet: at ſi dominus eam pluris venditurus nouerat quàm tempore furti valeret, aut non accepiſſet aliud damnum, fur ſolùm teneretur ei reſtituere valorem temporis furti. Verumtamē ſi rei furtiuæ valor creuiſſet propter incrementū intrinſecū,

fur eius venditor omne pretium reſtituere teneretur, quamuis cōſtet quod eam dominus tanti non vendidiſſet: ſecus autem in extrinſeco incremento contingit.

L. 11.

Vaſtator alienæ rei tenetur non ſolùm reſtituere quod illa tempore illati dãni valebat, ſed etiam quod ex eâ dominus percepiſſet juxta prudentis arbitrium ſpectatis circumſtantiis grandinis ſumptuum, &c.

L. 12.

Non teneris ad reſtitutionem fructuum induſtriæ quos ex re alterius percepiſti, ſed damni quod dominus interdùm ob ſuæ rei priuationem accepit.

L. 13.

Tenetur poſſeſſor bonæ fidei reſtituere fructus pendentes, & perceptos ſi habeat eos in ſpecie, ſin minùs, id in quo propter eos factus eſt ditior, ſed non tenetur reſtituere fructus quos ſuâ negligentiâ non percepit.

L. 14.

Poſſeſſor malæ fidei reſtituere tenetur fructus quos non percepit ex re alienâ, quoſque dominus percepiſſet: item perceptos, quia rem alterius ſuâ induſtriâ meliorauit, quamuis eos dominus non percepiſſet, in hoc tamen caſu expenſæ quas malæ fidei poſſeſſor in re meliorandâ fecit, deducendæ ſunt, quod ſi fructibus illis conſumptis non indè locupletior factus eſſet, probabilius eſt teneri quoque in tali caſu ad reſtitutionem.

Digitized by Google

L. 15.

Qui accepiſſet pecuniam vt bonum opus ageret ad quod ex juſtitiâ tenebatur, deberet illam reſtituere, niſi conſtet gratis fuiſſe donatam; qui verò pecuniam exigeret vt id faceret quod facere tenetur ex charitate, non deberet eam reſtituere iuxtà probabiliorem ſententiam, niſi exigendo alicui feciſſet iniuriam: ſiquis autem pecuniam exegiſſet vt rem ageret ad quam non tenebatur ex iuſtitiâ vel charitate ſed ex religione, obedientiâ aut ſimili virtute, non eam reſtituere deberet, niſi tradens pecuniam, erroneè putaſſet ad eam ſe tradendam obligari.

L. 16.

Exigens pecuniam pro mali operis omiſſione à quo ex iuſtitiâ tenebatur abſtinere, debet illam reſtituere acceptam, non tamen ſi ex religione aut alia virtute abſtinere tenebatur.

Pecuniam accipiens vt malum opus agat v.g. homicidium &c. tenetur illam reſtituere ante operis executionem, ſed non poſt.

L. 17.

Poteſt aliquis impediri ab alicuius rei acquiſitione 1 vi 2. fraude ac mendacio. 3. Solis blanditijs & ſuaſionibus: idque odio vel proprii aut amicorum commodi ſtudio.

Qui autem impediuntur à conſecutione rei alicuius poſſunt habere. 1. ius ad rem. 2. in re. 3. remotum. Habet autem ius ad rem 1. qui habet actionem in perſonam

non in rem vt in venditione ante traditionem. 2. qui fuit electus vel præſentatus ad aliquod beneficium vel officium, aut ille cui collatū eſt beneficiū ſed in eius poſſeſſionem non eſt miſſus. 3. Hæres aut legatarius. Habet verò ius in re qui habet actionem realem 1. cùm tibi non modò perſona ſed res ipſa obſtricta eſt.

L. 18.

qui aliquem impediuit, etiam odio, à conſecutione rei ad quam ius tantùm ad rem habebat, non tenetur ad reſtitutionem, niſi vi, fraude vel mendacio vſus fuerit.

L. 19.

quod ſi vi aut fraude vſus fuerit, tenetur ad reſtitutionem, licet impeditus à dictæ rei conſecutione, haberet ſolùm ad eam ius remotum. Qui aperit literas vnde alicuius officii vel beneficii vacationem didicit, eâque notitiâ vtens, nullâ tamen vi aut fraude præuenit ſua diligentiâ redditionem illarum, petit obtinetque Beneficium, non tenetur ad reſtitutionem.

Obligatus autem ad reſtitutionem, quod à conſecutione rei alicuius proximum impedierit, non tenetur reſtituere omnem rei valorem, ſed habenda eſt ratio probabilitatis ſpei rem obtinendi & aliarum circumſtantiarum.

L. 20.

Nouem hominum genera in damnum alterius concurrere poſſunt, & his verſibus continentur.

Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.

Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Ille verò eſt cauſa efficax damni alterius qui in illud poſitiuè aut negatiuè influit: neque dicendum eſt generatim eum eſſe cauſam alterius damni efficacem, ſine quo damnum non fuiſſet illatum.

L. 21.

Cùm duo vel plures damno alterius cooperati ſunt, ad reſtitutionem in ſolidum tenentur, quamuis vnus omne furtum acceperit.

L. 22.

Qui mandauit fieri damnum, ſiue autoritatem iubendi habeat ſiue non, & ſiue tacitè aut expreſſè mandauerit, obligatur ad reſtitutionem, quamuis reuocauerit mandatum, ſi mandatarius reuocationem eius expreſſam vel tacitam neſcierit. quod ſi mandatarius noluerit acceptare mandatum nocendi, ac deinde pœnitens diſplicuiſſe mandanti damnum inferat, mandans tenetur ad reſtitutionem. qui verò gaudet illato alicui damno ſine ipſius iuſſu, ab eo qui ſolùm hoc intulit, vt rem illi gratam faceret, non tenetur ad reſtitutionem.

L. 23.

Ille tenetur ad reſtitutionem, cuius conſilio damnum fuit illatum. Si verò damni auctor decreuerat ante conſilium nocere,

Digitized by Google

ſed citiùs & audaciùs nocuerit conſilio alterius, Doctores aliqui conſulentem obligari ad reſtituendum affirmant & alii negant, ſed probabile eſt illum teneri ad partem reſtitutionis, prout eius conſilium plus minuſve damni auctorem impulerit, non verò ad totam probabilius eſt dubitantem, an eius conſilium fuerit damni cauſa, teneri ad reſtitutionem, quamuis à longo tempore conſilium dederit, niſi auctor damni à quadam circunſtantiâ ſubſecutâ impulſus eſſe videatur, puta ſi factus fuerit inimicus hominis damnum paſſi.

L. 24.

Qui volenti damnum inferre alteri, ſuaſit vt maius inferret, tenetur ſolùm reſtituere acceſſionem, & ſi conſuluit minus, eo quod is inferre decreuerat, non tenetur ad vllam reſtitutionem, ſi volenti ſurripere paulo v. g. ſuaſeris vt Ioanni furetur, teneris Ioanni reſtituere: ſi autem volenti ſurripere decem mille nummos Petro, aut decem nummos Ioanni, ſolùm ei dixeris è duobus malis eſſe minus eligendum, non teneris ad reſtitutionem, licet fur decem nummos Ioanni ſurripiat.

Ille qui falſum nocivumque conſilium à ſe datum retractauit antequam damnum fieret, non tenetur etiam illato damno ad reſtitutionem: ſed dato alio conſilii genere quamuis reuocato probabilius eſt teneri ad reſtitutionem, ſi is cui damnum conſuluit, ab eo inferendo non deſtitit.

Qui dedit malum conſilium, non debet

reparare damna quæ is cui dedit conſilium, incurrit.

L. 25.

Qui conſenſit in damnum alterius ac de illo ſuffragium tulit, reſtituere debet, niſi lato in cœtu ſuffragio maior ſuffragantium numerus præceſſerit, modò tamen veriſimile non ſit impediendum ab ipſo damnum & reuocandam ab aliis ſententiam iniquam ſi ſe illi oppoſuiſſet. At ſi prior tuliſſet ſuffragium teneretur ad reſtitutionem quamuis certò præuidiſſet actionem damnificam à maiori ſuffragantium numero decernendam ille qui laudibus, irriſionibus, exprobrationibus, & aliis huiuſmodi aliquem ad inferendum damnum induxit reſtituere tenetur.

L. 26.

Receptans formaliter aliquem furem vel alium malefactorem tenetur reſtituere, non tamen receptans materialiter, niſi aduertat malefactorem induci ad malum ſpe confugiendi ad ipſum. Caupones tenentur reſtituere non modò acceptam pecuniam à filiisfamilias parentibus ſurreptam, ſed etiam ab iiſdem ludo apud ipſos expenſam, ſi eis chartas luſorias ſuppeditauerint, vel eos ad ludendum occultauerint, non tamen ſi ſolum eis domum conceſſerint, dicti caupones tenentur ad reſtitutionem, ſi adeſum volatilia ſurrepta parauerint, vt etiam artifices qui res furtiuas in manu pretium acceperunt.

ne, tenentur ſolùm à ſe illatum damnum reparare.

Quod verò ad iniuſtas militum direptiones ſpectat, non tenentur ſinguli ad totius damni reparationem in ſolidum, ad hoc verò tenetur Imperator, vel centurio: ſi tamen quidam milites ad aliquam domum v.g. diripiendam ſe mutuò excitauerint, in ſolidum reſtituere debent, & ſi non ſe mutuo excitantes, damnum aliquod ſinguli fecerint, illud ſolum reparare ſinguli obligantur.

L. 30.

Ille qui cùm teneretur ex officio vel contractu loqui, manifeſtare vel obſtare ne alicui damnum fieret, tacuit, non manifeſtauit, non obſtitit, ad reſtitutionem tenetur: non autem ille qui prohibuit Petrum à detegendo fure qui crumenam Ioanni ſurripuit, ſi Petrus ſolâ charitate furem manifeſtare teneretur, niſi prohibuerit vi aut fraude.

L. 31.

Quidam æſtimant confeſſarium qui malitiâ, puſillanimitate animi vel ignorantiâ culpabili tacuit, neque monuit pœnitentem de reſtitutione faciendâ, teneri reſtituere, alii negant, niſi poſitiuè dixerit pœnitenti non eſſe reſtituendum.

Superiores politici tenētur ad reſtitutionē ſi damna ſubditorū non impedierint, etiam

cum bonorum ſuorum, honoris & vitæ periculo, ſi de totâ communitate ſeu bono publico agatur; non tenentur verò exponere vitam aut res notabiles, vt ſolùm priuati damnum impediant,

Tutores & curatores licet vi & Iudicis mandato ſubire onus coacti, damnum pupillorum & minorum ſuorum impedire tenentur.

L. 32.

Mercede conducti reſtituere debent ſi tacuerint, non manifeſtauerint vel non obſtiterint cum dominis ſuis illatum fuit damnum: ſed probabilior ſententia docet eos non teneri ad reſtitutionem mulctæ quam domini percepiſſent, ſi ipſi non tacuiſſent.

Famuli tenentur ad reſtitutionem cùm tacent vel non manifeſtant non ſolùm externa furta, ſed etiam iuxta probabiliorem opinionem domeſtica, quamtumuis rerum ipſorum curæ non creditarum.

L. 33.

Is cui fur dedit partem furti vt ipſum non prodat, tenetur ad reſtitutionem: quod ſi fur eidem pecuniam vel aliam rem ſuam dederit vt eum tantùm alliciat ad tacendum, ille quamuis furem prodiderit, non tenetur ad reſtitutionem: ſed ſi fur pecuniam dederit, vt ſolum tempore furti non ipſum detegat, idem commiſſo furto pecuniam retinere poteſt. Sin tamen fur dictam pecuniam dederit cum iis circumſtantiis, quæ ideò iſti datam perſuadeant vt ipſum

Digitized by Google

commiſſo furto non prodat, tunc ad illius reſtitutionem teneretur.

L. 34.

Cùm cauſa principalis reſtituit, minùs principalis ad nihil tenetur qui habens autoritatem iubendi mandauit fieri damnum, tenetur principaliter ad reſtitutionem iuxtà omnes Doctores, imo ſecundum plurimos, quamuis nulla iubendi autoritate polleret. Non tamen conſulens damnum vel porrigens inſtrumenta, ſed damni executor ad reſtitutionem tenetur: ſi verò plures in damnum conſpirauerint, quamuis vnus illud exequatur, omnes æquè principales illius cauſæ cenſentur.

L. 35.

Probabilius eſt nullum eſſe ordinem inter cauſas minus principales. 1. Siquis mandauerit fieri damnum, alter executus fuerit, alius verò conſuluerit, & alius receptauerit, executorem damni eſſe quidem cauſam minus principalem reſpectu iubentis, & prædictum executorem eſſe cauſam principalem reſpectu conſulentis, non tamen conſulentem reſpectu receptantis, aut receptantem reſpectu tacentis: ita vt facienda ſit reſtitutio à dictis cauſis minùs principalibus habitâ ratione cooperationis ſingularum.

L. 36.

Cùm duo vel plures fuerunt æquè principales vel minùs principales cauſæ, tenentur quidem in ſolidum ad reſtitutionem, ſed vno reſtituente alii debent ei refundere

ſinguli pro ratâ: ſi tamen vnus è tribus v. g. nollet aut non poſſet reſtituere portionē ſuam, alii duo tenerentur illam ex æquo ferre.

Cùm cauſa principalis reſtituit, minus principales à reſtitutione liberæ ſunt; at ſi minùs principalis reſtituit, principalis ei refundere debet.

Cùm is qui damnùm accepit, reſtitutionem cauſæ principali condonat, liberæ ſunt cauſæ minus principales, ſed non contrà: quod ſi condonet æque principali vel minùs principali cauſæ, non ideò liberæ ſunt aliæ.

L. 37.

Poſſeſſor malæ fidei apud quem res alterius periit vel deterior facta eſt, etiam citrà ipſius culpam, tenetur ad reſtitutionem, niſi conſtet eam æquè perituram à cauſa naturali ratione carente, vel ab homine iuſtè agente: qui alterius rem vaſtauit aut peremit, elapſo tempore quo illa peritura erat, tenetur ad reſtitutionem.

L. 38.

Qui alteri miſit rem ipſi debitam ex delicto, eaque periit in via, tenetur iterùm ad reſtitutionem, niſi creditor elegiſſet & indicaſſet latorem.

Eum qui cùm non poſſet reſtituere per ſeipſum, tradidit pecuniam confeſſario, quem non reſtituiſſe nouit, ad ſecundam reſtitutionem obligari Doctores quidam cenſent, alii negant. Qui alteri mittit rem illi debitam in ſpecie ex aliquo contractu.

v. g. commodato, ea que periit in itinere culpâ vel ſine culpa latoris à rei domino indicati, non tenetur iterùm reſtituere, neque ſi creditor prudenter latorem elegerit, ſecùs veró cum elegit imprudenter.

L. 39.

Debitor qui ſoluendo non eſt omnibus ſuis creditoribus, præferre illum poteſt cuius pecuniâ emit equum vel aliam rem quam habet in ſpecie, non tamen ſi eam ſolùm habeat æquiualenter,

Si quis creditò ſextarium tritici emiſſet, cumque ſuo tritico miſcuiſſet, probabilius eſt venditorem aliis creditoribus eſſe præferendum.

L. 40.

Cùm aliquis debet vni propter iniuriam illatam, & alii ex oneroſo contractu, neuter illorum eſt præferendus, ſed ſingulis pro rata ſoluendum: Et cum vni ex contractu oneroſo, alii autem ex gratuito debet, illi prius quàm iſti ſatisfacere tenetur.

L. 41.

Reales creditores præferendi ſunt perſonalibus. 1. Eis integrè ſoluendum eſt ante perſonales cum bona debitoris non ſufficiunt in ſolutionem omnibus, & cùm eadem non ſufficiunt omnibus realibus, ſtandum erit Prouinciæ legibus, earumque defectu iuri communi ſtatuenti priùs eſſe ſoluendum creditoribus, quorum prior eſt hypotheca, præterquam in 8 caſibus. 1. Cùm aliquis fecit moderatas

expenſas debitoris ſepulturæ, teſtamenti aut mobilium inuentarii. 2. Cùm mutuam pecuniam dedit ad reficiendam domum, v. g. 3. ad rem emendam. 4. ad vecturam mercium, vel conductionem ædium vbi illæ aſſeruentur, 5. vt ſe aliquis ad militiam inſtruat, vel in ea ſuſtentet. 6. Cùm res pupilli pecuniâ empta eſt. 7. Si contraxerit aliquis cum fiſco, vt receptores. 8. Cum agitur de vxorum dote.

Probabilius eſt non dari ius prælationis inter creditores perſonales quamuis tempore priores, niſi in quibuſdam caſibus inuſitatis quorum ſcientia pertinet ad iudices & Patronos.

L. 42.

Creditor perſonalis videns bona ſui debitoris non ſufficere in ſolutionem omnibus aliis creditoribus, non poteſt curare ſibi ſolutionem fieri ante reales creditores, neque realis poſterior ante priorem hypothecâ, poteſt tamen creditor perſonalis ante perſonalem tempore priorem: & debitor ei ſatisfaciens ſuâ ſponte, peccauit quidem ſed creditor ille perſonalis poſterior non tenetur ad reſtitutionem iuxtà ſententiam probabiliorem, creditores perſonales egenos diuitibus eſſe præferendos aliqui cenſent, alii negant præterquam in caſu grauis neceſſitatis.

L. 43.

Teneris reſtituere quam primum rationabiliter poteris, & licet diu reſtitutionem differens interdum peccata multiplicet, ſuf-

ſicit tamen vt Confeſſario declaret quanto tempore bonum alienum retinuerit.

Conuenit paſſim confeſſarium ſuſpendere abſolutionem pœnitenti qui reſtituere poteſt.

L. 44.

Cùm reſtitutio damnum ſpirituale vel temporale creditori afferret, charitas eam per aliquod tempus differri exigit, ſi 1. dilationẽ noueris profuturam, & 2. nullũ graue damnum incurras; probabilius tamen eſt reſtitutionem creditori exigenti faciendam licet ei nocituram.

Cùm præuides rei dominum eâ graue alteri damnum illaturum ſi reſtituas, teneris ex charitate, imò iuxta probabiliorem ſententiam, ex iuſtitia non reſtituere.

L. 45.

Reſtitutio differri poteſt, cùm fieri nequit ſine grauiſſimo rerum ſuarum temporalium damno, quale foret ſi v.g. reſtituere non poſſes, niſi villam, domum &c. viliſſimo pretio puta dimidio minoris, aut inſtrumenta tuæ artis quâ victum quæris venderes. Si verò creditor graue damnum paſſurus eſſet v. g. tuo æquale tenereris ad reſtitutionem, non tamen ſi tuum damnum triplo, aut etiam duplo iuxta quoſdam maius eſſet. Debitor autem reſtitutionem differens tenetur ſemper ad reparanda omnia creditoris damna, ſi ſit debitor ex delicto 1. ob illatam iniuriam; ſi verò ſit debitor ex contractu, diſtinguendũ eſt, nam ſi 1. differat ſolùm reſtitutionem quia pateretur graue damnum

putà venditionis prædiorũ viliſſimo pretio ad reſtituendum, tenetur damna reſtituere creditori iuxta communiorem & probabiliorem ſententiam: 2. Si differat quod aliter non poſſit reſtituere quàm incidendo in extremam neceſſitatem, tunc non tenetur ad reſtituendum illa damna vel lucrum ceſſans.

L. 46.

Differri poteſt reſtitutio quæ fieri nequit ſine iactura honoris & famæ. Qui non poteſt reſtituere niſi excidat è ſuo ſtatu ad quem modis iniuſtis & publicè notis euectus eſt, tenetur ad reſtitutionem, non autem ſecus, neque tenetur è ſtatu natalium excidere: verumtamen debet parcere ſumptibus quantùm poteſt, vt ſenſim reſtituat. Sed pro praxi obſerua illum fere ſemper è ſtatu ſuo poſſe excidere, putà vendendo aliquam dignitatem, ſine infamia, nam pretexet varias cauſas quæ numquam deerunt.

L. 47.

Qui ceſſit bonis ſuis tenetur ad reſtitutionem ſi diues fiat, quamuis, vt probabilior opinio docet, bonis ſuis modo ignominioſo ceſſerit: qui cogitur bonis ſuis cedere, poteſt clàm retinere quæ moderatæ ipſius ſuſtentationi prorſus neceſſaria ſunt.

L. 48.

Ex 5. cauſis ob quas reſtitutio poteſt omitti, prima eſt legitima præſcriptio idque in vtroque foro. Præſcriptio eſt cùm aliquis acquirit dominium rei alterius con-

Digitized by Google

tinua poſſeſſione bonæ fidei per tempus à jure definitum. Vt autem legitima ſit, debet habere 4. has conditiones 1. præuiam poſſeſſionem. 2. capacitatem actiuam & paſſiuam. 3. continuationem poſſeſſionis. & 4. bonam fidem. Poſſeſſor autem bonæ fidei qui eſt vniuerſalis hæres deceſſoris qui malà fide poſſedit, non poteſt præſcribere iuxtà communiorem & multò probabiliorem opinionem: ſed legatarius præſcribere poteſt. Non currit præſcriptio contra pupillos. Requiritur paſſim trienniũ ad præſcriptionem mobilium, & ſpatium 30. annorum ad præſcriptionem immobilium. Sed iuriſconſulti enucleatè iſta diſcutiant.

L. 49.

Compoſitio, altera omittendæ reſtitutionis cauſa eſt, cum aliquis habens bona incerta petit obtinetque à ſede Apoſtolica donationem illorum: quâ ſemél impetratâ modò falſum Papæ non expoſuerit, liber eſt à reſtitutionis onere.

Remiſſio ſeu condonatio creditoris eſt 3. cauſa excuſans à reſtitutione, modò 1. fuerit plenè libera 2. eamque ius non prohibeat; cenſetur autem non plenè libera, cum adfuerunt 1. ignorantia, 2. vis, 3. metus & 4. fraus vel mendacium.

L. 50.

Cùm debitor extorſit à creditore ſuo remiſſionem alicuius reſtitutionis, metu etiam leui aut reuerentiali directè vel indirectè incuſſo, donum eſt inualidum; & idem dices ſi fraude vel mendacio illud obtinuerit.

L. 51.

Qui ſine vllâ ex dictis 4. circumſtantiis quæ donum irritant, condonationem reſtitutionis obtinuiſſet, ſed habuiſſet voluntatem non reſtituendi, ſi condonationem eiuſmodi obtinere non potuiſſet, liber tamen à reſtitutionis onere foret.

Volens petere condonationem alicuius reſtitutionis debet hæc tria curare 1. vt omnes dictæ 4. circumſtantiæ abſint. 2. Vt omnem metus indirecti vmbram ab animo creditoris expellat, & 3. ſincerè teſtetur bonam ſuam reſtituendi voluntatem, ſi remiſſio ipſi denegetur. quod ſi præſentem reſtitutionis pecuniam creditori offerre poſſet, id multùm rectitudini chriſtianæ congrueret, ad quod tamen in rigore non tenetur iuxtà Doctores.

L. 52.

Occulta compenſatio 4. omittendæ reſtitutionis cauſa eſt vniuerſim loquendo illicita, eam tamen ſex iſtæ conditiones licitam efficere poſſunt. 1. Vt certum ſit debitum 2. Vt tibi debeatur ex virtute iuſtitiæ. 3. Vt nihil ſuprà debitum capias. 4. Vt ſolutionem in foro externo peræ grè poſſis obtinere. 5. Vt rem debitoris ſolùm accipias. 6. Vt tria hæc incommoda vites 1. ſcandalum. 2. infamiam tuam. 3. periculum ne tanquam fur puniaris.

L. 53.

Qui vſus eſt compenſatione ſine dictis conditionibus, peccauit ſemper, non tamen ad reſtitutionem tenetur, niſi contrà

primam, ſecundam, tertiam, & quintam conditionem peccauerit: eſſet autem quodam licitæ in foro interiori ſed non exteriori compenſationis genus, ſi debitor ſolueret creditori ſui creditoris, quamuis in eo ſæpiùs aliqua circumſtantia & peccatum contra charitatem accidere poſſet.

L. 54.

Impotentia eſt 5. cauſa excuſans à reſtitutione. Quidam verò cenſent eam non fore moralis impotentiæ ſpeciem, ſi reſtituere nequeas ſine duplo maioribus iſto debito expenſis, alii negant præſertim ſi dictæ expenſæ triplo maiores fuerint, ſed alii modificant poſtremam iſtam opinionem, videlicet, modò non agatur de ſummâ vel re notabili: obſerua tamen auctores laxioris opinionis aſſerere faciendam ſemper eſſe reſtitutionem in eo caſu pauperibus.

TRACTATVS XII.

De reſtitutione in particulari.

L. 1.

POtes aſſerere tibi gemmas in littore maris & lapides pretioſos in montibus & locis eiuſmodi reperta, modò non fuerint ad littus eiecta naufragio. Fodinæ ac metalla in eis abſcondita ſecundum aliquos ad 1. occupantem & ſecundum alios ad fun-

nis genus intelligitur. Qui tradidit rem inuentam egenis poſt diligentem inquiſitionem, non tenetur eam reſtituere domino deinde apparenti, ſecùs, tenetur. Qui rem à ſe inuentam cum animo eam ſeruandi accepit, licet dominum ſciret, pœnitens verò iniquæ voluntatis inquiſiuit de domino diligenter, quô non inuentô rem dedit egenis, non tenetur ad reſtitutionem, quamuis dominus deinde appareat. Probabilius eſt pauperem, cui res inuenta tradita fuit, debere illam domino apparenti reſtituere ſi habeat in ſpecie, neque ſit in extrema neceſſitate conſtitutus.

L. 4.

Probabilius eſt habentem bona incerta ex contractu debita, teneri ea reſtituere pauperibus, ad quod indubiè obligatur ſi fuerint acquiſita iniuſtè. Verumtamen poteſt cum Papa de illis componere, ſed probabilius eſt ipſum obtentà compoſitione teneri ea reſtituere domino apparenti deductis compoſitionis expenſis.

L. 5.

Bona vacantia ſunt quæ remanent poſt mortem illius qui nullum habet hæredem; bona verò derelicta quæ abiecta fuerunt ſine intentione recuperandi, vel quæ dominus recuperare non curat quamuis id poſſit. Bona Laïcorum qui ab inteſtato decedunt in patria, nec vllos habent hæredes intrà decimum gradum, iure ciuili pertinent ad fiſcum: bona verò peregrinorum curâ Epiſcopi loci reſtituenda ſunt hæredibus, aut ſi

hoc fieri nequeat egenis, caupo enim ſibi nihil retinere poteſt. Derelicta bona ſunt primò occupantis, vir autem prudens ex circũſtantiis iudicabit quandonam ligna & ſimilia quæ vi fluminum aſportantur, ſint bona derelicta necne.

L. 6.

Animalia ex naturâ ſuâ fera & quæ naturalem habent libertatem, ſunt primi occupantis; manſueta verò tametſi aberrauerint, pertinent ſemper ad dominum. Feræ cicures factæ, primi ſunt occupantis, ſi priſtinam libertatem recuperarint, & animum redeundi ad dominũ amiſerint, quem cenſentur amiſiſſe, cùm difficile dominus ea recuperare poteſt, v. g. ſi fuerit examen apum, quod non pertinet ad dominum arboris in qua conſedit ſed ad primum occupantem, dominus tamen arboris prohibere poteſt ne quis eam conſcendat.

Licet auctores aliqui, putent columbas cenſeri priſtinam recuperaſſe libertatem vt redire horis conſuetis deſierunt per 10. vel 15. imò duos aut tres dies; illæ tamen opiniones ſunt vniuerſim laxiores, poſſunt autem ferendo de iſtis iudicio conferre quod ſolius viri prudentis circumſtantias attendentis arbitrio relinquendum eſt cum nulla de his regula generalis tradi poſſit.

Arte columbas alterius ad ſuum columbarium attrahens facit iniuriam niſi recepta conſuetudo illud excuſet; non tamen peccat bene alens ſuas columbas quamuis ideò aliæ per accidens alliciantur.

L. 7.

Digitized by Google

L. 7.

Teneris reſtituere captam feram, ab alio ita vulneratam vt probabile ſit eam à percuſſore capiendam, ſed non aliter; quamuis in iſto etiam caſu aliqui putent eam eſſe diuidendam inter capientem & percuſſorem qui cæpit feram vel auem laqueo alterius comprehenſam non tenetur ad reſtitutionem, ſi veriſimile ſit eam ſe inde extricaturam.

Qui alterius inſtrumentis ad piſcandum aut venandum vſus eſt, non tenetur quidem ei reſtituere capturam ſed tantùm reparare damna quorum ipſi cauſa fuit. Non tenemur reſtituere capta in venatione aut piſcatione prohibitis, cum feræ, aues & piſces haberent ſuam libertatem naturalem: ſi autem piſcando aut venando graue damnũ Reipublicæ intuliſti, debes illud reparare, non autem ſi graue non fuerit. Cùm tamen damnum priuato illatum eſt v.g. conductori, non præſumitur ille reſtitutionem condonare, quamobrem illi facienda eſt; ſed non eſt eadem ratio virorum inſignium.

L. 8.

Ille qui cum ſit membrum alicuius communitatis quæ prohibuit lignationem, cæcidit ligna in eius ſylua, tenetur ad ſoluendam multam poſt condemnationem vel multæ notitiam, ſed non ad reſtitutionem, niſi grauiſſimum damnum intuliſſet, ad quod etiam non teneretur, ſi certò ipſi conſtaret communitatem libentiſſimè reſtitu-

Digitized by Google

tionem condonare.

Qui cæcidit ligna ſyluæ communitatis vicinæ, tenetur ad reſtitutionem, niſi conſtet vicinas communitates ſibi mutuò damna huiuſmodi condonare.

L. 9.

Quamuis, generatim loquendo, cædens ligna in priuato fundo ad calefactionem, reſtituere tenentur, non tamen ad hoc tenetur cum dominos de ſola multæ ſolutione vel auferendi falce à depræhenſis in furto curare conſtat.

Quod ad pauperes ligna cædentes in fundo alieno ſpectat, tria debet attendere confeſſarius. 1. Si non habeant vnde ligna calefactioni ſuæ neceſſaria emant. 2. Neque poſſint lucrari vnde emant, nimirùm laborare illo die quo eunt ad lignationem, vt diurna mercede ligna emant. Et 3. ſtragem non faciant, ſuccidendo arbores v. g. tunc enim confeſſarius prudenter illa furta eis permittere poteſt, quamuis ligna cæderent ad ea vendenda, modò credant illis tantùm diebus quibus labore diurno victum comparare non poſſunt.

L. 10.

Qui vulnerauit vel occidit iniuſtè, tenetur, vniuerſim loquendo, reſtituere vulnerationis expenſas aliaue damna quæ ex illa & morte oriuntur; ſed ad nullam reſtitutionem præcisè tenetur ob cicatricem, mutilatum membrum, aut vitam ereptam. Damna vulnerati vel occiſi æſtimanda nt, habitâ ratione ſpei lucri quod ille fe-

eiſſet aliarumve circumſtantiarum. Licet autem percuſſor aut occiſor pœnas etiam mortis pependerit, eius autem hæredes non ideò liberi ſunt à reſtitutione, neque licet occiſus ante mortem remiſiſſet iniuriam occiſori, niſi conceptis terminis mandaſſet liberis aut hæredibus ſuis, vt ab eo nihil exigerent.

L. 11.

Probabilius eſt occiſorem teneri ſolùm reſtituere neceſſariis hæredibus puta liberis, patri, matri, & vxori: non igitur fratribus & aliis conſanguineis, aut creditoribus quibus ſoluiſſet occiſus; quamuis, vt aliqui cenſent, homicida eum in fraudem creditorum occidiſſet.

L. 12.

Probabilius eſt occiſorem ſui prouocantis non teneri ad reſtitutionem, neque occiſorem ſui inuaſoris, ſi notabiliter iuſtæ defenſionis modũ non exceſſerit: etiamſi iuxta pluriũ ſententiam, homicida vacaſſet illicitæ rei ob quam inuaſus fuerit, imò iuxta quoſdam, & ſi futuram inuaſionem ſuſpicatus eſſet, qui verò caſu occidit liber eſt à reſtitutione.

L. 13.

Qui non promiſſo matrimonio conſentientem virginem corrupit, nihil reſtituere tenetur virgini, aut iuxtà quorumdam opinionem, eius patri, ſed tamen probabilius eſt teneri reſtituere Patri qui filiæ dotem augere coactus eſt.

Qui vi, metu, fraude aut mendacio vir-

Digitized by Google

ginem renitentem corrupit, teneatur eam ducere in vxorem vel iuſtè dotare: habet autem virgo alterutrius optionem.

L. 14.

Qui certò nouit ſuam eſſe prolem adulteram, tenetur reſtituere, non autem ſi de hoc rectè ac meritò dubitauerit.

Cæterùm adulter non obligatur ad reſtitutionem per tres annos priores, cum teneatur mater lactare prolem, ſi tamen ea non lactauerit, ſed mariti ſumptibus tradiderit nutrici lactandam, tenetur adulter ſumptus illos reſtituere marito: quod verò pertinet ad ſumptus quos vir à dictis tribus annis tanquam pater ſuppoſitus fecit, & damna quæ ideò legitimi liberi paſſi ſunt, conſtat vtrumque adulterum, vt cauſas æquè principales ad ea reparanda teneri.

Fœmina verò reſtituet donando paraphernà ſi quæ habeat, vel parcendo ſumptibus veſtium & aliarum rerum, vel conando lucrari vnde reſtituere poſſit, prætereà curando vt maritus vel minimum illegitimo det. Non tamen illa obligatur ſe prodere marito aut proli, quæ non teneretur ipſi credere, niſi res manifeſtè conſtaret.

Tenentur adulteri Xenodochio reſtituere, ſi proles in eo fuerit educata.

Digitized by Google

TRACTATVS XIII.

De Furto.

L. 1.

FVrtum eſt actio quâ res alterius clàm accipitur domino iure inuito.

L. 2.

Eſt autem peccatum mortale cum omnibus penſatis fit eô graue damnum alicui, quod ex hac duplici regulâ dignoſces. 1. Si quamuis res furtiua ſit ex ſe leuis, inde tamen per accidens graue proximus damnum acceperit. 2. Habenda eſt ratio ſtatus & opum hominis cui bona ſurripiuntur; quamobrem omnia hominum genera in 5. veluti claſſes diſtribuenda ſunt. Primus ordo eſt regum, quorum reſpectu nummus cenſetur materia grauis. 2. Illuſtrium, quibus 40. vel 50. aſſes furari, notabile videtur. 3. Ciuium mediocriter diuitum, & horum reſpectu 16. aut 20. aſſes videntur eſſe materia grauis 4. artificum, quibus ſi diuites ſint, furari 10. aut 12. aſſes videtur notabile, ſecùs verò, 7. aut 8. 5. pauperum & horum reſpectu 5. & ſæpiùs 2. vel tres aſſes videntur eſſe materia grauis.

L. 3.

Qui rem exiguam furatus eſt vni vel pluribus cum intentione, perueniendi ad ſummam notabilem, peccauit etiam in ſingu-

lis furtulis mortaliter, quod ſi non haberet eam intentionem, peccauit mortaliter in duobus his caſibus. 1. cum illa furta leuia moraliter continuari cenſentur 2. ſi fur cum peruenit ad notabilem quantitatem, aduertat ſe furta præterita commiſiſſe ac de illis ſibi complaceat: furta verò cenſentur moraliter continuari quandò non fuit interruptio notabilis v.g. menſis aut etiam 15 dierum.

k. Qui peccauit mortaliter his leuibus furtis moraliter continuatis, idque cognoſcens & probans furatur rem exiguam, peccat tunc mortiferè. Obſerua tamen requiri maiorem quantitatem ad peccatum mortale in huiuſmodi furtulis quàm cum ſimul aliquid ſurripitur.

L. 4.

Extrema neceſſitate laborat qui caret neceſſariis conſeruationi vitæ: graui autem qui caret rebus ſuo ſtatui neceſſariis, licet à quocunque accipere quæ ſunt prorſus neceſſaria ad ſubleuandam neceſſitatem extremam non autem grauem ſaltem iuxta ſententiam probabiliorem: non licet tamen in vlla, quantumuis extrema neceſſitate, accipere ab eo qui in pari neceſſitate verſatur. Non conuenit inter auctores vtrùm accepta in extrema neceſſitate reſtituenda ſint cum quis meliori fortuna vtetur.

L. 5.

Paſſim filius familias peccat accipiens à patre bona quorum pater habet proprietatem vel vſumfructum, non tamen peccat

ſi pater ſæpe rogatus nolit ea concedere, quæ victui reſtitui & honeſtæ recreationi neceſſaria ſunt. Sed peccat malè expendendo v. g. in ludos, pecuniam à patre donatum, vt libros aut veſtes emat. Cæterùm maior quantitas requiritur ad peccatum mortale in furto filii familias quàm extraneæ perſonæ.

L. 6.

Filiusfamilias qui pecuniam vel aliud patri ſine cauſa ſurripuit, tenetur ad reſtitutionem niſi veriſimile ſit quod pater illi condonaſſet, vel niſi fratres aut ſorores paria vel plura furta viuente patre commiſerint: hoc autem veriſimile patris erga filium amor, eiuſdem indoles parum aut multùm liberalis, & aliæ circumſtantiæ ſuadebunt. Cum autē filiusfamilias tenetur reſtituere, altero ex tribus his modis reſtituet 1. reddendo quæ furatus eſt ſi ea in ſpecie vel æquiualenter habeat 3. reſtituendo ex bonis propriis ſi quæ habeat 2. computando quæ patri ſurripuit cum diuidet eius hæreditatem cum fratribus & ſororibus.

Filius gerens negotia patris ſine intentione accipiendi mercedem nihil clàm accipere poteſt, neque licet cum intentione mercedis laboret, ſi pater egenus fuerit: at ſi mercedem intendat, patri expreſsè vel tacitè ſaltem id explicare debet, niſi eum reuerentialis metus interdùm prohibeat. Si verò filius à patre emancipatus fuerit, poteſt cum dictis conditionibus accipere iu-

ſtum laboris ſui pretium, & qui non eſt emancipatus pretii, quidem illius proprietatem acquirit, ſed vſumfructum habere tantùm poteſt defuncto patre.

L. 7.

Vxor poteſt habere tria vel quatuor bonorum genera 1. dotalia, quorum tamen vſumfructum maritus habet. 2. Paapherna, quæ habet vxor alio quam dotis titulo. 3. Dona & exigua lucra quæ annuente marito ſuâ induſtria comparauit. 4. Quod ad lucra familiæ pertinet, quamuis ad ea pluſquam maritus contulerit, non habet mediam illorum partem ſecundùm ius ſcriptum, ſed habet ſecundùm conſuetudinem vbi ea viget. Vxor ſine iuſta cauſa marito ſurripiens tenetur ad reſtitutionem & peccat eo ferè modo quo diximus l. 5. peccare filium familias Quantumuis autem maritus ſit prodigus, ea ſolùm accipere poteſt quæ ſuſtentandæ familiæ neceſſaria ſunt, non autem aliquid ſibi reſeruare cum vidua fuerit. Si tamen eius pater, mater aut liberi ex alio coniugio ſuſcepti grauiſſima neceſſitate laborent, negante illis marito ſubſidium, poteſt ei ſurripere quæ ipſis neceſſaria ſunt, idemque de fratribus & ſororibus probabiliter dices. Obſerua tamen vxorem teneri omnia reſtituere mortuo viro.

L. 8.

Famuli ſurripientes panem, vinum aliaue ad eſum & potum, non tenentur ad reſtitutionem cum ea victui ipſorum neceſſaria erant, vel rationabiliter præſumpſerunt ab

heris ſibi concedenda: ſed reſtituere debent ſi fuerunt ea quæ famulis dari non ſolent.

TRACTATVS XIV.

De Contractibus in genere.

L. 1.

Contractus eſt pactum vel conuentio duorū aut plurium in omnibus, vel ſaltem vno ex illis obligationem pariens. Diuiditur autem 1. in lucrativum ſeu gratuitum, & oneroſum, ille eſt quo is in cuius gratiam fit nihil præſtare aut reddere tenetur, iſte quo aliquid præſtare aut reddere tenemur loco rei quæ traditur. Et 2. in eum qui habet ſpeciale nomen, & eum qui non habet, cuius 4. ſunt ſpecies quas Doctores vocant do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias.

L. 2.

Tria erroris genera poſſunt interuenire contractibus 1. error quoad ſubſtantiam. 2. quoad qualitatem aliaue accidentia, 3. error concomitans. Primus eſt inualidus; alter eſt validus, niſi talis fuiſſet dolus & fraus, quâ cognitâ non contraxiſſes; tertius eſt nullus.

L. 3.

Potuit eſſe dolus in aliquo contractu dupliciter 1. cum dolo cognito nihilominus

contraxiſſes 2. cum eo cognito non contraxiſſes. Primum genus eſt validum, ſed auctor damni plærumque tenetur ad aliquam reſtitutionem, alterum, excepto matrimonio, eſt irritum non iure naturæ ſed poſitiuo, modò fraus ex aliquo contrahentium prouenerit, atque hæc opinio probabilior.

L. 4.

Cùm dolus interuenit contractui ab aliquo tertio inſciis contrahentibus, & talis fuit vt eo cognito alter eorum non contraxiſſet, validus quidem eſt contractus, ſed pars decepta eum irritare poteſt ſi velit, iuxtà probabiliorem ſententiam; poteſt autem in foro interiori etiam poſt integram vel inchoatam executionem contractus, ſed non in foro externo quamuis exigere poſſit in eo caſu reſtitutionem exceſſus.

Cùm dolus tantum prouenit ex falsâ vnius contrahentium opinione, idem erit dicendum ac ſi prouenisſet ab aliquo tertio.

L. 5.

Metus grauis qui talis eſt abſolutè vel reſpectiuè, dicitur ille qui commouere poteſt virum conſtantem; leuis, qui non poteſt; reuerentialis eſt quo liberi metuent offendere parentes, & reducitur ad grauem ſi verbera & minæ graues adfuerint; ad eumdem quoque reducuntur preces importunæ ſuperiorum quibus cogeris inuitus contrahere.

Metus intrinſecus oritur à cauſa naturali, vt morbo, tempeſtate, fera; extrinſecus, ab homine qui eum incurrere poteſt iuſtè vel injuſtè.

Contractus metu, non ſolùm leui ſed etiam graui celebratus, iure naturæ validus eſt. Iure autem poſitiuo quidam contractus, vt inter alios matrimonium, ſi graui metu iniuſto extorqueantur, irriti ſunt; cœteros eodem metu celebratos plerique Doctores arbitrantur eſſe validos, ſed poſſe reſcindi ad ſolum læſæ partis arbitrium.

L. 6.

Eum qui pecuniam graui metu iuſtè incuſſo exegit, aliqui ad reſtitutionem teneri putant, alii negant.

L. 7.

Omnes vſum rationis & ſuorum bonorum adminiſtrationem habentes, modò id non vetet ius poſitiuum, contrahere poſſunt. Filiusfamilias qui non attigit annum pubertatis vel ei proximum, non poteſt validè contrahere, etiam cùm patris conſenſu de bonis quorum habet proprietatem & vſumfructum: ætas autem pubertati proxima in maſculis eſt annus decimus cum medio in fœminis nonus cum medio, Filiusfamilias ætatem pubertatis habens, poteſt etiam ſine cõſenſu patris validè contrahere, modò non contrahat in eius alteriuſve præjudicium, ergo alteri poteſt locare ſuam operam, niſi pater in magna egeſtate ſit.

L. 8.

Filiusfamilias ſub patriâ poteſtate mutuans pecuniam, teneturquidem illam ſoluere ſi res proprias habeat, ſecùs autem plerumque non tenetur in foro externo nec etiam interno iuxtà multos auctores. Hoc

Digitized by Google

tamen priuilegium non habet locum ſi mutuauerit aliud quam pecuniam, niſi hoc mutuaſſet vt rem vendendo, pecuniam haberet. 4. Verò ſunt exceptiones, ideò dixi plerumque 1. ſi, cùm dictus filiusfamilias mutuauit, habebatur emancipatus. 2. Cum iuſſu vel conſenſu patris mutuauit. 3. Cum mutuata pecunia in patris cõmodum expenſa eſt. 4. cùm mutuauit pro rebus omninò neceſſariis. Si autem ille filiusfamilias promiſiſſet cum iuramento ſolutionem, tunc ſuo priuilegio vti non poſſet, niſi, vt quidam putant, obtinendo iuramenti diſpenſationem: cœterùm quantumvis dicto priuilegio renuntiauerit, eo tamen ſemper vti poteſt, quippe quod magis in fauorem parentum quàm filiorum concedatur.

L. 9.

Pupillùs & minor validè contrahere nequeunt ſine conſenſu tutoris aut curatoris, niſi contrahant in ſui commodum: ſi tamen contraxerint ſine dicto conſenſu, validus eſt contractus reſpectu illius, cùm quo ipſi contraxerunt.

Si pupillus aut minor contraxerint de rebus ſuis immobilibus aut mobilibus alicuius pretii & quæ ſeruando ſeruari poſſunt. 1. quæ non facilè vſu conſumuntur, qualia ſunt aurum & argentum non ſignatum, gemmæ, aulæa, greges &c. contractus eſt ipſo facto irritus, niſi præter conſenſum tutoris aut curatoris, interueniat iudicis authoritas: ſi verò contraxerint de rebus aliis mobilibus quàm mox dictis ſine conſenſu

tutoris aut curatoris, probabilior ſententia docet huiuſmodi contractum obligare illos naturaliter ſeu in conſcientiâ, non tamen ciuiliter ſeu in foro externo, poterunt verò Diploma Regium impetrare ad reſciſſionem contractus.

L. 10.

Cùm pupillus aut minor celebrauit contractum ipſo facto irritum, non eget authoritate iudicis ad rem ſuam recuperandam; qui verò cum eo contraxit, tenetur illam ei reddere ante ſententiam, modò dictus pupillus aut minor reddat ipſi pecuniam, alioquin retinere poteſt huiuſmodi rem in eius compenſationem, donec illam reddere iudicis authoritate cogatur, & pupillus aut minor tunc non tenetur ad pecuniæ reſtitutionem niſi habeat illam, præter id in quo factus eſt ditior.

Quod pertinet ad contractus à pupillo vel minore de bonis mobilibus priuilegio non donatis ſine conſenſu tutoris aut curatoris celebratos: dictus pupillus aut minor ea repetere nõ poſſunt authoritate propriâ, ſed poſſunt implorando beneficium reſtitutionis in integrum.

L. 11.

Quæ reſtitutio in integrum eſt beneficium, fauor aut remedium, quo iudex perſonas læſas reſtituit in earum priſtinum ius aut ſtatum, ita vt contractus validi ab eis ante celebrati reſcindantur: ſi expediat ipſis propter læſionem, vel ſeruetur æqualitas pretij ſi pluris dimidio læſæ fuerint quantùm ad pretium.

Poſſunt autem reſtitui in integrum 1. non ſolùm pupilli ſed etiam minores quibus ad id conceditur quadriennium 25. anno completo 2. communitates & Eccleſia. 3. ſæpiùs fœminæ ac rudiores.

Minor qui reſtituitur in integrum & rem per contractum gratuitum alienatam recuperat, ius habet repetendi eius fructus detractis tamen iuſtis expenſis : quod ſi quæſtio ſit de bonis per contractum oneroſum v. g. venditionem, alienatis, non poteſt fructus repetere, ſi ea iuſto pretio vendiderat, ſecùs autem pro rata læſionis repetere poteſt. Cœterùm pupillus & minor qui nequeunt reſtitutionem in integrum obtinere ſine magnis expenſis, non ideò poſſunt vti compenſatione occultâ.

L. 12.

Culpa Theologica nihil aliud eſt quàm peccatum mortale aut veniale : juridica eſt omiſſio diligentiæ quam tenemur adhibere in aliquo negotio, eaque triplex eſt, grauis, leuis & leuiſſima. Grauis eſt omiſſio cautelæ ac diligentiæ quàm homines talis ſtatus communiter in ſuis negotiis adhibent; leuis eſt omiſſio illius diligentiæ quâ prudentiores alicuius conditionis vti ſolent: leuiſſima eſt omiſſio cautelæ prudentiſſimorum, interdum eſt in culpâ juridiâ peccatum, aliàs non: ſed quamuis nullum in eâ peccatum ſit, nihilominus tenemur ad reſtitutionem, vt paſſim Doctores cenſent.

L. 13.

In contractibus qui fiunt ad ſolam acci-

pientis vtilitatem, excepto precario, accipiens tenetur ad reſtitutionem ob culpam etiam leuiſſimam: in contractibus qui fiunt in gratiam tradentis, idem tenetur ſolùm reſtituere ob culpam grauem: Et in contractibus qui fiunt in vtriuſque partis commodum: idem tenetur reſtituere ob culpam grauem aut leuem.

Si res aliena fortuitò perierit, qui contractu aliquo eam acceperat, non tenetur ad reſtitutionem niſi fuerit pactum aut mora.

TRACTATVS XV.

De emptione & venditione.

L. 1.

EMptio eſt contractus qui fit mutuo cōſenſu, & reciprocè obligat emptorem & venditorem, illum quidem ad pretium pro merce ſoluendum, iſtum verò ad mercem tradendam pro pretio.

L. 2.

Ille qui emit à poſſeſſore malæ fidei res ex furto vel aliâ injuſtitiâ prouenientes, quarum tamen iſte dominus eſt, non tenetur ad reſtitutionem niſi emiſſet in fraudem creditorum eius; dictus autem poſſeſſor habere dominium huiuſmodi poteſt, maximè in duplici caſu 1. cùm rem injuſtè acceptam vendidit, habet enim dominium pecuniæ acceptæ. 2. Cùm ita rem alterius cum ſuâ permiſcuit, vt ab inuicem ea diſtin-

Digitized by Google

L. 5.

In errore verſantur qui ſemper emere ſe poſſe tutâ conſcientiâ, putant quanto minori pretio poſſunt.

Pretium legitimum à ſuperiore definitur, & in indiuiſibili conſiſtit nullamque latitudinem habet: pium autem naturale aut commune, à vulgari hominum æſtimatione pendet, habetque tres quaſi latitudinis gradus, vnde in pretium ſupremum aut rigoroſum, in medium ſeu moderatum, & infimum ſeu pium diuiditur v.g. ſi medium fuerit 10. aſſium, infimũ erit 9. & ſupremum.

Dantur tres circumſtãtiæ, in quibus licet emere viliori pretio quàm infimo 1. propter modum emendi, vt ſi rem ſub haſtà vendi-tam emas. 2. Ob mercium copiam. 3. Cùm rogaris emere id quo non eges: tuncque potes minoris pro tertiâ parte iuſti pretii emere: quod ſi viliori pretio emeris ab eo qui egeſtate compellitur ad vendendum, probabilius eſt obligari te ad reſtitutionem.

Emptor debet reſtituere vendenti rem cuius valorem ignorat, quamuis autem leges ciuiles iubeant ſuppleri dumtaxat iuſtum pretium, cùm eam infrà dimidium illius emiſti, nihilominus in conſcientiâ reſtituere teneris. L. 6.

Credita vili pretio emere licet habitâ ratione difficultatis obtinendi ſolutionem & aliarum circumſtantiarum, non tamen illa quorum ſolutio certa eſt, iuxtà probabiliorem ſententiam.

Si quis ante conſtitutum diem petat

à debitore ſolutionem, eique partem debiti remittat, probabilius eſt debitorem non ideò liberatum eſſe integrâ ſolutione; conſtat enim donum illud creditoris non eſſe voluntarium. L. 7.

Sola anticipata ſolutio non eſt iuſtus emẽdi vili pretio titulus, quare non ideò lanas & alia minoris emere infrà iuſtum pretium licet. L. 8.

Duo tamen ſunt media licita, vt quis lanam ſolutione anticipatâ emere poſſit 1. vt emat illam pretio infimo quo tempore tonſionis vendendam probabiliter iudicat. 2. alterum eſt pecuniæ traditio cum pacto vt lana vendita cenſeatur currente pretio tempore tonſionis.

His autem qui bonâ fide lanas emerunt anticipatâ ſolutione, concedere poteſt confeſſarius vt nummum pro ſingulis ponderibus retineant, & injunget reſtitutionem exceſſus: itaque ſi lana valuerit ſex nummis tempore tonſionis, eamque ipſi. 4 emiſſent anticipatâ ſolutione, injunget eis Confeſſarius reſtitutionem nummi pro ſingulis ponderibus, & alium retinere concedet.

L. 9.

Rem nomine pecuniâque alterius emens, ſi mercedẽ accipiat vel id ſe gratis facturũ promiſerit, nihil poteſt ſine iniuriâ retinere, quamuis emiſſet minoris ab amico. Sartores igitur contra iuſtitiam peccant, ſi rogati pannos emere, non ſinceros à mercatoribus tradi vel maiori pretio quàm par ſit vendi patiantur: licet autem bonam mer-

cem iuſto pretio emerint, non permittet ipſis Confeſſarius vt de certo lucro cum mercatore paciſcantur, vel ab eo munus accipiant in gratiam frequentis emptionis, nam hoc quidem ſpeculatiuè non eſt malum, perſpicuo tamen peccati periculo non caret.

L. 10.

Venditio eſt contractus mutuo conſenſu initus, & vltrò citròque obligans venditorem ſcilicet ad mercem tradendam, emptorem verò ad per ſoluendum eius pretium. Conſenſus mutuus ex ſe ad ſubſtantiam illius & validitatem ſufficit: non eſt tamen valida, ſi alteruter noluit eſſe talem niſi confectâ ſcripturâ: ſi autem vnus mentionem ſcripturæ fecerit, vel ſi res illæ vendantur de quarum venditione ſolet ſcriptura confici, quamuis nihil de eâ vterque meminerit, contractus poſt eius tantùm confectionem validus eſſe cenſetur.

Traditio rei venditæ non pertinet ad eſſentiam venditionis: quamobrem ſi venditor rem ſecundo emptori tradiderit, prior illam ei eripere non poteſt, ſed habet ſolùm actionem in venditorem.

L. 11.

Quidquid pretio æſtimari poteſt, validè vendi poteſt, niſi aliqua circumſtantia venditionem inualidam reddat. Licet validè rem alterius iniuſtè acceptam vel detentam vendere nequas, venditio tamen eſt valida quantum ad pecuniæ dominium iuxtà leges ciuiles; emptor enim non illam protſùs inuoluntariè tradit, ſed tantùm ſecun-

dùm quid, vnde contractus eſt iure naturæ validus eumque ius ciuile non irritat.

L. 13.

Res paſſim nulli bono vſui ſeruientes, licitè vendi nequeunt, vniuerſim loquendo. Venena illis tantùm vendere potes, quos iis bene vſuros probabiliter iudicas. Res de ſe indifferentes vendi licitè poſſunt, niſi conſtet emptorem mox vſurum illis ad malum finem; liceret tamen in hoc etiam caſu eas vendere metu grauis damni. Probabilius eſt caupones teneri cœnam iis recuſare quos ad jeiunium obligatos eſſe conſtat, quamuis apponendam cœnam ab aliis cauponibus ſciant.

L. 14.

Probabilius eſt licere picturas veteres, canes & ſimilia quæ non habent legitimum aut naturale pretium, tanti vendere quanti vendi poſſunt.

Licet etiam in 4. circunſtantiis rem ſuprà pretiū ſupremum vendere. Prima eſt verum lucrum ceſſans, puta ſi vendas triticū quod ſeruare decreueras vſque ad poſtremā tempeſtatem: habenda tamen eſt ratio expenſarum & periculi cuſtodiæ. Cùm autem vendis triticum pretio quo vœniet certo anni tempore, aſſignandū eſt præcisè illud tempus videlicet priores aut poſteriores 15. dies talis menſis. Cœterùm, quamuis in rigore poſſis vendere triticum pretio quo probabiliter vœniet tali tempore, modò vere decreueris ſeruare triticum vſque ad illud tempus, id tamen conſulendum non eſt.

L. 15.

2. Eſt damnum emergens. 3. multitudo

emptorum, pecuniæ copia & raritas mercium. 4. peculiaris affectus rei quàm vendere rogaris; ſed caue ne alteri ſuum ipſius commodum vendas, hoc enim eſt iniquum.

Mercator non poteſt vendere ſuprà rigoroſum pretium, quamuis ſolùm velit recuperare pecuniam merciũ in quibus fortuitò maximas expenſas & grauem iacturã fecit.

Omnes Doctores aiunt mercatorem peccaturũ contra charitatem, ſi rogatus mutuò dare pecuniam, recuſaſſet, mercem verò creditò venderet pretio rigoroſo, quam deinde pretio infimo emeret, imò contrà iuſtitiam ſecundùm probabiliorem opinionem.

Licet vendere pretio currente rem quam præuides mox viliſſimo pretio vendendã, aut vaſtandam ab hoſtibus. L. 16.

Monopolium eſt cum vnus aut plures mercatores aliive machinationibus & induſtriâ caritatem rei alicuius inducunt. Poteſt autem fieri tripliciter. 1. Cum mercatores conſpirant devendendâ merce aliquâ pretio ſolum exceſſiuo quod conuenit, ſi verò illud excedat rigoroſum, peccant contrà iuſtitiã, ſecùs autem, probabile eſt peccare tantùm contrà charitatem. Præterea opifices aliique poſſunt facere monopolium & peccare contra iuſtitiã vel charitatem æquè ac mercatores: idem dic de emptoribus qui videntes monopolium mercatorum conſpirare nunquàm poſſunt emere merces minoris infimo pretio, & à ſuo monopolio ceſſare tenentur, vt mercatores à ſuo deſtiterint.

2. Eſt etiam monopolium cum vnus vel plures coemunt alicuius loci merces, vt eas

deindè cariùs vendant & pecant iuxtà Doctores omnes contra caritatem, & contrà juſtitiam ſecundùm communiorem opinionẽ. 3. Eſt quoque ſpecies monopoli cum vi, fraude mendacioque prohibent, ne aliquæ merces aliundè aduehantur.

L. 17.

Venditor rei vitio, ſibi quidem, ſed non emptori noto laborantis, tenetur contractũ reſcindere, ſi emptor cognito vitio emere noluiſſet: ſi tamen ideò non deſtitiſſet ab emptione, venditor debet reſtituere pretii exceſſum, ac præterea in vtroque caſu reparare damna quæ emptor incurrit. Si facilè rei venditæ vitium cognoſci poſſit, emptor verò illud negligentiâ ſuâ non aduertat, tunc venditor non tenetur ad reſciſſionem contractus, ſed reſtitutionem exceſſus pretii, ſi quis fuerit. Venditor ignorans venditæ rei vitium non tenetur eam reſumere in foro exteriori, neque reſtituere damna quæ emptor incurrit, ſed minuere pretium, quanti ſcilicet minoris illa res valet.

L. 18.

Venditor rei quàm vitio laborare nouerat, etſi de vitio eius occulto ſe nolle teneri dixerit nihilominus tenetur perinde, ac ſi nihil tale dixiſſet: at ignorans occultum rei vitiũ, ſi eã non minoris vendiderit propter alicuius vitii occulti dubitationem, reſtituere tenetur habitâ huiuſmodi periculi ratione.

Venditor fraude indicans vitium rei occultum, nõ ideò liber eſt à reſtitutionis onere. Cùm ex duabus vel pluribus mercibu

vna eſt valdè inutilis emptori, venditor id ſciens, contractum reſcindere ac merces omnes reſumere tenetur, ſi eæ talem inter ſe connexionem habeant, vt vna ſine alterâ inutilis ſit. Venditor defectus etiam leues indicare debet, ſi de illis rogetur.

L. 19.

Licet habeas triticum, vinum & alia meliora his quæ communiter vœneunt, poſſit ea, ſpeculatiuè loquendo, miſcere, modò non reddat deteriora & minoris valoris quàm alia, ſicque vendere pretio currente: id tamē permittendum non eſt praxi; quoad ad vinū ſpectat, obſerua etiam, venditorem cui non conſtat emptorem velle illud citiùs bibere, apponendo aquam peccare grauiter, imò teneri ad reſtitutionem damnorū quæ emptor incurret, ſi vinum ideò ferueſiat æſtate: prætereà idem venditor non poteſt vinum aquâ miſtum eo pretio vendere quo merum vendit, etſi vtrumque deguſtandum præbeat, imò alterum aquâ miſtum eſſe admoneat.

L. 20.

Præfecti ferrariæ fabricæ qui vitioſum ferrum ad vſtrinam effingi curant, illudque vendunt, peccant cōtrà iuſtitiam: Experientiâ verò conſtat ipſos, quamvis illud paulò minoris vendant, ſemper excedere pretium rigoroſum, neque licet vendant emptoribus qui norunt eiuſmodi ferri vitium, ideò excuſantur, nam illis quidem nullam iniuriam mediatis emptoribus, ac præſertim artificibus qui eo ferro ad opus vtuntur, grauem faciunt; idem intelliges de omni alio vitioſarum mercium genere.

L. 21.

Vendens rem alterius nomine, cùm ſe id gratis facturum promiſit vel mercedem accepit, non poteſt quidquam retinere, licet dominus pretium rei taxauerit: Et quamuis in iſto caſu vendens, ſpeculatiuè loquendo, poſſit eam in mente emere pretio à domino taxato, ac pretii augmentum ſi pluris eam vendat, retinere: hoc tamen in praxi nō eſt conſulendum; ſed poſſet retinere augmentum pretii, ſi ob inſignem diligentiam pluris rem vendidiſſet. L. 22.

Venditio cum pacto redemptionis eſt licita cum his 4. conditionibus. 1. Eſt verus & ſincerus animus emendi ac vendendi præſertim ex parte emptoris. 2. Eſt iuſtum rei pretium, ii. vt emptor ac venditor non lædantur. 3. vt rei fructus ad emptorem pertineant. 4. Vt ſi emptor venditori rem locet non accipiat immodicam penſionem, ſed habitâ ratione fructuum eius.

TRACTATVS XVI.

De Vſura.

L. 1.

MVtuum eſt contractus quo aliquis tradit alteri rem ſuam quæ vſu conſumitur, eo animo vt accipiens illius dominium acquirat, deinde aliam eiuſdem ſpeciei ac bonitatis reddat.

L. 2.

L. 2.

Vſura eſt lucrum ex mutuo immediatè prouenięns; quapropter vſura eſt mutuo dare alicui eo pacto vt in tua tabernâ merces emat, in tuo molendino molat, & agros tuos etiam iuſto pretio colat; non eſſet tamen vſura in hoc poſtremo caſu ſi tantùm velis anticipare ſolutionem. Quod ſi debitor in illis caſibus non fuerit læſus, veniale ſolùm erit hoc vſuræ peccatum.

L. 3.

Vſura diuiditur in realem, quæ eſt pactū expreſſum vel tacitum accipiendi aliquid ſuprà ſortem; & mentalem quæ dupliciter intelligi poteſt 1, vt ſignificet voluntatem fœnerandi; ſed de illâ hoc ſenſu non loquimur 2, vt ſonet actuale mutuum ſine pacto externo, ſed tamen cum intentione principali lucrandi, & aliquid ſupra ſortem accipiendi tanquam debitum ex iuſtitiâ & vi mutui: cenſetur autem ille mutuans habuiſſe intentionem principalem lucrandi ex mutuo, qui non erat mutuaturus ſi nullum ſibi mutuum obuenturum ex lucro ſciuiſſet.

L. 4.

Vſura eſt peccatum contra ius naturale, diuinum & humanum.

L. 5.

Intereſſe eſt titulus dans ius accipiendi aliquid ſuprà ſortem. Vulgus malè hoc nomine vocat, quidquid ſiue iuſtè ſiue iniuſtè ſuprà ſortem accipitur: ſed propriè intereſſe dicitur illud omne in quo mutuans læditur propter mutuum: hoc verò contingit ratione 1. lucri ceſſantis & 2. damni

Kkk

emergentis : iſtud eſt cum aliquis damnum in rebus ſuis patitur ob mutuum alteri datum : illud, cùm aliquis ob mutuatam pecuniã non lucratur quæ aliàs lucratus eſſet.

L. 6.

Creditor non habet ius exigendi à debitore ſuo damnum emergens aut lucrum ceſſans, cum expreſſam de hoc pactionem non fecit, & debitor non eſt in morâ ſoluendi, ſaltem cum ſuâ culpâ, quod 1. impotens ſolutionis fortuitò redditus ſit, vel 2. bonâ fide putauit ſolutionis dilationem creditori non diſplicere. Sed ſi fuerit expreſſa pactio de ſolutione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, debitor ad eam tenetur, quamuis citrà ſuam culpam in morâ ſit.

L. 7.

Tres conditiones ſunt neceſſariæ damno emergenti legitimo 1. vt tempore mutui creditor debitorem moneat de damno quod patietur ob mutuum 2. vt ei det optionem vel reſarciendi totum damnum emergens, vel de eo paciſcendi 3. vt mutuum vera ſit cauſa damni emergentis.

L. 8.

Conditiones quinque requiruntur ad verum lucrum ceſſans. 1. vt mutuans habeat verum & ſincerum animum impendendi ſuam pecuniam alicui rei frugiferæ: non eſt autem vera intentio, quæ non abſoluta eſt ſed conditionata, vel ex ſuppoſitione, vt, ſi dicat, pecunia quam tali negotio impenderem, mihi fructum afferret, vel, poteram meâ pecuniâ negotiari : verùm intellies aa aliquis illam intentionem ſinceram

habeat, ſi attendas num aliquando negotiationi pecuniam impenderit; licet autem quidam Auctores cenſeant hominem poſſe habere verum illum animum, & nihilominus pecuniam mutuo dare quàm impendere negotio malle, id tamen valde periculoſum & in praxi conſulendum non eſt.

Ille qui mutuo dat pecuniam quam verè negotio frugifero deſtinauit, & habet aliam quâ nec vtitur, nec eget, non habet verum titulum lucri ceſſantis; habet tamen qui eam ſeruat ad filias dotandas, ad ſubueniendum morbo, liti, &c.

L. 9.

2. Conditio lucri ceſſantis eſt vt mutuans moneat mutuatarium de lucro ceſſante 3. vt rationem habeat periculi & expenſarum negotii cui pecuniam impendere vellet. 4. vt nihil accipiat ſuprà lucrum ceſſans. Et 5. vt non accipiat lucrum ceſſans tempore mutui, ſed conueniens interuallũ expectet.

L. 10.

Remotum periculum amittendi capitale non eſt legitimus titulus accipiendi aliquid ſuprà ſortem. Et quamuis interdùm, licet rariſſimè, periculum proximum eſſe poſſit legitimus titulus, numquam tamen niſi parui æſtimari poteſt.

Periculum tranſvectionis pecuniæ quod mutuans in ſe recipit, eſt legitimus titulus accipiendi aliquid ſuprà ſortem, modò non obliget debitorem vt ſe potiùs quàm alio vtatur ad eam transferendam.

L. 11.

Priuatio pecuniæ mutuo datæ, & obliga-

emergentis : iſtud eſt cum aliquis damnum in rebus ſuis patitur ob mutuum alteri datum : illud, cùm aliquis ob mutuatam pecuniá non lucratur quæ aliàs lucratus eſſet.

L. 6.

Creditor non habet ius exigendi à debitore ſuo damnum emergens aut lucrum ceſſans, cum expreſſam de hoc pactionem non fecit, & debitor non eſt in morâ ſoluendi, ſaltem cum ſuâ culpâ, quod 1. impotens ſolutionis fortuitò redditus ſit, ve 2. bonà fide putauit ſolutionis dilationem creditori non diſplicere. Sed ſi fuerit expreſſa pactio de ſolutione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, debitor ad eam tenetur, quamuis citrà ſuam culpam in morâ ſit

L. 7.

Tres conditiones ſunt neceſſariæ damni emergenti legitimo 1. vt tempore mutu creditor debitorem moneat de damno quo patietur ob mutuum 2. vt ei det optione vel reſarciendi totum damnum emergen vel de eo paciſcendi 3. vt mutuum vera ſi cauſa damni emergentis.

L. 8.

Conditiones quinque requiruntur ad v tum lucrum ceſſans. 1. vt mutuans habe verum & ſincerum animum impenden ſuam pecuniam alicui rei frugiferæ : no eſt autem vera intentio, quæ non abſolu eſt ſed conditionata, vel ex ſuppoſitione, v ſi dicat, pecunia quam tali negotio impe derem, mihi fructum afferret, vel, por ram meâ pecuniâ negotiari : verùm intell es aa aliquis illam intentionem ſincera

habeat, ſi attendas num aliquando negotiationi pecuniam impenderit; licet autem quidam Auctores cenſeant hominem poſſe habere verum illum animum, & nihilominus pecuniam mutuo dare quàm impendere negotio malle, id tamen valde periculoſum & in praxi conſulendum non eſt.

Ille qui mutuo dat pecuniam quam verè negotio frugifero deſtinauit, & habet aliam qua nec vtitur, nec eget, non habet verum titulum lucri ceſſantis; habet tamen qui eam ſeruat ad filias dotandas, ad ſubueniendum morbo, liti, &c.

L. 9.

2. Conditio lucri ceſſantis eſt vt mutuans moneat mutuatarium de lucro ceſſante 3. vt rationem habeat periculi & expenſarum negotii cui pecuniam impendere vellet. 4. vt nihil accipiat ſuprà lucrum ceſſans. Et 5. vt non accipiat lucrum ceſſans tempore mutui, ſed conueniens interuallũ expectet.

L. 10.

Remotum periculum amittendi capitale non eſt legitimus titulus accipiendi aliquid ſuprà ſortem. Et quamuis interdùm, licet rariſſimè, periculum proximum eſſe poſſit legitimus titulus, numquam tamen niſi parui æſtimari poteſt.

Periculum tranſvectionis pecuniæ quod mutuans in ſe recipit, eſt legitimus titulus accipiendi aliquid ſuprà ſortem, modò non obliget debitorem vt ſe potiùs quàm alio vtatur ad eam transferendam.

L. 11.

Priuatio pecuniæ mutuo datæ, & obliga-

tio eam non repetendi ad certum tempus; item gratia quâ per mutuum obſtringitur debitor, & obligatio gratitudinis quam ideò contrahit, non ſunt legitimi tituli accipiendi aliquid ſuprà ſortem: nec etiam damni, niſi fuerit prorsùs voluntarium, quod ferè nuſquam in praxi contingit: vſuræ mentalis reus 1. ſic mente affectus tempore mutui, vt noluiſſet mutuare, ſi nihil ſibi donandum ſciuiſſet, non tenetur ad reſtitutionem ſi deinde ipſi conſtet debitoris donum fuiſſe voluntarium, ſecùs autem, ſi dubitet.

L. 12.

Grauiter peccant qui ſuprà ſortem aliquid accipiunt ſolo titulo conſtitutionis Regis, quem falsò dicunt vſuras permittere: damnat enim tantùm debitores ad ſoluendum Intereſſe à tempore quo creditor ab eis petiit debiti ſolutionem, cum in eo caſu præſumat illum pati damnum emergens aut lucrum ceſſans. L 13.

Maritus poteſt quidem à ſocero vel alio qui dotauit vxorem, accipere fœnus ſeu lucrum dotis vxoris ſuæ, quamdiù non vult eam illi perſoluere: non tamen ab aliquo alio. Idem eſt dicendum de viduis reſpectu ipſarum dotis. L. 14.

Tutores nequeunt accipere fœnus ex pecuniâ pupillorum ſine titulo damni emergentis, lucri ceſſantis, aut ſocietatis. quod ſi opponas illos à iudice damnandos ad fœnora pupillis ſoluenda, reſpondetur quidem 1. iudicem præſumere culpam eſſe tutorum. 2. pupillos habere ius exigendi à tutoribus fructum pecuniæ ſuæ: attamen poſſe tuto-

res vitare illam condemnationem, vel enim pecunia pupillorum eſt penes debitores, vel non; ſi priùs, habeant verum animum exponendi eam in negotiationem legitimam, ſi debitores ſoluant, & id reipſa cum poterunt exequantur: ſi poſteriùs, 1. ſi penes ſeipſos huiuſmodi pecunia fuerit, impendant eam fundi aut cenſus emptioni, vel autoritate iudicis conferant mercatori in ſocietatem. L 15.

Fœneratores paſſim objiciunt 1. ſe ob nobilitatem aliaſve rationes non eſſe idoneos negotiationi, ergo ſi pecuniã in arcâ ſeruent, illâ bene exhauſtâ ad inopiam redigendos. Sed illis reſpondendum 1. vſuram intrinſecè malam in nullo prorsùs caſu licitam eſſe poſſe. 2. illos nec fame perituros, nec ad inopiam redigendos, cùm ſuppetant media licita percipiendi fructũ ex pecunia, videlicet emptio prædij aut cenſus, & collatio in ſocietatem: quod ſi dicant eiuſmodi media videri incommoda R. verum quidem eſſe vtentes illis minùs fore diuites, hoc autem nulli Chriſtiano moleſtum eſſe debet. 2. Accedit Deum illis benedicturum, & ab eis plures caſus auerſurum, quamobrem non minùs diuites erunt. L. 16.

Objiciunt 2. Præſtare ſe charitatis officium mutuatario, cuius interdùm bona viliſſimo pretio diſtraherentur. Sed R. 1. Illud commodum eſſe ipſius mutuatarii, & ideò ipſi vendi non poſſe. 2. Huiuſmodi charitatem eſſe fictitiam, cùm res ex ſe mala ſit. Objiciunt 3. neminem mutuo daturum, ideòque plures fame perituros. At re-

Digitized by Google

pondetur curam vniuerſi eſſe Deo relinquendam, cùm eius conditor ſit. Objiciunt 4. id reipublicæ intereſſe R. Negatiuè, imò nocet ei multum, quia homines abducit à commercio, & otium fouet.

L. 17.

Si quis acceperit fœnus edicto regio taxatum, putans id eſſe licitum, & ita diſpoſitus fuerit, vt, ſi eſſe iniquum ſciuiſſet, pecuniam legitimo alicui negotio impendiſſet: aduertat Confeſſarius num verè ſic affectus fuerit, nec enim citò ei credere debet, quamuis tum affirmanti quod pecuniam in arcâ non reliquiſſet otioſam: quæret igitur ab eo num pecuniam emptioni fundi, aut cenſus, vel collationi in ſocietatem expendiſſet, quod ſi reſpondeat nullum ex illis mediis ſibi placere, tunc credet Confeſſarius eum non ita fuiſſe diſpoſitum quidquid dicere pergat, idem credet de homine qui pertinaciter cum ipſo contendet, aſſerens conſtitutionem Regis.

L. 18.

Creditor vtens pignore, vel fruens domo, prædio, &c. quamdiù mutuatarius pecuniâ vtetur, committit vſuram. Conventio mutuantis qui pignus eâ lege accepit vt ſi non recuperetur à debitore intrà certum tempus venditum habeatur, eſt vſuraria ſecundùm ius vtrumque: ſi tamen pignus non pluris valeat pecuniâ mutuo data, non erit in foro interiori vſura.

L. 19.

Qui vendit prædium, vel magiſtratum quæſtuoſum, poteſt accipere fœnus ab emptore.

Digitized by Google

L. 20.

Qui triticum mutuat habens ſolùm intentionem augendi eius quantitatem, & plus accipit quàm mutuauit, vſuræ reus eſt; quamuis mutuatarii malint ei reddere 5. modios v.g. pro 4. non committit vſuram qui mutuatos nummos ſibi curat in ſpecie, quamuis aucto illorum pretio reddi, ſi mutui tempore ità pactus fuerit, niſi tunc certò ſciuiſſet valorem pecuniæ augendum edictô regio. Mutuans centum nummos qui ſinguli nunc 20. aſſibus valent, ſciens tamen eorum valorem iuſſu regis mox 4. aſſibus minuendum, non peccaret adſtringens debitorem ſuum ad reſtituendas 100. libras.

L. 21.

Cenſus conſtitutus eſt cum Petrus v. g. emit à Paulo certâ pecuniæ ſummâ cenſum annuum 1. ius percipiendi ab eo penſionem annuam pecuniariam ſuper illius domo aut prædio conſtitutam, cum hoc duplici pacto in fauorem Pauli venditoris huius cenſus, nimirum 1. vt numquam teneatur cenſum redimere, ac pecuniam pro eius venditione acceptam reſtituere, modò ſoluat annuam penſionem; & 2. vt ipſe poſſit ad libitum redimere illam penſionem reſtituendo pecuniam ab emptore acceptam. Cenſus autem conſtitutus eſt licitus; ſed vſurarius foret ſi eſſet vtrimque redimibilis: poteſt tamen eâ lege conſtitui, vt ſi venditor non ſoluat per 2. annos, cogi valeat redimere cenſum.

L. 22.

Societas eſt conuentio duorum aut plurium conferentium ſuam pecuniam vel in-

duſtriam aliudue pretio æſtimabile ad percipiendum commune lucrum. Duo ſunt præcipua ſocietatis genera, videlicet pecuniæ & animalium. Tres verò conditiones in ſocietate requiruntur 1. vt fiat in aliquâ negotiatione licitâ, & non iniquâ. 2. vt omnes ſocij aliquid in ſocietatem conferant. 3. vt in eâ ſeruetur æqualitas.

L. 26.

Contractus ſocietatis pecuniæ licitus eſt, modò in eo dictæ conditiones obſeruentur. Probabile eſt ſecundum contractum aſſecurationis ſortis, & tertium aſſecurationis alicuius annui lucri eſſe licitos, modò tradens compenſet periculum ſortis & annui lucri quod mercatòr in ſe recipit: debet autem illud compenſare accipiendo minus lucrum. Eſt quoque probabile tres dictos contractus ſimul eodemque tempore fieri poſſe.

L, 27.

Rarò contingit Notarios conficientes inſtrumenta vſuraria teneri ad reſtitutionem: tenerentur tamen ſi vſurarius cogeret ſuum debitorē ad celebrandum aliquem contractum iniuſtum; quamuis autem non teneātur ad reſtitutionē, peccant nihilominus cōtrà officiū ſuū. Factores vſurariorū qui proximè & immediatè cooperantur eorū vſuris v. g. qui contractus iniuſtos pro illis celebrant, vel vſuras exigunt, ad reſtitutionem tenentur, non verò qui remotè ſolùm cooperantur, vt qui tempore mutui pecuniam numerant, vel in rationū libros mutuum referunt, aut etiam proxenetæ quorum opera vſurarii mutuant.

Digitized by Google

L. 28.

Peccat iniuſtitiæ peccato vſuras in ſolutionē ſibi aſſignatas accipiens ab eo qui eas ſolvit vſurario, licet ius habeat exigendi talem pecuniæ ſummam ab eodem vſurario.

L. 29.

Hæres vſurarii tenetur ad reſtitutionē: ſi verò bona vſurarij ad reſtitutionē integram non ſufficiant, dictus hæres non poteſt accipere quartā falcidiā, ſed tamen præferendus eſt legatariis.

Factâ diuiſione hæreditatis vſurarii, hæres qui habet rē alterius in ſpecie tenetur eam reſtituere, ſi autem res non extet, multò probabilius eſt omnes in ſolidum teneri ad integram reſtitutionē, non verò tantùm pro ratâ cuiuſque parte. Hæres vſurarii acceptâ 4. falcidiâ tenetur reſtitutioni impendere quidquid ſupereſt; nec in eam contribuere debent legatarii, qui tamen, iuxtà probabiliorem ſententiam reſtituere, tenentur in defectum hæredis.

L. 30.

Manifeſtus vſurarius eſt ille quem vt talē omnes agnoſcūt, ita ut res tegi nequeat, vel qui de hoc crimine fuit in iudicio cōuictus.

5. Pœnas incurrunt vſurarii manifeſti. 1. ſunt infames. 2. non ſunt promouendi ad ordines, & ſi clerici fuerint, debent ſuſpendi.

3. Non ſunt ad confeſſionem admittendi, donec reſtituerint, vel ſi ſint in articulo mortis; neque reſtitutio tunc fieri poſſit, debent dare vadem reſtitutionis, aut ſi dare non valeant, iurare coram teſtibus & notario, ſi fieri poſſit, velle ſe vt confeſſarii à ſuis hæredibus reſtitutionē fieri curent. 4. teſtari non poſſunt, nec 5. in loco ſacro ſepeliri.

L. 21.

Vendens rem alterius nomine, cùm ſe id gratis facturum promiſit vel mercedem accepit, non poteſt quidquam retinere, licet dominus pretium rei taxauerit: Et quamuis in iſto caſu vendens, ſpeculatiuè loquendo, poſſit eam in mente emere pretio à domino taxato, ac pretii augmentum ſi pluris eam vendat, retinere: hoc tamen in praxi nõ eſt conſulendum; ſed poſſet retinere augmentum pretii, ſi ob inſignem diligentiam pluris rem vendidiſſet. L. 22.

Venditio cum pacto redemptionis eſt licita cum his 4. conditionibus. 1. Eſt verus & ſincerus animus emendi ac vendendi præſertim ex parte emptoris. 2. Eſt iuſtum rei pretium, ii. vt emptor ac venditor non lædantur. 3. vt rei fructus ad emptorem pertineant. 4. Vt ſi emptor venditori rem locet non accipiat immodicam penſionem, ſed habitâ ratione fructuum eius.

TRACTATVS XVI.

De Vſura.

L. 1.

MVtuum eſt contractus quo aliquis tradit alteri rem ſuam quæ vſu conſumitur, eo animo vt accipiens illius dominium acquirat, deinde aliam eiuſdem ſpeciei ac bonitatis reddat.

L. 1.

L. 2.

Vſura eſt lucrum ex mutuo immediatè proueniens ; quapropter vſura eſt mutuo dare alicui eo pacto vt in tua tabernâ merces emat, in tuo molendino molat, & agros tuos etiam iuſto pretio colat ; non eſſet tamen vſura in hoc poſtremo caſu ſi tantùm velis anticipare ſolutionem. Quod ſi debitor in illis caſibus non fuerit læſus, veniale ſolùm erit hoc vſuræ peccatum.

L. 3.

Vſura diuiditur in realem, quæ eſt pactū expreſſum vel tacitum accipiendi aliquid ſuprà ſortem ; & mentalem quæ dupliciter intelligi poteſt 1, vt ſignificet voluntatem fœnerandi;ſed de illâ hoc ſenſu non loquimur 2. vt ſonet actuale mutuum ſine pacto externo, ſed tamen cum intentione principali lucrandi, & aliquid ſupra ſortem accipiendi tanquam debitum ex iuſtitiâ & vi mutui : cenſetur autem ille mutuans habuiſſe intentionem principalem lucrandi ex mutuo, qui non erat mutuaturus ſi nullum ſibi mutuum obuenturum ex lucro ſciuiſſet.

L. 4.

Vſura eſt peccatum contra ius naturale, diuinum & humanum.

L. 5.

Intereſſe eſt titulus dans ius accipiendi aliquid ſuprà ſortem. Vulgus malè hoc nomine vocat, quidquid ſiue iuſtè ſiue iniuſtè ſuprà ſortem accipitur : ſed propriè intereſſe dicitur illud omne in quo mutuans læditur propter mutuum : hoc verò contingit ratione 1. lucri ceſſantis & 2. damni

emergentis : iſtud eſt cum aliquis damnum in rebus ſuis patitur ob mutuum alteri datum : illud, cùm aliquis ob mutuatam pecuniã non lucratur quæ aliàs lucratus eſſet.

L. 6.

Creditor non habet ius exigendi à debitore ſuo damnum emergens aut lucrum ceſſans, cum expreſſam de hoc pactionem non fecit, & debitor non eſt in morâ ſoluendi, ſaltem cum ſuâ culpâ, quod 1. impotens ſolutionis fortuitò redditus ſit, vel 2. bonà fide putauit ſolutionis dilationem creditori non diſplicere. Sed ſi fuerit expreſſa pactio de ſolutione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, debitor ad eam tenetur, quamuis citrà ſuam culpam in morâ ſit.

L. 7.

Tres conditiones ſunt neceſſariæ damno emergenti legitimo 1. vt tempore mutui creditor debitorem moneat de damno quod patietur ob mutuum 2. vt ei det optionem vel reſarciendi totum damnum emergens, vel de eo paciſcendi 3. vt mutuum vera ſit cauſa damni emergentis.

L. 8.

Conditiones quinque requiruntur ad verum lucrum ceſſans. 1. vt mutuans habeat verum & ſincerum animum impendendi ſuam pecuniam alicui rei frugiferæ : non eſt autem vera intentio, quæ non abſoluta eſt ſed conditionata, vel ex ſuppoſitione, vt, ſi dicat, pecunia quam tali negotio impenderem, mihi fructum afferret, vel, poteram meâ pecuniâ negotiari : verùm intellies an aliquis illam intentionem ſinceram

Digitized by Google

habeat, ſi attendas num aliquando negotiationi pecuniam impenderit; licet autem quidam Auctores cenſeant hominem poſſe habere verum illum animum, & nihilominus pecuniam mutuo dare quàm impendere negotio malle, id tamen valde periculoſum & in praxi conſulendum non eſt.

Ille qui mutuo dat pecuniam quam verè negotio frugifero deſtinauit, & habet aliam quà nec vtitur, nec eget, non habet verum titulum lucri ceſſantis; habet tamen qui eam ſeruat ad filias dotandas, ad ſubueniendum morbo, liti, &c.

L. 9.

2. Conditio lucri ceſſantis eſt vt mutuans moneat mutuatarium de lucro ceſſante 3. vt rationem habeat periculi & expenſarum negotii cui pecuniam impendere vellet. 4. vt nihil accipiat ſuprà lucrum ceſſans. Et 5. vt non accipiat lucrum ceſſans tempore mutui, ſed conueniens interuallú expectet.

L. 10.

Remotum periculum amittendi capitale non eſt legitimus titulus accipiendi aliquid ſuprà ſortem. Et quamuis interdùm, licet rariſſimè, periculum proximum eſſe poſſit legitimus titulus, numquam tamen niſi parui æſtimari poteſt.

Periculum tranſvectionis pecuniæ quod mutuans in ſe recipit, eſt legitimus titulus accipiendi aliquid ſuprà ſortem, modò non obliget debitorem vt ſe potiùs quàm alio vtatur ad eam transferendam.

L. 11.

Priuatio pecuniæ mutuo datæ, & obliga-

tio eam non repetendi ad certum tempus; item gratia quâ per mutuum obſtringitur debitor, & obligatio gratitudinis quam ideò contrahit, non ſunt legitimi tituli accipiendi aliquid ſuprà ſortem: nec etiam damni, niſi fuerit prorsùs voluntarium, quod ferè nuſquam in praxi contingit: vſuræ mentalis reus 1. ſic mente affectus tempore mutui, vt noluiſſet mutuare, ſi nihil ſibi donandum ſciuiſſet, non tenetur ad reſtitutionem ſi deinde ipſi conſtet debitoris donum fuiſſe voluntarium, ſecus autem, ſi dubitet.

L. 12.

Grauiter peccant qui ſuprà ſortem aliquid accipiunt ſolo titulo conſtitutionis Regis, quem falsò dicunt vſuras permittere: damnat enim tantùm debitores ad ſoluendum Intereſſe à tempore quo creditor ab eis petiit debiti ſolutionem, cum in eo caſu præſumat illum pati damnum emergens aut lucrum ceſſans.

L 13.

Maritus poteſt quidem à ſocero vel alio qui dotauit vxorem, accipere fœnus ſeu lucrum dotis vxoris ſuæ, quamdiù non vult eam illi perſoluere: non tamen ab aliquo alio. Idem eſt dicendum de viduis reſpectu ipſarum dotis.

L. I 4.

Tutores nequeunt accipere fœnus ex pecuniâ pupillorum ſine titulo damni emergentis, lucri ceſſantis, aut ſocietatis. quod ſi opponas illos à iudice damnandos ad fœnora pupillis ſoluenda, reſpondetur quidem 1. iudicem præſumere culpam eſſe tutorum. 2. pupillos habere ius exigendi à tutoribus fructum pecuniæ ſuæ: attamen poſſe tuto-

res vitare illam condemnationem, vel enim pecunia pupillorum eſt penes debitores, vel non; ſi priùs, habeant verum animum exponendi eam in negotiationem legitimam, ſi debitores ſoluant, & id ipſa cum poterunt exequantur: ſi poſteriùs, 1. ſi penes ſeipſos huiuſmodi pecunia fuerit, impendant eam fundi aut cenſus emptioni, vel autoritate iudicis conferant mercatori in ſocietatem. L. 15.

Fœneratores paſſim objiciunt 1. ſe ob nobilitatem aliaſve rationes non eſſe idoneos negotiationi, ergo ſi pecuniā in arcâ ſeruent, illâ bene exhauſtâ ad inopiam redigendos. Sed illis reſpondendum 1. vſuram intrinſecè malam in nullo prorsùs caſu licitam eſſe poſſe. 2. illos nec fame perituros, nec ad inopiam redigendos, cùm ſuppetant media licita percipiendi fructū ex pecunia, videlicet emptio prædij aut cenſus, & collatio in ſocietatem: quod ſi dicant eiuſmodi media videri incommoda R. verum quidem eſſe vtentes illis minùs fore diuites, hoc autem nulli Chriſtiano moleſtum eſſe debet. 2. Accedit Deum illis benedicturum, & ab eis plures caſus auerſurum, quamobrem non minùs diuites erunt. L. 16.

Objiciunt 2. Præſtare ſe charitatis officium mutuatario, cuius interdùm bona viliſſimo pretio diſtraherentur. Sed R. 1. Illud commodum eſſe ipſius mutuatarii, & ideò ipſi vendi non poſſe. 2. Huiuſmodi charitatem eſſe fictitiam, cùm res ex ſe mala ſit. Objiciunt 3. neminem mutuo daturum, ideòque plures fame perituros. At re-

pondetur curam vniuerſi eſſe Deo relinquendam, cùm eius conditor ſit. Objiciunt 4. id reipublicæ intereſſe R. Negatiuè, imò nocet ei multum, quia homines abducit à commercio, & otium fouet.

L. 17.

Si quis acceperit fœnus edicto regio taxatum, putans id eſſe licitum, & ita diſpoſitus fuerit, vt, ſi eſſe iniquum ſciuiſſet, pecuniam legitimo alicui negotio impendiſſet: aduertat Confeſſarius nùm verè ſic affectus fuerit, nec enim citò ei credere debet, quamuis tum affirmanti quod pecuniam in arcâ non reliquiſſet otioſam: quæret igitur ab eo num pecuniam emptioni fundi, aut cenſus, vel collationi in ſocietatem expendiſſet, quod ſi reſpondeat nullum ex illis mediis ſibi placere, tunc credet Confeſſarius eum non ita fuiſſe diſpoſitum quidquid dicere pergat, idem credet de homine qui pertinaciter cum ipſo contendet, aſſerens conſtitutionem Regis.

L. 18.

Creditor vtens pignore, vel fruens domo, prædio, &c. quamdiu mutuatarius pecuniâ vtetur, committit vſuram. Conventio mutuantis qui pignus eâ lege accepit vt ſi non recuperetur à debitore intrà certum tempus venditum habeatur, eſt vſuraria ſecundùm ius vtrumque: ſi tamen pignus non pluris valeat pecuniâ mutuo data, non erit in foro interiori vſura.

L. 19.

Qui vendit prædium, vel magiſtratum quæſtuoſum, poteſt accipere fœnus ab emptore.

L. 20.

Qui triticum mutuat habens ſolùm intentionem augendi eius quantitatem, & plus accipit quàm mutuauit, vſuræ reus eſt; quamuis mutuatarii malint ei reddere 5. modios v.g. pro 4. non committit vſuram qui mutuatos nummos ſibi curat in ſpecie, quamuis aucto illorum pretio reddi, ſi mutui tempore ità pactus fuerit, niſi tunc certò ſciuiſſet valorem pecuniæ augendum edictô regio. Mutuans centum nummos qui ſinguli nunc 20. aſſibus valent, ſciens tamen eorum valorem iuſſu regis mox 4. aſſibus minuendum, non peccaret adſtringens debitorem ſuum ad reſtituendas 100. libras.

L. 21.

Cenſus conſtitutus eſt cum Petrus v. g. emit à Paulo certâ pecuniæ ſummâ cenſum annuum i. ius percipiendi ab eo penſionem annuam pecuniariam ſuper illius domo aut prædio conſtitutam, cum hoc duplici pacto in fauorem Pauli venditoris huius cenſus, nimirum 1. vt numquam teneatur cenſum redimere, ac pecuniam pro eius venditione acceptam reſtituere, modò ſoluat annuam penſionem; & 2. vt ipſe poſſit ad libitum redimere illam penſionem reſtituendo pecuniam ab emptore acceptam. Cenſus autem conſtitutus eſt licitus; ſed vſurarius foret ſi eſſet vtrimque redimibilis: poteſt tamen eâ lege conſtitui, vt ſi venditor non ſoluat per 2. annos, cogi valeat redimere cenſum.

L. 22.

Societas eſt conuentio duorum aut plurium conferentium ſuam pecuniam vel in-

L. 28.

Peccat iniuſtitiæ peccato vſuras in ſolutionẽ ſibi aſſignatas accipiens ab eo qui eas ſolvit vſurario, licet ius habeat exigendi talem pecuniç ſummam ab eodem vſurario.

L. 29,

Hæres vſurarii tenetur ad reſtitutionẽ: ſi verò bona vſurarij ad reſtitutionẽ integram non ſufficiant, dictus hæres non poteſt accipere quartã falcidiã, ſed tamen præferendus eſt legatariis.

Factâ diuiſione hæreditatis vſurarii, hæres qui habet rẽ alterius in ſpecie tenetur eam reſtituere, ſi autem res non extet, multò probabilius eſt omnes in ſolidum teneri ad integram reſtitutionẽ, non verò tantùm pro ratâ cuiuſque parte. Hæres vſurarii acceptâ 4. falcidiâ tenetur reſtitutioni impendere quidquid ſupereſt; nec in eam contribuere debent legatarii, qui tamen, iuxtà probabiliorem ſententiam reſtituere, tenentur in defectum hæredis. L. 30.

Manifeſtus vſurarius eſt ille quem vt talẽ omnes agnoſcũt, ita ut res tegi nequeat, vel qui de hoc crimine fuit in iudicio cõuictus.

5. Pœnas incurrunt vſurarii manifeſti. 1. ſunt infames. 2. non ſunt promouendi ad ordines, & ſi clerici fuerint, debent ſuſpendi.

3. Non ſunt ad confeſſionem admittendi, donec reſtituerint, vel ſi ſint in articulo mortis; neque reſtitutio tunc fieri poſſit, debent dare vadem reſtitutionis, aut ſi dare non valeant, iurare coram teſtibus & notario, ſi fieri poſſit, velle ſe vt confeſſarii à ſuis hæredibus reſtitutionẽ fieri curent. 4. teſtari non poſſunt, nec 5. in loco ſacro ſepeliri.

TRACTATVS XVII.

De reliquis contractibus oneroſis.

L. 1.

CAmbium in propriâ ſignificatione acceptum, eſt permutatio pecuniæ cum aliâ pecunia. Diuiditur in fictum ſeu ſiccũ, quod eſt vſura palliata, vt ſi accipias aliquid ſuprà ſortem ſub nomine cambij mutuo datam, propter ſolam dilationem ſolutionis: & verum ac reale, quod eſt vel minutum quo minora numiſmata cum maioribus permutantur, v.g. denarii cum nũmis; aut locale cùm ſcilicet in vno loco pecuniã accipias vt eam reddas & ſoluas in alio.

Licet accipere moderatũ lucrum in cambio minuto vel locali, ſiue munus campſoris exerceas, ſiue non, quia commoditas transferendi & faciliùs expendendi monetam vnius ſpeciei quàm alterius, aut virtualis tranſlatio pecuniæ cum eius aſſecuratione, campſor enim recipit in ſe periculũ illius &c. ſunt legitimi tituli accipiẽdi lucrũ.

Actor vel famulus non teneretur ad reſtitutionem, ſi aliquid lucratus eſſet, permutando, maiora numiſmata ſibi à domino pro certis negotiis tradita, cum minoribus, vt aureos cum obolis, modò nullum ex eo dominus patiatur damnum.

L. 2.

Locatio eſt contractus quo res aut perſona traduntur alteri pro pecuniâ ad vſum vel

fructum, & idem contractus dicitur conductio reſpectu accipientis rem aut perſonã ad vſum vel fructum. Quæcumque vendi poſſunt, locari poſſunt, niſi ius prohibeat.

L. 3.

Locator tenetur 1. admonere conductorem de rei vitio ſi quod habeat ipſi notum, alioqui debet reparare damna quæ conductor paſſus eſt 2. eidem ſoluere neceſſarias vel utiles expenſas ab eo factas, quæ vltrà locationis tempus duraturæ ſunt, ut ſi domum refecerit. 3. reparare damna quæ conductori ſuâ culpâ graui aut leui acciderunt. 4. non repetere locatam rem ante præfixum terminum ſine iuſtâ cauſâ, qualis foret 1. ſi conductor non ſolueret penſionem, nam ſi domus locata fuerit in 5. aut 6. vel plures annos, conductor elapſo biennio expelli poteſt & ſi locata fuerit in pauciores annos, expelli poteſt omni tẽpore cum non ſoluit penſionẽ, etiam in foro interiori citrà iudicis auctoritatem, quod paſſim non eſt conſulendum. 2. Si re locator egeat. 3. Si domus aliter refici nequeat. 4. Si re conductor abutatur, vel damnum inferendo vel peccata committendo. L. 4.

Qui locat domum ſuam vt Deus in eâ offendatur, grauiter peccat, & multò magis ſi eam locet cariùs perſonis vitæ flagitioſæ; quamuis communis opinio doceat eum non peccaturum qui locaret domum illis hominibus abſque malo fine ob ſolum lucrum: ſi tamen domus ob ſitum aliamue circunſtantiam valde commoda foret perpetrandis criminibus, vel ſi eam locando mere-

trici, periculum eſſet ne illa viciniæ mulieres corrumperet, tunc non liceret eam huiuſmodi perſonis locare, tametſi nullum ex eâ fructum dominus præcepturus eſſet; quo caſu dicet Confeſſarius pœnitenti. 1. vix fieri poſſe vt non reperiat conductores probos, maximè ſi paulò minorem exigat penſionem. 2. Iubere Euangelium vt pedem, oculũ &c. qui nobis ſcandalo ſunt, eruamus. 3. Deum aliunde compenſaturum in iſtâ & futurâ vitâ illud exiguum detrimentum.

L. 5.

Tenetur conductor 1. vti dumtaxat re locata ad eum finem ad quem ipſi locata eſt, alioqui debet reſtituere damna quæ dominus pateretur; itaque ſi Ioannes locauit equum Paulo ad proficiſcendum Toloſam, qui tamen iuit Pariſios, teneretur Paulus equi, etiam ſine culpa ſua pereuntis, pretiũ ſoluere, niſi iuſtè præſumeret Ioannem id gratum habiturũ. 2 non dimittere conductã rem ſine iuſta cauſa ante præfixum terminũ 3. rem in ſpecie & integram elapſo locationis termino reſtituere; nam ſi deterior facta ſit culpâ ipſius graui aut leui, teneretur damnum reparare 4. ſoluere pretium locationis tempore conſtituto.

L. 6.

Operarii conductor qui non eſt illo vſus tenetur ei ſoluere pretium de quo mutuò conuenerant, ſi is fuerit in otio: quod ſi operario eiuſmodi perinde fuiſſet indulgere labori vel otio, ſoluendum erit illi ſtipendiũ integrum; Secus verò aliquid, iuxtà dictamen prudentiæ, detrahere poteris.

Contractus locationis non diſſoluitur morte locatoris, niſi reſpectu legatarii qui rem ante locationis terminum repetere poteſt, ſed non hæres qui perſonam defuncti repræſentat. L. 7.

Famulis & ſimilibus perſonis ſoluendum eſt ſtipendium quod cenſetur eſſe iuſtum habitâ ratione loci, conſuetudinis & aliarum circumſtantiarum: habet autem latitudinem æquè ac pretium rerum venalium, & limites illius excedens peccat iniuriæ peccato. A duobus pretio conductus ad proficiſcendum Toloſam, non tenetur reſtituere, poteſtque duo ſtipendia retinere, tanquam proſperæ fortunæ donum. Aliqui dicunt herum famulo qui, cogente ad id neceſſitate, viliſſimo pretio ſe locat, vltroque offert, non teneri ſtipendium ſoluere, niſi æſtimando eius obſequium tali circumſtantiæ adiunctum; alii contrarium affirmant, ſi dictus famulus hero ſit valde vtilis, eumque nullum ex famuli neceſſitate commodum poſſe capere. L. 8.

Herus dimittens famulũ ſine rationabili cauſâ nondùm elapſo termino locationis, debet ei ſoluere integrum ſtipendiũ; famulo verò herum ſine cauſa dimittenti ante conſtitutum diem, tenetur herus ſtipendiũ ſoluere ad ratam temporis quo ſervivit, habet tamen ius exigendi à famulo reparationem damni quod inde patitur.

Qui cum operario de certis ſtipendiis pactus eſt in obſequium alicuius familiæ, non tenetur augere illa, niſi numero perſonarum familiæ notabiliter ac per longum

tempus aucto; earum autem numero notabiliter ac per longum tempus minuto, minuendum quoque erit ſtipendium.

Artifex deceptus in pacto mercedis ſui operis propter caſum fortuitũ v.g. morbum, lapſum, &c. nõ poteſt petere mercedis augmẽtum; at ſi deceptus fuerit in cõputatione dierum & aduertat ſe non habere iuſtum laboris diurni ſtipendium, iure poteſt mercedis incrementum petere, ac ſi hoc negetur, vti compenſatione occultâ.

Probabilius eſt integram mercedem deberi famulo ſi parum durauit eius infirmitas; ſi autem menſe plus minuſve durauit, herũ retinere poſſe mercedem ad ratam illius menſis, tenerique famulũ alere, non tamen ei remedia ſuppeditare licet morbus fuerit breuis. L. 9.

Pater tenetur dotare filiam quamuis ex bonis propriis diuitem, niſi conſtet eius benefactorem voluiſſe patrem ab onere dotis ſoluendo liberare. Idem tenetur filiam dotare pro ingreſſu religionis, & filio volenti ſuſcipere ſacros ordines conſtituere titulum patrimonialẽ. Tenetur quoque in foro interiori dotare filiam quæ ipſo inuito nupſit; at in foro externo illam exhæredare poteſt, iuxta mores Galliæ, ſi nupſerit ante 25. annos: quod ſi filia nupſerit indigno, ſiue ob infamiam, ſiue ob longè inferiorem conditionẽ, & nondum attigerit 25. annos, tenetur pater dotare illam, niſi diues ex propriis fuerit; ſi verò nondum attigerit 25. annos, probabile quoq; eſt teneri patrẽ eã dotare, nõ tamẽ cõgruè, quippe quæ ob dedecus illatũ familiæ eo indigna ſit. L. 10

Debet mater dotare filiam in patris defe-ctum, & iuxtà cõmuniorem ſententiam avus paternus diues ad id potiori iure tenetur quàm mater & fratres, qui tenentur eam do-tare in aui paterni & matris defectum.

L. 11.

Depoſitum eſt contractus, quo alicui tra-ditur ſola cuſtodia rei, quæ ſi fuerit aliud à pecunia, vt veſtis, ſupellex, depoſitarius vtendo illà peccat & reſtituere tenetur, niſi de conſenſu domini conſtet: ſi verò fuerit pecunia in arca incluſa, vel alio modo, vnde colligi poſſit nolle dominum vt quis eâ vta-tur, eâ vti non licet; ſecùs autem, licet, modò certus ſit depoſitarius parem ſe quantitatẽ roganti domino reſtituere poſſe. L. 12.

Si pecuniæ valor tempore depoſiti creſcat, eamque depoſitarius in ſpecie habeat, incre-mentũ eius ad dominum pertinet. Si verò depoſitarius illam cum expreſſo vel tacito domini conſenſu impenderit, cõmunis opi-nio docet incrementum ad ipſum pertinere, quia depoſitũ factum eſt mutuum, ideoque depoſitarius acquiſiuit eius dominium: ſed ſi conſenſus fuit ſolùm tacitus & præſum-ptus, valde probabile videtur augmentum pertinere ad dominum, res enim odioſa eſt, vt quis eo modo ex bonis eius lucretur.

Si Petrus nauigio deferens quingentos pa-nes ſacchararios Pauli, & totidem ſuos, ven-diderit 100. Pauli, cum animo totidem ex ſuis in patria ei reſtituendi, expilatâ naui à piratis quidam cenſent teneri Petrum reſti-tuere Paulo eorum pretium, quia permuta-tione factâ cum tacito Pauli conſenſu, ac-

quiſiuit eorum dominium, ac proinde pecuniæ ex eorum venditione acceptæ; ſed alij negant eiuſmodi permutationẽ cum defuerit mutuus conſenſus. L. 13.

Cum depoſitum eſt in fauorem deponentis ac depoſitarii, quod ille iſti aliquid pro rei cuſtodiâ ſoluat, depoſitarius non tenetur ſeruare res deponentis cum ſuarum pretioſiorum iacturâ: ſi autem res fuerint æqualis valoris, non tenetur etiam ſeruare illas cum ſuarum iacturâ: ſed ſi res deponentis pretioſiores ſint, debet illas ſuis præferre, tuncque alii putant eum poſſe exigere ſolutionẽ pretii rerum quas pro ſeruandis rebus deponentis amiſit, & alii probabilius dicunt eum poſſe dumtaxat exigere dimidium pretii, cum ſit contractus in fauorem vtriuſque.

Si depoſitum fuerit in ſolius deponentis fauorem, depoſitarius non tenetur ſeruare res deponentis cum ſuarum pretioſiorum, vel æque pretioſarum iacturâ, ſed tenetur illas præferre ſuis cum iſtæ erunt minoris valoris, modò probabile ſit deponentem ipſi damnum præſtiturum, non aliter.

L. 14.

Cõmodato res traditur alteri per aliquod tempus ad certum vſum. Plures exiſtimant commodantem poſſe rem commodatam repetere ante præfixum terminum, etiam cum incommodo vel damno commodatarii, ſi patiatur ipſe damnũ æquale, ſed alii negant, Cõmodatarius debet rem cõmodatam maioris vel æqualis valoris, præferre ſuis rebus, ſed non minoris; tunc enim ſi alterutræ perituræ ſint, poteſt ſuas ſeruare.

L. 15.

Precarium eſt contractus quo rem alteri concedis eà lege vt illam repetere ad nutũ valeas, Vnde in precario non licet paciſci de re non niſi poſt certum tempus repetenda, cùm illud naturæ huius contractus repugnet : verumtamem charitas interdum exigere poteſt ne repetatur, cùm id valdè proximo noceret.

L. 16.

Ludus eſt contractus quo duo vel plures exponunt res ſuas periculo iacturæ, ſub ſpe lucrandi alienas. Ius ciuile prohibet ludos aleæ; ſed cum eiuſmodi leges obſoleuerint, nè ſub peccato quidem veniali obligant, licet in eo difficile ſit non committi peccatum ob circumſtantias. Canones vetant clericis eoſdem ludos ſub pœna depoſitionis, quod tamen plures intelligunt de ludo frequenti; aiuntque nullum fere in quibuſdam circumſtantiis peccatum: ſed conſtat præſules vetare poſſe tales ludos ſub pœna peccati mortalis.

Alii ludi, quamuis ex ſe indifferentes, poſſunt eſſe laïcis & clericis illiciti propter has circumſtantias 1. interni affectus, quo paratus ſis v. g. ſacrum omittere, furari, decipere, &c. vt ludendi libidinem expleas: hicque affectus poteſt eſſe mortalis. 2. Fraudis 3. iræ, iuramentorum, & 4. ſi colluſor pecuniam non habeat quam legitimè poſſit exponere, vt ſi eam furatus ſit. 5. Loci, putà Eccleſiæ, cæmeterii. 6. Temporis, quale eſt illud quod perſoluendis Officijs diuinis deſtinatum eſt, idque ſaltem reſpectu ludorũ publicorũ, vt pilæ &c. hos enim Regis cõſtitutiones prohibent.

Digitized by Google

L. 17.

Aſtutiæ, vt ſi pauorem vultu ſimules quaſi ſors tibi parùm fauerit, non ſunt peccata: ſed fraudes, vt ſi adulteres vel fureris chartas luſorias, ſunt illicitæ, & ad reſtitutionem non ſolùm tui lucri, ſed etiam illius quod alii feciſſent obligant: ſi tamen aliquas conſuetudine, vel luſorum conſenſu, permitti conſtet, eæ non erunt peccata.

Qui ſe finxit imperitum, aut ſe initio vinci permiſit vt ad ludum inuitaret alium non luſurum ſi peritiam ipſius ſciuiſſet, reſtituere tenetur: ſi verò tantùm excederet peritiâ colluſorem id neſcientem, quidam eum ad integram; alii ad partialem tantùm reſtitutionem obligant.

Dubitans vtrùm ob fraudem adhibitam vicerit necne, tenetur ad reſtitutionem cùm inceperit malâ fide rem alterius poſſidere. Si verò conſtet ipſi colluſorem abſque tali fraude victurum, debet reſtituere lucrum ſuum, & illud quod feciſſet colluſor, at ſi hoc ipſi non conſtet, probabilius eſt teneri ſolùm reſtituere ſuum lucrum.

Ille qui nouit chartas ſocii colludentis à tertio quodam inſpectore monitus, & alioqui non erat luſurus, tenetur reſtituere propter fraudem; ſi verò dubitet an luſiſſet necnè, tenetur ſolùm ad partem reſtitutionis.

L. 18.

Cogens alium vi aut minis ad ludendum peccat & reſtituere tenetur: quamuis enim per uim aut metum celebrati contractus ſint validi, poſſunt tamen reſcindi ad nutum partis læſæ, quæ lucrum ſuum retinere po-

Digitized by Google

teſt, æquè ac victor colluſoris adulterantis chartas.

Victor colluſoris qui non erat dominus pecuniæ quam ludo exponebat, reſtituere tenetur ſi hoc nouerat, at ſi neſciret, tenetur quidem reſtituere, ſed victus debet hoc ipſi damnum compenſare. Ludo exponens alienam pecuniam, non poteſt retinere ſuũ lucrum, niſi aliam pecuniam haberet, vt eam victori traderet ſi victus ipſe fuiſſet, cum par eſſe debeat conditio colluſorum.

Creditò ludens victus non tenetur ſoluere, cùm leges permittant repetere ſolutum in iudicio; ſi autem ſoluerit, non poteſt vti compenſatione: hoc tamen intelliges de locis vbi ius Cæſareum viget; conſtat enim teneri victum iure naturæ ſoluere vt promiſſa ſeruet.

TRACTATVS XVIII.

De contractibus gratuitis

L. 1.

PRomiſſio eſt fidei obligatio libera & ſincera de re licita & poſſibili: acceptatio illius cui promiſiſti neceſſaria eſt promiſſioni, aliàs enim reuocari poteſt; vnde fit promiſſionem internam præter uotum nõ obligare. Deliberatio quæ requiritur ad peccatũ mortale, requiritur etiam ad promiſſionem: in qua ſemper hæc tacita conditio ſubintelligitur, modò rerum ſtatus non mutetur notabiliter, vt, ſi is cui promiſiſti, fiat inimicus tuus, tunc enim ad promiſſa ſeruanda non tenereris.

Promiſſio gratuita ſecundũm auctores

aliquos ex ſola virture fidelitatis obligat, eiuſque violatio eſt tantùm veniale peccatũ, ſed multò plures cenſent ex iuſtitia & ſub peccato mortali obligare in materia graui. quæ vt talis ſit, debet quadruplo maior eſſe quàm in furto.

L. 2.

Donatio eſt cùm rem aliquã das liberaliter alteri. Diuiditur in propriam, & minùs propriam: mera liberalitas priorem parit, nullo peculiari motiuo occaſionem ei præbente; ſed poſteriorem quæ dicitur antidotalis, vel remuneratoria generat affectus gratitudinis, vt ità vicem reddas ei qui te præſtitis obſequiis ſibi deuinxit. Si res tibi dono data à fure vel vſurario, eadem fuerit in ſpecie quàm illi iniquè proximo abſtulerant, eam reſtituere teneris, ſed non aliter: ſi verò illi donando fiant impotentes ad ſoluendum, vel donatarius id nouit, vel ignorauit; ſi nouerit, probabilius eſt ipſum teneri reſtituere, nam cooperatus eſt actioni iniuſtæ videlicet alienationi bonorum donatoris in præiudicium credirorum: ſi verò ignorauerit, tenetur rem ipſam reſtituere, vel id in quo factus eſt ditior, modò creditores donatoris exigant reſtitutionem intrà annum à die quo donationem factam à ſuo debitore acceperunt numerandum, elapſo enim anno minimè tenetur.

L. 3.

Teſtamentum eſt iuſta voluntatis noſtræ ſententia de eo quod poſt obitum noſtrum fieri volumus, cum directâ hæredis inſtitutione. Diuiditur in clauſum & apertum:

illud eſt quod ſcripſit ipſe Teſtator ſi ſciat, vel ſi neſciat, alius eius nomine, qui etiam ſubſcribere debet: quodque inſuper obſignatum, in parte illius exteriori ſeptem teſtes maſculi & puberes cum notario ſubſcripſerunt, declarante omnibus teſtatore hoc ſuum eſſe teſtamentum; iſtud ſine ſcriptura perficitur, declarante ſolùm teſtatore coram 7. dictæ qualitatis teſtibus ſuam vltimam voluntatem & hæredem quem inſtituit, nec in eo Notarius eſt abſolutè neceſſarius.

Aliqui dicunt teſtamentum cui quædam iuris ſolemnitas deeſt, non eſſe validum in foro interiori, ac proinde non eſſe obligationem ſoluendi legata præter pia. Excipiunt teſtamentum in favorem pii operis conditum: alii validum eſſe putant, ideoque ſolvenda legata à poſſeſſore hæreditatis.

L. 4.

Legatum eſt donatio quam teſtator hæredi mandat ut præſtet ex bonis à ſe illi relictis, quæ ſine tali diſpoſitione ad eum pertinerent. 4. In eo circumſtantias attendunt, nempe conditionem quæ ſuſpendit, modum qui modificat, cauſam quæ mouet voluntatem, ac demonſtrationem quæ rem ſigno aliquo indicat.

L. 5.

Legatum factum ſub conditione rei præſentis, præteritæ, vel futuræ, validum eſt, ſi conditio vera fuerit aut executioni mandata, & non aliter. Conditio non nubendi eſt honeſta, quantùm ad ſecundas nup-

ptias: itaque legare potes ea lege vt is qui ſemel nupſit, non ampliùs nubat: potes etiam alicui legare ſi tali filiæ, vel talis familiæ non nubat. Omnis conditio parùm honeſta vel impoſſibilis habetur vt nulla. Ille cui legatum eſt ſi nubat, non amittit legatum ingrediens Religionem. Alij putant Ioannam cui legaſti 200. nummos ſi nubat & 100. ſi fiat monialis, poſſe petere 200. nummos ſi Religionem ingrediatur: alii dicunt eam 100. nummis debere eſſe contentam, quod minori dote opus ſit ad ingreſſum Religionis quàm ad nuptias. Non licet applicare dotandis virginibus ad ingreſſum Religionis, pecuniam legatam ad puellas egenas in matrimonium collocandas nullâ in particulari determinatâ.

L. 6.

Alii dicunt viduam cui legauit aliquis 100. libras modò caſtè viuat, non amittere legatum nubendo; ſed alij dicunt amittere ſi maritus vel eius conſanguineus aut viduæ filius legauerint: at ſi aliqua ſe turpitudine fœdauerit: probabiliſſimum eſt eam legatum amiſſuram vnico turpitudinis actu, præſertim ſi maritus, filius aut conſanguineus legaſſent, quamuis alii cenſeant non amiſſuram legatum niſi ter ſaltem libidinoſa fuerit. Si quis fœminæ legauerit annuam penſionem, quamdiù caſtè vixerit, eaque 1. anno caſta, 2. libidinoſa fuerit ac 3. peccatum emendauerit, probabilius eſt illam amittere penſionem. Si

quis tibi legauit modò tuam conſanguineam ducas, non amittis legatum ſi eam non ducas, nam illa conditio eſt de iure impoſſibilis: quod ſi legans dixerit modò eam ducas ſi Papa diſpenſauerit, duæ ſunt opiniones contrariæ.

L. 7.

Ioanna cui Sempronius legauit centum nummos ſi nubat Ioanni, perdit legatum ſi ei non nubat, niſi 1. Ioannes fuerit homo indignus, ſed tunc illa ſi foret vidua, talis permanere deberet vt legato potiretur. 2. ſi nupſerit alteri vt morem parenti gerat. 3. Si Ioannes obierit ante nuptias; Eccleſia non amittit legatum à Ioanne ipſi factum, modò in eâ ſepeliretur, ſi Ioanne in excommunicatione defuncto id fieri non potuerit. Legatum Ioannæ relictum vt nubat vel nubere poſſit, debetur etiam illi ante nuptias, & licet numquam nubat, iuſque illius tranſit ad hæredes; nam illa diſpoſitio modalis eſt non conditionalis.

L. 8.

Subſtantialis error demonſtrationis reddit legatum inualidum, ſed non accidentalis. Demonſtratio poteſt apponi legatis 1. taxatiuè, ad taxandum & reſtringendum v. g. ſi quis legauerit 100. iugera fundi qui ſitus eſt in tali loco, vel 10. nummos talis arcæ. 2. Demonſtratiuè, ad rem ſolùm indicandam, vt ſi leget fundum qui 100. iu-

geris conſtat, vel tale marſupium in qi ſunt nummi centum. Illa verò diſtingues his duabus notis. 1. Si demonſtratio à re incipiat, & numerus aut menſura ſequatur, vt lego fundum 100. iugeris conſtantem, demonſtratio cenſetur appoſita ſolùm demonſtratiuè. Si numerus aut menſura præponatur rei, vt lego 100. nummos talis marſupii, tunc demonſtratio cenſetur taxatiuè appoſita. Cùm demonſtratio taxatiua eſt, validum eſt legatum ſi nullus fuerit error ſubſtantialis ex toto vel ex parte; quamo rem legatum 100. nummorum talis marſupii nullum eſt, ſi nulli fuerint in eo nummi, ſed validum eſt quantùm ad eos qui extant. Si autem demonſtratio fuerit ſolùm demonſtratiua, legatum eſt validum quamuis error interuenerit, vnde legatum talis marſupii 100. nummorum, debetur, licet in eo plures aut pauciores nummi fuerint.

Poſteri eius qui legauit penſionem annuam 10. librarum ex reditibus vitis ab iſto deſignatæ ſoluendam vt ſingulis annis tot miſſæ celebrentur, ſi penſio à 40. annis ſoluta non fuerit, certè non ſatisfacerent uitem Eccleſiæ relinquendo; ſed tenerentur ſoluere dictam penſionem, licet vitis ob grandinem alioſue caſus nullum fructum attulerit, nam illa diſpoſitio eſt tantùm demonſtratiua.

TRAC-

TRACTATVS XIX.

De octauo Decalogi Præcepto.

L. I.

QVo vetatur injuria quæ verbis proximo irrogatur ſiue falſo teſtimonio in judicio, ſiue aliter vt detractione, &c. Mēdacium eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi aut dicendi falſum. Poſſunt mētiri etiam ſignis ſcriptis, &c. Si deſit intentio fallendi, mendacium eſt materiale non formale, quod ſolum eſt peccatum, diuiditur in jocoſum, officioſum & pernicioſum juxta varios fines quos mentiens ſibi proponit.

Vſus veſtis alieni ſexus aut laruarum eſt mendacium facti quamuis ex ſe non mortale niſi adſit ſcandalum vel alia mala circunſtantia; vituperandum tamen illud ac prohibendum eſt ob periculum.

L. II.

Fama eſt bona multorum exiſtimatio de aliquo, & honor eſt actus quo aliquis declarat verbis aut ſignis hanc bonam exiſtimationem. Detractio eſt occulta & iniqua læſio propriæ vel alterius famæ. Qui refert ſuperiori peccatū inferioris ad eius correptionem, non eſt detractor, neque referens alterius peccatum illis qui norunt;

L. I.

ſed peccare poteſt ob malum affectum,&c. peccat etiam mortaliter interdum, qui ſe infamat. Detractio eſt vel formalis quæ fit cum intentione lædendi bonam famam alterius, vel materialis, quæ ex leuitate committitur,ſpeciem mutare poteſt. 1.Ratione læſi, v. g. ſi fuerit pater, parochus, Sacerdos, &c. 2. Motiui, v. g. odij. 3. Modi, qui ſit valdè grauis, vt ſi fiat ſcriptis, ſatyris, &c.

Poteſt committi directè. 1. Imponendo falſum crimen. 2. Aperiendo verum, ſed occultum. 3. Amplificando verum. 4. Malè interpretando bonam, vel indifferentem actionem vel indirectè. 1. Negando bonum opus alicujus. 2. Minuendo. 3. Non laudando cum ſilentium habetur pro vituperatione. 4. Frigidè laudando ita vt hoc vergat in dedecus proximi, detractio eſt grauiſſimum peccatum, ejuſque damna grauia ſunt & ægrè poſſunt reparari.

L. III.

Detractio eſt peccatum mortale cum lædit grauiter alterius famam, quod non ſemper accidit reuelando ejus mortale peccatum & accidere poteſt referendo veniale ſpectati viri, peccatum eſt mortiferum detrahere in re graui mortuis, non autem dicere de aliquo illum eſſe vitijs capitalibus, v. g. ſuperbiæ, auaritiæ obnoxium, quamobrem attendendæ ſunt circunſtantiæ. Neque manifeſtare defectus naturales illius niſi hoc eum impediret à conſecutione magni boni, vel grauiter

offenderet, aut in conſpectu ejus dictum magnâ illum triſtitiâ afficeret. Probablius eſt reuelantem grauè alterius peccatum duobus aut tribus amicis prudentibus, aut referendo grauia, quæ de aliquo audiuit, etiam non aſſeuerando, peccare mortaliter.

Manifeſtans peccatum alibi publicum, ſed hic vbi loquitur incognitum, peccat contra charitatem, & ſecundum aliquos contra juſtitiam ſi peccatum factum ſit per injuriam publicum. Non eſt grauè peccatum referre crimen habens phyſicam vel moralem connexionem cum eo cujus aliquis infamiâ laborat, ſecùs, graue eſſet.

L. IV.

Auditor detractoris peccare poteſt. 1. Eum inducendo ad detrahendum. 2. Solum audiendo cum delectatione. 3. Non corripiendo, quamuis audire non juuet. Primum eſt contra charitatem & juſtitiam, ſed ille cujus interrogatio eſt cauſa detractionis alterius non peccat contra juſtitiam, ſi eum interrogando ſine cauſa, non præuiderit illius detractionem, alterum eſt contra charitatem dumtaxat, æque ac tertium niſi credas te nihil profuturum, aut malum aliquod metuas vel ſis longè inferioris ſtatus.

L. V.

Calumnia eſt imponere falſum crimen alicui: contumelia eſt illi coram exprobrare peccatum vel defectum, lædendo ſic eius honorem: deriſio eſt proximum

verbis aut factis offendere vt pudore ſuffundatur: ſuſurratio eſt manifeſtare defectus alterius ad ſeminandas inter amicos diſcordias: ſuſpicio eſt ob leues conjecturas de aliquo male opinari cum formidine deceptionis: judicium temerarium eſt de malo alterius firmiter judicare ob leuia indicia, cæterum ita cognoſces an ei conſenſeris necnè, ſi enim reſpondiſſes te rem credere, conſenſiſti, ſecus, minimè.

L. VI.

Teneris ad reſtitutionem famæ vel honoris cum prædictis peccatis juſtitiam violaſti ſiue illa committendo, ſiue illis cooperando niſi homines qui te detrahentem audierunt, rei prorſus obliti fuerint. Si noueras aut dubitaueras auditores alijs detractionem relaturos, teneris reſtituere coram omnibus quibus iſti retulerunt; non autem ſi putaueras homines eſſe taciturnos.

Calumniator etiam cum juramento ſe retractare tenetur æquè atque ille qui manifeſtauit occultum alterius peccatum; alij tamen ſatis eſſe dicunt vt iſte imprudentiæ ſe accuſet, laudetque illum quem detractione læſit, à ſuperiore contumeliâ vel deriſione offenſo petenda eſt venia, æquali verò ſatis erit, vt læſo det honorariorem locum, vel eum ad menſam inuitet: ac plærumque inferiori ſatisfiet cum ſalutando & humaniſſimis beneuolentiæ ſignis demulcendo.

L. VII.

Iuriſdictio eſt judici neceſſaria vt validè judicet, idque poteſt ſi fuerit titulus coloratus cum errore publico ſine vllo tamen juris diuini, aut naturalis impedimento. Iudices laici non poſſunt Clericos etiam conſentientes judicare, niſi Eccleſia tradiderit eos brachio ſæculari. Clericus duo habet priuilegia, primum quod vocant declinatorium, ſcilicet vt non poſſit à laïcis judicari; alterum dicitur canonis, quo iniicietes manus violentas in eos ipſo facto excommunicantur; Clericus habens ſolùm Tonſuram, & 4. Minores ſi non deferat habitum Clericalem & Tonſuram non poteſt gaudere priuilegio fori, poteſt tamen ſi habeat Beneficium vel Ordinem ſacrum, quamuis non deferat habitum Clericalem.

L. VIII.

Iudex condemnare poteſt innocentem probatum ex falſis teſtibus & actis in judicio reum, poſtquam licita omnia tentauerit vt ejus innocentiam manifeſtet, quia cum ſit perſona publica, tenetur pronunciare ſecundum allegata & probata; verùm alij Doctores cenſent eum non poſſe innocentem condemnare grauis pœnæ, ſed leuis aut bonorum jacturæ. Scientia eſt neceſſaria judici, qui eâ carens tenetur reſtituere damna per inſcitiã ſuam illata, vnde Cõfeſſarius nõ poteſt illũ abſoluere in tali ſtatu niſi dimittat munus, aut conari velit idoneus fieri, & interim judica-

re abſtineat donec ſcientiam neceſſariam adeptus ſit.

L. IX.

Aliæ ſunt pœnæ certæ quæ à legibus ſtatuuntur, & aliæ arbitrariæ quas Iudex ad libitum ſeruatâ tamen æquitate imponere poteſt. Aliæ pœnæ infliguntur pro bono publico ad malorum terrorem & populi cui crimen ſcandalo fuit ſatisfactionem: aliæ verò imponuntur ad reparationem damni à priuatis accepti.

Rex poteſt cum iuſtâ causâ & ſine partis læſæ damnô remittere pœnas certas, quia ſupremâ poteſtate gaudens in legibus hominum diſpenſare valet, inferior verò Iudex non poteſt, neque reo condonare ſatisfactionem parti læſæ debitam.

L X.

Iudex non poteſt commutare pœnam quam reus meruit, in mulctam pecuniariam, licet offenſæ parti ſatisfactum ſit, quia ſinens impunita crimina, faceret injuriam Reipublicæ.

Magiſtratus accipientes à reo pecuniam pro ſuorum iurium compenſatione, licet is offenſæ parti ſatisfecerit, grauiter peccant & tenentur ad reſtitutionem ſi acceperint vt ſileant nihilque moliantur in reum, non autem ſi acceperint ob latam ſententiam vel alium actum exercitum quo reus declaratus ſit innocens, quamuis grauiter peccauerint. Idem eſt dicendum de Dominis qui vetant ſuis Iudicibus ac Miniſtris perſecutionem rei, aut illis cum

Digitized by Google

culpâ liberare iubent: ſiquidem reſtituere tenentur licet id ſolùm acceperint quod ex iuſtâ ſuorum Miniſtrorum ſentẽtiâ poſt rei condemnationem accepturi erant, non enim habent ius accipiendi aliquid niſi latâ condemnatione, quæ adhuc vt ſupponimus non eſt lata. Cęterum periculoſiſſimum eſt rogare illos pro reis.

L. XI.

Iudex interrogat iuridicè cum habet ius interrogandi & obligandi ad veritatem aperiendam; habet autem ius illud cum crimen eſt quodammodò publicum, ſiue quia 1. præuentus magnâ eius infamiâ laborat, 2. grauia indicia ſuadent eum eſſe mali auctorem, 3. adeſt ſemiplena probatio contra illum, i. oculatus teſtis aliuſue fide dignus.

Præuentus non tenetur fateri crimen ſuum Iudici non interroganti iuridicè, neque ſi de hoc dubitet, at probabilius eſt illum teneri aperire crimen ſuum Iudici interroganti iuridicè, peccat contra iuſtitiam detegendo crimina teſtium occulta vt eorum contra ſe teſtimonium infirmet, ſi aliâ ratione id facere poſſit; verum ſi deſint alia media, non peccat, quod etiam intelliges de patrono.

L. XII.

Teſtis interrogatus legitimè tenetur aperire veritatem niſi habeat iuſtas eam occultandi cauſas, quæ ſunt præſertim 4. 1. ſi rem nouerit ex Confeſſione ſacramentali. 2. Aut rem ſub ſecreti naturalis ſigil-

lo acceperit vt cum dicta eſt petendi au-
xilii vel conſilii gratia, ſed hoc intelli-
gitur de crimine impleto, nam peccare
non declarando judici crimen nondum
impletum, quod impediretur ſi ad judici
notitiam perueniret. 3. Cum ſibi aut ſui
graue damnum inferret; niſi de bono pu-
blico ageretur. 4. Cum laturus eſt teſti-
monium in eum qui rem alterius accepit
titulo juſtæ compenſationis occultæ. Quid
autem ſi jurauerit dicere verum, reſpon-
detur 1. teneri verum occultare ſi ſolùm
illud nouerit ex Confeſſione ſacramenta-
li; 2. in tribus alijs caſibus diſtinguendum
eſt, nam ſi reſtrictione mentali non ſit vſus,
tenetur declarare veritatem, ſi verò vſus
fuerit, vt poterat, dicendo apud ſe, juro
me dicturum veritatem quatenus ad id
obligor, non peccat eam judici occultan-
do, cum aperire non teneretur.

L. XIII.

Qui non fuit citatus à judice ad feren-
dum teſtimonium, obligatur ad hoc ex ſo-
lâ charitate: ſed citatus ſecundum aliquos
ex juſtitiâ, ſecundum alios ex obedientiâ
tenetur. Ille qui non fuit citatus, non te-
netur ferre teſtimonium quod vni quidem
vtiliſſimum erit, ſed alteri mortem afferet,
niſi agatur de innocente falſis teſtibus op-
preſſo, nam plures affirmant ipſum te-
neri ad ferendum teſtimonium in fauorem
illius.

Eum qui ſe occultauit nè citaretur, ali-
qui ad reparationem damni quod inde

Digitized by Google

fluxit, obligant, alii non. Qui verò citatus iuridicè, noluit teſtari, peccauit non ſolùm contra charitatem, ſed etiam tenetur reſtituere, vt communior ſententia docet, alii tamen eum à reſtituendi onere liberant.

L. XIV.

Falſus teſtis damna quorum cauſa fuit reparare tenetur, niſi eum ignorantia, obliuio aut ſimilis circunſtantia excuſent, ſed ſi peccauerit in eo dumtaxat venialiter, iuxta dicta vbi de reſtitutione in genere l.4. reſpondebis. Tenetur etiam cum periculo vitæ ſe retractare, ſi hoc profuturum ſit innocenti propter ipſius falſum teſtimonium morte aut mutilatione damnando. Qui alium induxit ad ferendum falſum teſtimonium, curare debet vt ſe retractet, aut ſi hoc fieri nequeat, rem iudici etiam cum vitæ periculo declarare tenetur cum agitur de vita innocentis, ſi autem declaratio illa non proſit, damna omnia reparare tenetur. Vide reſtitutionem propter homicidium.

Si conſtet falſum teſtimonium non fuiſſe efficax, iuxta dicta vbi de reſtitutione in genere l. 25. reſpondebis. Qui ad verum teſtimonium ferendum pecuniam accepit, eamque non iniuſtè, ſed ſolùm contra charitatem exegit, non tenetur eam reſtituere, ſecùs autem ſi exegerit iniquè, qui exegit pecuniam ad ferendum teſtimonium falſum, debet eam reſtituere ante crimen impletum, ſed non poſt.

L l 5

Digitized by Google

L. XV.

Aduocatus cauſam iniquam defende[r]
vel non admonens clientem cuius cau[ſæ]
iniuſtitiam nouit, peccat & reſtituere t[e]
netur non modò clienti bona fide agen[ti]
ſed etiam aduerſario qui damnum in[de]
paſſus eſt. Idem eſto iudicium ſi conſul[at]
clienti compoſitionem quæ tantum licit[a]
eſt in caſu dubii iuris, alioqui nullum ha-
bens ius, acciperet aliquid non debitu[m]
ex ea. Si homines à quibus procurato[r]
gratis expeditionem actorum forenſium
accepit, liberaliter ipſi iura ſua vel De[i]
aut clientis gratia donauerint, non po[-]
teſt illius expeditionis pretium exigere [à]
cliente, ſecus, ſi ſolius Procuratoris in[-]
tuitu.

Notarii tenentur 1. fideliter ſcribere in
ſuis inſtrumentis quidquid partes volue-
rint. 2. Conficere inſtrumenta quæ requi-
runtur ab ipſis. 3. Non occultare inſtru-
menta vel eorum tranſumpta negare pe-
tentibus, 4. Acta referre in regiſtra nec
originalia partibus relinquere. 5. Legata
præſertim pia manifeſtare.

TRACTATVS XX.

De Beneficijs.

L. I.

BENEFICIVM eſt jus perpetuum Eccleſiaſticâ auctoritate inſtitutum percipiendi reditus ex bonis Eccleſiæ propter aliquod ſpirituale officium. Quamobrem vicariæ temporales, penſiones Capellaniæ ab Epiſcopo non approbatæ non ſunt Beneficia.

L. II.

Qualitates in ſuſcipiente Beneficium requiſitæ ſunt, 1 vt ille non ſit irregularis, 2. nec vlla Eccleſiaſtica cenſura ligatus, & in hoc duplici caſu irrita eſt collatio. 3. Neque intruſus, nam qui ſine titulo Canonico in poſſeſſionem Beneficij venit, aut retinet illud, ſciens titulum ſuum eſſe nullum, is eſt inhabilis ad hoc Beneficium, ſed non ad aliud. 4. Nec filius etiam legitimus ejus qui antea Beneficiũ poſſidebat, idque ſiue immediatè ſiue mediatè, quamobrem nepos validè obtinere nõ poteſt Beneficium aui, ſed tamen quidam Auctores dicunt, poſſe modo pater ipſius viuat, ſecùs autem, ſi obierit. Cæterum pater accipere poteſt Beneficium filij.

5. Qualitas ſuſpicientis Beneficium ætas, nempe 1. 25. annorum inchoa rum pro dignitatibus curam animar habentibus & 22. completorum, pro a eam non habentibus. 2. Pro Canonica bus & Præbendis Eccleſiarum Cathed lium, ætas Ordinis ſacri eis annexi ju Synodum Tridentinam; ſed juxta 17. gulam Cancellariæ ante dictam Synod inſtitutam, ætas 14. annorum pro Catl drali Canonicatu, & 10. pro Collegia quod in Gallia ſeruatur: & pro Colleg li Præbendâ ætas ordinis ei annexi ſec dum Capituli vel fundationis inſtitu 3. Pro Beneficijs ſimplicibus ætas 14. a norum juxta eandem Synodum & 7. a norum iuxta Canoniſtas.

Collatio facta ei qui non habet ætat legitimam, eſt irrita, iſque tenetur dim tere Beneficium, niſi diſpenſetur à Pa & reſtituere fructus perceptos: ſi tam bona fide prouiſus fuerit, Dico 1. cum c in mala fide vt nouit illum ætatis de ctum, ideoque teneri dimittere Ben ciū & reſtituere fructus ſi quos habeat, ſi conſumpſerit, id in quo factus eſt diti 2. Si bonâ fide poſſederit Beneficium tres annos, poſſe illud retinere tanqu poſſeſſorem triennalem, ſed teneri re tuere fructus illius triennii. 4. Pro Bene cio curato ætas 25. annorum incohatoru Solus autem Papa diſpenſare valet in a tis defectu.

L. IV.

6. Qualitas eſt habere Tonſuram quæ ſufficit ad Beneficium curatum ſi habeas legitimam ætatem: ſed fieri debes Sacerdos intra annum ſub pœna priuationis ipſo facto, niſi cauſa iuſta obſit, puta ſi ægrotaſſes, vel Epiſcopus abfuiſſet, aut conferre Ordines noluiſſet, imò iuxta quemdam Auctorem ſi incidiſſes in irregularitatem à qua tam citò non potuiſſes abſolui, ſed præter hos caſus teneris parœciam dimittere ante ſententiam condemnationis, quippe qui eam ſolùm poſſederis ſub conditione ſuſcipiendi Sacerdotium intra annum. Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare ad 7. annos, in fauorem ſtudii & modò Subdiaconus fias intra annum.

L. V.

Capellania cuius fundatio exigit vt certus Miſſarum numerus celebretur, conferri poteſt habẽti primam Tonſuram qui eas celebrari cúret: ſi verò dixerit fundatio, conferatur Capellano actu Sacerdoti vel tantùm Sacerdoti, nulla eſt collatio ſi prouiſus non fuerit Sacerdos: at ſi fundatio ſolùm dixerit, conferatur Preſbytero, diſtinguendum eſt, vel enim fundator eſt Clericus, & tunc ſufficit prouiſum fieri Sacerdotem intra annum, vel eſt laïcus, tuncque neceſſarium eſt illum eſſe actu Sacerdotem; poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare cum Patroni conſenſu, cum qui eſt fundatoris conſanguineus, vel probis moribus inſignis.

L. VI.

7. Qualitas eſt ſcientia. Si prouiſus l
gere & ſcribere neſciat, collatio eſt null
ſi ſciat, ignoret verò illa quæ Beneficiu
exigit, illicita. Qui vt paræciam vel Pr
bendam Theologalem obtineat, gradu
in Academia ſine ſufficienti doctrina ſuſc
pit, grauiter peccat, æquè atque Academ
ipſum gradu inſi gniẽs; ſed ſi de ſua inſci
dubitans liberum ſuæ doctrinæ iudiciu
Academiæ relinquat, & nolit inſign
gradu ſi eo æſtimetur indignus, nõ pecc
Si prouiſus ſcientia neceſſaria carens, p
ſit fieri capax & aliundè vir probus fu
rit, vel debet Beneficium dimittere, v
coadiutorem petere ab Epiſcopo, at
fuerit noxius, tenetur omninò Bene
cium dimittere.

L. VII.

8. Eſt rectæ intentio quæ 1. ſit omn
inordinatæ cupiditatis expers; inordin
ta verò cupiditas eſſe tripliciter poteſt,
ex parte cupiẽtis, cum ſe nouit indignu
ſed ſi bona ſide putet ſe dignum, ægrè
peccato præſumptionis excuſabitur de
derans Beneficium habens curam anim
rum, ſed non peccat deſiderans Bene
cium ſimplex. 2. Ex parte mediorum,
ſi ad obtinendum Beneficium, velis vti
monia, fraude, &c. 3. ex parte finis cuius g
tia deſideras Beneficium, v.g. vt comeſ
tiones agas. Qui præcipuè Benefici
cupit vt diues fiat, opipare epuletur,
aliis gradu antecellat, mortifere pecc

non verò ſi præcipuè Dei & Eccleſiæ obſequium, illa ſecundariò intueatur. Cæterum qui vellet fieri Clericus modò pinguè Beneficium habeat, cenſetur præcipuè diuitias intueri.

L. VIII.

Recta iſta intentio. poſita eſt in eo quod non accipias Beneficium animo illud reſignandi ſub onere penſionis, vel illud conſanguineo tradendi, aut permutandi, vel ſeruandi donec pinguius obtinueris, hoc enim ex ſe & vt plurimum eſt peccatum.

L. IX.

Recta intentio accipientis Beneficium curatum, eſt verus ſuſcipiendi Sacerdotii animus intra annum; ſi eo careat, prætterquam quod mortaliter peccat, reſtituere tenetur fructus perceptos etiam ante condemnationem, modò non mutauerit voluntatem ante finem anni, ſed ſi eam mutauerit non tamen executus fuerit, tenetur ad prædictam reſtitutionem. Qui Beneficium curatum accepit animo ſuſcipiédi Sacerdotii intra annum & mutans conſilium poſt ſex méſes, non eſt factus Sacerdos per 3. annos à miſſione in poſſeſſioné, tenetur reſtituere fructus ſex poſteriorum menſium primi anni & trium annorum ſequentium, nam Beneficium ipſo facto vacauit à 1. anno, quod intra illum non factus fuerit Sacerdos. Qui parœciam accepit dubitans Sacerdotium ſuſciperet necnè intra annum & illud reipſa non

ſuſcepit, debet omnes fructus reſtitue
idẽ probabilius dices de accipiente Ben
cium curatum ea conditione ſi eius prii
genitus non obierit, cum non muta
voluntatem, neque Sacerdos factus e
quia primogenitus obiit.

L. x.

Recta intentio accipientis Beneficii quod habet Ordinem ſacrum annexum, eo poſita eſt vt dictum ordinem ſuſcipe tempore præſcripto velit; ſecus enim pe caret mortaliter, ſed fructus perceptos r ſtituere non teneretur.

Quærentibus an mortaliter peccet accipiens Beneficium nullum ſacrum ordin annexum habens ſine animo ſuſcipiend ordines, reſpondebis affirmatiuè, ſi quæratur de Beneficio in choro, ſed negatiuè, de alio; & quærentibus idem de accipiente Beneficium ſimplex non habens ordinem ſacrum annexum ſine animo perſeuerandi in clero, reſpondebis probabile eſſe illum non peccaturum ſi velit in clero perſeuerare modo nõ habeat grauem cauſam deſerendi hunc ſtatum, qualis foret mors primogeniti & hæreditas familiæ capeſſenda: ſed ſi eo tantùm animo Beneficium capiat, vt ſtudia cum ejus reditibus abſoluere ac deinde vxorem ducere poſſit, mortiferè peccaturum, tenerique Beneficium dimittere aut mutare conſilium.

L. x I

Formâ dignum vocant inſtitutionem quã Diœceſanus Epiſcopus tribuit ei qui Be-

neficium in Curiâ Romanâ obtinuit. Illa eſt abſolutè neceſſaria, quam ſi Diœceſanus Epiſcopus injuſtè denegauerit, ad Metropolitam confugere licet, at eo juſtè denegante, confugiens mortaliter peccat.

L. XII.

Ab Ordinario inſtitutionem denegante ad ſolum Metropolitam & ab iſto ad Primatem confugere licet, nam conſuetudo contraria eſt mera deprauatio quæ politiam Eccleſiæ à Ieſu Chiſto inſtitutam euertit.

L. XIII.

Incompatibilitas Beneficiorum eſt cum aliquis non poteſt retinere duo vel plura Beneficia quorum eſt pacificus poſſeſſor. Duplex eſt nimirum primi aut ſecundi generis. Beneficia incompatibilia primi generis ſunt, 1. duæ Parœciæ, 2. duæ dignitates vel officia, Parœcia & dignitas vel officium, dignitas & officium. 3. Duo Beneficia vniformia in eadem Eccleſiâ ſecundi verò generis ſunt, 1. Duo Canonicatus vel Præbendæ in diuerſis Capitulis. 2. Vnum iſtorum & aliud primi generis. Hæ duæ incompatibilitates reum peccati mortalis efficiunt, ac præterea, vi Prioris Beneficium vacat ipſo facto, poſterior autem dat ſuperiori ius vt ſententiâ ſuâ hominem ad alterutrùm Beneficium dimittendum aſtringere poſſit.

L. XIV.

Eſt etiam incōpatibilitas juridica quā iure

Canonicum punit de quâ locuti ſumu
Theologica quam jus non punit, ſed
cati rea eſt, vt ſi habeas duo Beneficia
plicia, vel vnum iſtorum & Parœciam
dignitatem aut officium, modò tan
prius adeptum honeſtæ Clerici ſuſt
tationi ſufficiat.

L. XVI.

Pluralitas Beneficiorum eſt peccati
graue, cum juri naturali, Diuino & C
nonico repugnet.

L. XVII.

Papa ſolus diſpenſare poteſt circa pl
ralitatem Beneficiorum, 1. propter n
ceſſitatem, 2. vel vtilitatem Eccleſiæ, ac
euidentem meritorum prærogatiuam, v
nobilitatem, eminentiam, inſignem Do
ctrinam aut virtutem perſonæ, modò ill
dotes in bonum Eccleſiæ vergant. Non li
cet abſoluere diſpenſatum ſine juſta cau
ſa quod eius diſpenſatio irrita ſit.

L. XVIII.

Collatores Beneficiorum tenētur vi muneris ſuĩ noſſe illum cui volunt conferre Beneficium, eo eſſe dignum, talis verò non eſt eruditior aut ſanctior, ſed Beneficio hujus conditionis aut loci omnibus expenſis aptior. Tenentur quoque ſub peccato mortali ad conferenda Beneficia curam animarum habentia dignioribus; idem eſt dicendum de laïçis qui habent ius præſentandi ad illa Beneficia, jubente fundatione vt promouendus eligatur ex aliquo cœtu, ſatis erit eligi aptiſſimum talis cœtus.

L. XIX.

Collatores tam Clerici quam laïci Beneficiorum inſignium, ſed non habentium curam animarum, tenentur ſub peccato mortali ea conferre dignioribus. Collatores Canonicatuum, Prębendarum & Beneficiorum ſimplicium peccãt etiam mortaliter, ſi ſæpius dignos eligant omiſſis dignioribus: quamuis probabilius ſit eos ſemper peccare mortaliter. Quod ad collatores laïcos ſpectat, ita diſtinguendum eſt, vel Beneficia ſunt Eccleſiæ neceſſaria, tuncque peccant mortaliter non eligendo digniores, vel non neceſſaria, tuncque ſatis eſt dignos éligi: quod etiam de Capellanis intelliges.

L. XX.

Permutans cum indigno Beneficium peccat. Quamuis ſoli collatores teneantur ex officio eligere digniores, probabilius eſt reſignantes in fauorem, ex charitate ad idem obligari, maximè ſi agatur de Parœcia vel alio Beneficio grauis momenti.

L. XXI

Conferentes Beneficium indigno tenentur Eccleſiæ reſtituere temporalia damna quæ ideò paſſa eſt, non tamen ad reſtitutionem peccuniariam obligantur propter ſpiritualia damna quippè quæ pretio æſtimari nequeant: idem dices de pręſentante, de Epiſcopo inſtituente, de reſignãte; ſed non tenentur reſtituere dignis, aut etiam dignioribus ſi contulerint Bene-

ficium minùs dignis, quia tantùm læſerunt juſtitiam diſtributiuam, hoc tamen intelliges modò Beneficium non fuerit datum in concurſu, quia cum dignior habeat tunc proxmium jus ad Beneficium, læſa eſt reſpectu ipſius commutatiua iuſtitia quæ ad reſtitutionem obligat. Quæ de collatoribus dicta ſunt, intelliges etiam de illis qui prenſationibus dari Beneficia indignis vel minùs dignis procurant.

L. XXII.

Omnes Beneficiarii tenentur 1. recitare Breuiarium, 2. deferre Tonſuram congruam iuxta ſuæ regionis ſtatuta, & 3. habere pilos attonſos non modò capitis, ſed etiam ſuperioris labii ſi fuerint Sacerdotes.

Nō deferētes coronā & inſigniter cappillati mortifere peccāt, quod tamē de Beneficiariis aut Subdiaconis, ſolum intelliges.

L. XXIII.

Tenentur 4. non deferre veſtes indecoras, quales ſunt, 1. rubeæ aut virides. 2. ſegmentatæ limbis viuidi ſplendidique coloris, aut veſtes materiæ diſcoloris. 3. Calcaria deaurata & annulus niſi hoc eis competat ex officio dignitatis. 4. Sericæ veſtes aut ſerico texto munitæ, vel vlla ratione inciſæ.

L. XXIV.

Talaris veſtis Beneficiariorum eſt ea, quam Clerici Deum timentes vniuſcuiuſque regionis deferunt, in Gallia eſt tunica pedis talū attingens, vel minùs ali-

quantò, & ſupra pallium vel palliolum. Toga ſine tunica non ſufficit, neque contractior tunica quæ in itinere toleratur modò ſaltem tibiæ medietatem attingat.

L. XXV.

Clericus Beneficiarius vel in ſacris ordinibus conſtitutus non deferens talarem veſtem, peccat mortaliter. Exiguus Beneficij reditus non ilium eâ lege ſoluit, nam in hoc ſumptui parcit quiâ ſub ejuſmodi veſte alias viliores deferre poteſt. Cũ juſtâ cauſâ dimittens habitum Clericalem non peccat, ſed exiguo tempore ſine cauſâ dimittens peccat ſolùm venialiter.

L. XXVI.

Opponunt 1. Tridentinum Concilium quod adeò rigide hoc jubet, non eſſe receptum in Galliâ, ſed reſpondetur quod ad fidem & bonos mores ipſamque rem de quâ loquimur ſpectat eſſe receptum, nam Senatus Toloſanus Officiali præcepit, Senatuſconſulto vt Clementinam à Tridentino citatam promulgaret.

Opponunt, 2. conſuetudinem, ſed dicimus 1. Epiſcopos identidem juſſiſſe Clericos deferre talarem veſtem, 2. timoratos Clericos eam ſemper detuliſſe quod malæ conſuetudini obfuit; vt omittamus eam iuri naturæ & ſenſui communi repugnare.

L. XXVII.

Parochi reſidere ſemper iure Diuino & Canonico tenentur ſub pœna peccati mortalis, nec etiam per duos menſes abeſſe poſſunt ſingulis annis ſine cauſâ legiti-

mâ non reſidentes priuantur ipſo Beneficii fructibus pro rata tempori ſentiæ, quos ante condemnationem tuere debent. L. XXVIII.

Parochi reſidentia in duobus conſi vt habitet in ſuâ Parœcia, 1. in domo P byterali ſi vlla fuerit vel alia prope Ec ſiam, nam ſi habitaret in vicina Parœ vel ſi oppidi Parochus in pago aut v Parœciæ degeret, non cenſeretur reſid 2. Vt per ſe ipſum Curionis munus qu tum moraliter poterit; exerceat, nam lud in Vicariis omninò reponens, mor liter peccat. L. XXIX.

Parochus volens abeſſe à Parœcia ten tur ad duo, 1. accipere in ſcriptis licentia ab Epiſcopo, quod tamen haud neceſſ rium eſt cum non poteſt ſine graui incon modo Epiſcopum adire, ſed ſi abfuturu ſit per aliquod tempus, debet Epiſcopur de cauſa perfectionis ſuæ monere. Si ab fuerit cũ iuſta cauſa ſine tali facultate pec cat, ſed non tenetur ad reſtitutionem; ſi ve rò facultatem ſiue iuſta cauſa obtinuerit, quod v. g. deceperit Epiſcopum, peccat & tenetur reſtituere fructus. Cæterum licen- tia ore conceſſa in foro interiori ſufficit, at ſcripta in foro exteriori neceſſaria eſt. 2. Sa- cerdotem ab Ordinario approbatum ſub- ſtituere debet in locum ſuum.

L. XXX.

Duæ cauſæ diſpenſant Curionem à re- ſidentia iure communi. 1. Studium Theo- logiæ per quinquennium, Epiſcopus etiam

Digitized by Google

poteſt illum diſpenſare ad 7. annos pro omni genere ſtudii ei proprio. 2. Si publicè doceat Theologiam vel ius Canonicum, & fuerit ad docendum illas ſcientias maximè neceſſarius. Sed ab Epiſcopo diſpenſari poteſt ob 4. iſtas cauſas. 1. Charitatem. 2. Vrgentē neceſſitatem, vt ſi ægrotans curari non poſſet in Parœcia, ſed ſi perpetuo & inſanabili morbo laboret, non habet iuſtam abſentiæ cauſam. Idem dices de grauiſſima inimicitia quæ Parocho citra ipſius culpam intercedat cum loci Domino, tunc enim diſpenſari poteſt ad vnum vel alterum annum, vt pacem interim concilient, ſi tamen intra illud tempus pax fieri nequeat, Curio Beneficium permutare debet. Cæterum ſi bonus Paſtor fuerit, morbo Parœciam vrgente, potius animam dare pro ouibus quam abeſſe decernet. 3. Quam Papæ vel Epiſcopo ſuo debet obedientiam, ſi nimirum ei alio ſe conferre præcipiant; obſerua tamen Epiſcopum non poſſe illum diſpenſare vt Eccleſię Cathedrali ſeruiat, vel ipſius domeſticus ſit, poſſe verò vt eius opera in Diœceſis viſitatione vtatur, ad duos tantùm menſes. 4. Perſpicuam Eccleſiæ vel Reipublicæ vtilitatem.

L. XXXI.

Beneficiarii Capitulorum tenentur ad reſidentiam ſub pœna peccati mortiferi, 2. amiſſionis fructuum, 3. ipſiuſque Beneficii tertio non reſidentiæ anno. Veruntamen Epiſcopus eos diſpenſare valet ob

Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, & Conc
Tridentiuum eiſdem quolibet anno
mittit abſentiam trium menſium ſiue
tinuorum ſiue interruptorum, non v

L. XXXII.

Superfluos Beneficiorum fructus ap
lant, quidquid honeſtæ ac moderatæ
ſtentationi Beneficiariorum ſupereſt,
ſæ ſunt ſententiæ Doctorum quærent
de dominio illorum fructuum, alii enin
Beneficiarium pertinere negant, alii a
mãt: ſed omnes conſentiunt eum grau
peccare ſi expendat in malos vel prop
nos vſus; valde tamen probabile eſt ſu
mã quæ foret materia grauis in furto,
eſſe talem in hac materia; quamobrem
ex circunſtantiis iudicandum. Cle
poſſunt in vſus prophanos erogare, v.
dare conſanguineis, & ſtipendia Miſſaru
exequiarum, concionum & Beneficia
quidquid ſibi ex honeſta ſuſtentatio
parce viuendo ſubtrahunt.

L. XXXIII.

Clericus poteſt verè egenis conſangu
neis errogare ſuperfluos Beneficii red
tus quantum opus eſt vt ſe in fortuna &
conditione ſua ſuſtentent; eiſdem rediti
bus liberos legitimos aut ſpurios alere;
non verò fratrem, nepotem vel alium con-
ſangnineum ad ſtudia promouere, niſi 1. id
eorum ſaluti profuturum ſit, aut probabi-
liter iudicet eos ſi Clerici fiant Eccleſiæ
vtiliſſimos fore. 2. Et Pater eos alere non
poſſit, 3. propter eaque reficiendis Bene-
fic. i

ficij templis, ſubleuandæ pauperum loci inopiæ, emendis libris ſibi neceſſariis non deſit. L. XXXIV.

Ad præfiniendam ſummam honeſtæ Beneficiariorū ſuſtentationi neceſſariam habēda eſt ratio perſonæ, loci & aliarū circūſtantiarum: ſed probabilius eſt nobilē Beneficiarium non ideò conſtituere ſibi poſſe maiorē ſummā; Auctoreſque contrariæ opinionis dicūt tutâ eum cōſcientiâ non poſſe lautum victum & elegantē adeò magnificè olere Beneficii ſumptibus, vt potuiſſet iuxta ſplendorē nataliū ſi laicus fuiſſet.

Potes diſſoluere Beneficii reditibus æs alienum poſt illius adeptionem, contractum ob tuam ſuſtentationem, vel piam cauſam, non tamen ob vſus prophanos, vel ſi contraxeris ante obtentum Beneficium: ſed ſi non habeas patrimonium, teneris diſſoluere fructibus Beneficii quos ſuſtentationi honeſtæ ſubtraxeris, videlicet parcendo ſumptibus, nec tamen pauperes defraudando. L. XXXV.

Beneficiarius iure frugaliter victitandi reditibus Eccleſiæ, poteſt aliquid ſeruare in caſus futuros, & Chriſtianæ hoſpitalitatis expenſas, modò abſit exceſſus. Sed rarò poteſt notabilem fructuum quantitatem ſeponere, vt noſocomium v. g. opibus annuis fundet, quòd plura inde pericula immineāt. Poteſt etiam ijſdem reditibus compenſare obſequia, vel dona ſibi exhibita, quamuis id faciat cum aliquo exceſſu, nam liberalitas eum maximè decet, non tamen poteſt rem datam in vſus propha-

nos expendere, cum illa rei Eccleſia in compenſationem Beneficii traditæ ceſſerit. Poteſt etiam illis domum l lem extruere, nulla ſit Presbyteralis, Eccleſiæ reditibus extructam, operi aſſignate vel eidem Eccleſiæ relinq debet, nam licitè reditus ſuos poſt c tum ſoli Eccleſiæ dare poteſt.

TRACTATVS XXI.

De ſimonia & confidentia.

L. I.

SIMONIA eſt voluntas ſtudioſ vendedi aut emendi pretio rem ſacram & ſpiritualem, vel ei annexam. Triplex genus pretii, aut rerum temporalium dari per ſimoniam poteſt, nimirum 1. munus à manu v. g. pecunia, equus, &c. 2. A lingua, v. g. dare pecuniam amico collatoris, vt eum ad Beneficii collationem inducat. 3. Ab obſequio, vt ſeruire collatori cum præcipua intentione obtinendi Beneficium in mercedem.

Res aliqua tribus modis ſacra & ſpiritualis eſſe poteſt 1. naturâ ſuâ, vt gratia & virtutes infuſæ. 2. quia eſt cauſa ſanctificationis vel effectiua, vt Sacramenta, vel excitans, vt res ſacramentales v. g. con-

cio, &c. 3. Quia eſt vſus vel effectus potentiæ ſpiritualis & ſacræ, vt excommunicatio, abſolutio, benedictiones & conſecrationes, &c.

Res poteſt eſſe rei ſacræ ſpirituali annexa 1. quia ſacris functionibus deſtinatur, vt Calices, aut ius Patronatus. 2. Quia inſtituta eſt ad Officia diuina & alia munia Eccleſiaſtica, vt ſunt Beneficia.

L. I I.

Simonia vel eſt mentalis, cum res temporalis datur alteri cum interno & occulto propoſito eum obligandi ad aliquid ſpirituale reddendum: vel conuentionalis, quæ eſt pactum expreſſum aut tacitum dandi vel accipiendi rem temporalem pro ſpirituali nondum vel ex altera ſolùm parte completum; vel realis, quæ ex vtraque parte completa eſt.

L. I I I.

Diuiditur quoque in ſimoniam contra ius diuinum, quæ committitur dando rem temporalem pro ſpirituali, vel naturâ ſuâ, vt Sacramentis, vel Eccleſiæ inſtitutione, vt ſacris vaſibus. Et ſimoniam contra ius Eccleſiaſticum, quæ in certis rebus committitur, in quibus licet res temporalis pro ſpirituali non detur, ſit tamen aliquid affine, quod ideo Religionis intuitu ab Eccleſia prohibetur; vt vendere Officium Syndici, permutare Beneficium ſine Præſulis aſſenſu, vel illud ea lege reſignare vt reſignatarius ſuum alteri det, reſignare cum onere penſionis citra

Papæ auctoritatem, accipere pecuni occaſione examinis pro Beneficiis, exig re pecuniam pro reliquiarum oſtenſion vel pro ſepulturis.

L. IV.

Simoniacum eſt, dare vel accipere pe cuniam aliudvè pro Sacramentorum ad miniſtratione, quatenùs eſt actio ſpiritua lis, non autem, dare vel accipere titul eleemoſynæ ac ſuſtentationis miniſtri, v etiam pro labore actionis extrinſeco v. g pro faciendo ſacro tali hora, vel in tali lo- co. Probabilius eſt eum nõ peccaturum qui Sacramento egens daret pecuniam Sacer- doti, ſecùs cum intentione ſimoniacâ no- lenti adminiſtrare illud.

Res benedictæ aut conſecratæ vendi poſſunt ratione materiæ, modò non plu- ris vendantur propter benedictionem aut conſecrationem.

Simoniacum eſt dare vel accipere pe- cuniam pro ingreſſu Monaſterii, niſi tan- tùm pro ſuſtentatione ingredientis detur vel accipiatur.

L. V.

Dans pecuniam tranſigendo de Bene- ficio ad quod ius quidem habet, ſed tamen de illo inter ipſum & alium eſt contentio, ſimoniacus eſt, niſi ante proteſtatus fue- rit nolle ſe quidpiam agere citra Pontifi- cis voluntatem. Multò probabilius eſt eum qui fecit expenſas perſequendo lite atque Iudicio Beneficium quod iam pa- cificè poſſidet, illas repetere non poſſe à ſuo reſignatario.

Potes quidem paciſci cum reſignatario de penſione, ſed non abſque ſimonia, de illius extinctione; illâ tamen à Pontifice impoſitâ, paciſci poteris ſummam qua penſio extinguetur ſub Sanctitatis ſuæ beneplacito. Licet autem pactam pecuniam deponere apud communem amicum, donec ſignatura extinctionis Roma venerit, modo nolis penſionem extingui depoſito, ſed tantùm poſt approbationem Papæ.

L. VI.

Quamuis ſimoniacum non ſit, fundare Capellaniam, & à Præſule comprobatam ſuo v. g. filio conferre qui eam deinde permutat cum Beneficio, id tamen 1. redolet auaritiam & effrænatam cupiditatem. 2. In hoc peccatur contra legitimam vocationem ad Clericatum & Beneficia, nam ita paſſim Eccleſiæ datur malè vocatus miniſter, cujus perditi mores erunt offenſioni populo: vnde accipit Eccleſia plus detrimenti quàm fructus, ſiquidem magis illa probis & idoneis miniſtris quàm opibus eget.

L. VII.

Simoniaci tria pœnarum genera incurrunt, 1. excommunicationem ipſo facto Papæ reſeruatam, & interdum aliquam aliam cenſuram, 2. vitium tituli Beneficiorum per ſimoniam adeptorum. 3. Obligationem reſtituendi accepta ſimoniacè: ſed eas tantùm incurrunt 1. in materia Beneficiorum, aut Sacramenti Ordinis, vel ingreſſus Monaſterij, & in quibuſdam

habeat in ſpecie, vel id in quo factus eſt ditior.

Ille qui videns amicum velle committere ſimoniam vt ſibi obtineat Beneficium, iniquo conſilio reſiſtit, amicus tamen eam committit, poteſt ſeruare Beneficium ſi bonâ fide putauerit oppoſitionem ſuam impediuiſſe ſimoniam, at ſi contrarium nouerit, vel de hoc probabiliter dubitauerit, tenetur dimmittere Beneficium, imò, ſecundum aliquos, incurrit pœnas tanquam coöperator ſimoniæ.

Qui Beneficium per ſimoniam ignorans obtinuit, re poſt tres annos pacificæ poſſeſſionis cognitâ, illud retinere poteſt tanquam poſſeſſor triennalis, reſtituendo tamen fructus trium annorum priorum, quos habet in ſpecie vel æquiualenter.

L. x.

Collatio Beneficij per ſimoniam acquiſiti eſt nulla in foro exteriori à tempore promiſſæ pecuniæ ſeu conuentionalis ſimoniæ, quod verò ad forum interius ſpectat, allij idem aſſerunt, alij ſolum irritam cenſent à tempore ſimoniæ realis.

Simonia in Beneficio admiſſa non priuat ipſo facto Beneficiis priùs obtentis, niſi conjuncta fuerit confidentiæ, aut eam examinator in Synodo electus admiſerit; ſed inhabilem reddit ad Beneficium per ſimoniam acquiſitum, ſoluſque Papa in eo diſpenſare valet: quod alia Beneficia ſpectat, non conuenit inter Doctores.

Digitized by Google

L. XI.

Præſules aliique ordinum & tonſuræ collatores qui committunt ſimoniam in ea collatione, ipſo facto ſuſpenſionem & alias pœnas incurrunt. Suſcipientes tonſuram vel ordines ſimoniacè, incurrunt ſuſpẽſionem ab exercitio ſuſceptorum ordinum, & ſuſceptione aliorum, quæ Papæ reſeruatur, non tamen ab officio vel Beneficio.

L. XII.

Rei ſimoniæ in materiâ Beneficiorum tenẽtur antè condemnationem reſtituere acceptam pecuniam vel aliud, non ei qui dedit, ſed Eccleſiæ circa quam ſimonia cõmiſſa eſt, vel pauperibus, ſi ea conſuetudo fuerit. Simoniaci in ordinis Sacramento, aut Religionis ingreſſu ad idem obligantur poſt condemnationem.

Simoniaci in alijs rebus tenentur ei qui dedit reſtituere accepta pro reliquiis, pro faciendis rebus ad quas ex juſtitia tenebantur, qualis eſt adminiſtratio Sacramentorum reſpectu Parochi, vel accepta ſupra valorem rerum quæ vendi poſſunt ratione materiæ, accepta quoque ſupra taxam vel conſuetudinem pro rebus illis pro quibus pecunia titulo eleemoſynæ aut ſuſtentationis accipi poteſt.

L. XIII.

Confidentia in Beneficijs committi

Digitized by Google

poteſt 4. modis 1. Si accipias Beneficium à reſignante cum animo & ſpe te illud reſignaturum, vel fructus ipſi alijue ab eo nominando conceſſurum. 2. Si conferas Beneficium alteri cum eâdem fiduciâ. 3. Cum alicui ſuffragaris ad Beneficium, eodem animo. 4. Cum patronus, etiam laïcus, ad Beneficium præſentat cum dicta ſpe. Quæ omnia de penſionibus ſuo modo intelligenda ſunt.

Confidentia duas pœnas inducit. 1. Eam de quâ egimus l. 10. videlicet amiſſionem huius Beneficij & aliorum ante adeptorum. 2. Excommunicationem ipſo facto Papæ reſeruatam, quam, juxtà probabiliorē opinionem, ſoli recipientes Beneficia incurrunt, non autem reſignantes vel cooperantes alijue. Vt autem incurratur non eſt neceſſe confidentiam eſſe completam, ſiquidem ea ſtatim incurritur à receptione Beneficij, vel ſolius collationis acceptatione ante captam Beneficii poſſeſſionem, vel reſignationem, aut fructuum traditionem; neceſſarium tamen eſt reſignantem ſperare prædicta, & reſignatarium noſſe illius fiduciam; ſi enim alterutrum deſit, nulla eſt confidentia, nec proinde excommunicatio. Quamuis poſſet eſſe peccatum ob erroneam conſcientiam, ſi putares reſignantem habere hanc ſpem quam tamen non haberet.

Finis prioris Tomi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE Mm 5

Digitized by Google

INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM QUÆ HOC PRIORI TOMO continentur.

LECTOR ADVERTAT priorem numerum indicare paginam, & poſteriorem ejuſdem numerum. Additur interdum &c. Ut intelligat eandem materiam ſequentibus numeris explicari.

A.

Abſolutio.

VTrùm abſoluendi ſint qui præcipu fidei myſteria neſciunt. pag.124.n.
An abſolutio illi neganda ſit qui reſtitu re debet ac poteſt, p. 286. n

Acedia.

Definitio & effectus, p. 135. n

Adoratio.

Quid & quotuplex ſit, 138. n. 1. &

Adulterium.

Ad quid teneatur adulter qui certò n ſuam eſſe prolem, p. 332.

Vter adulterorum reſtituere teneatur, & quomodo adultera reſtituet, p. 333 n.3.
An illa teneatur marito vel ſpurio rem detegere, p. 334. n. 4.
Vtrùm ſi proles in Xenodochio educata fuerit, ambo adulteri teneantur Xenodochio reſtituere, p. 334. n.5.

Aduocatus.

Quo in caſu peccet Aduocatus & teneatur ad reparationem, p.570.n.1.2.3.

Agricola.

Vide Venatio, Cuſtodes, Locatio.

Amicitia.

Confeſſarius & pœnitens Christianam inire debent amicitiam; & quibus conditionibus, p. 34.35. n. 1. 2.
Commoda ſpiritualia quę exinde hauriuntur, p.37.n.1.
Signa huius Amicitiæ, p. 41. n. 1.
Amicitia vitioſa quæ inter pœnitentem & Confeſſarium aliquando irrepit, p. 39. n. 1.
Eius ſigna & remedia, p. 39. n. 2.&c.

Animalia, vide Venatio.

Apoſtaſia.

Definitio, p. 125. n. 1.

Artifices.

Vtrùm Artifices qui res Dominis ſurreptas, pùta ſal, oleum, &c. à famulis in manupretium accipiunt, teneantur ad reſtitutionem, p. 247. n. 6.
An Artif: qui de mercede operis paciſcendo deceptus fuit incrementum exigere poſſit, p. 495. n. 4.

Digitized by Google

Plura vide Locatio.

B.

Beneficium.

DEfinitio, p. 574. n. 1.
Quæ requirantur in ſuſcipiente Beneficia, p. 5. n. 1.
Quænam ætas legitima, p. 57 . n. 1.
Ordo, p. 580. n. 1.
Scientia, p. 584. n. 1.
Intentio, p. 587. 591. 593 & 597. n. 1.
Vt ſit formâ dignus, p. 601. n. 1. &c.
Quis inſtituere poſſit, p. 603. n. 1.
De incompatibilitate Beneficiorum, eiuſque ſpeciebus, p. 605. 607. n. 1. &c.
Vtrùm pluralitas Beneficiorum ſit graue peccatum, & quare, p. 611. n. 1. 2. &c.
Quis poſſit circa ea diſpenſare, p. 613. n. 1.
An collatores Beneficiorum teneantur ea conferre dignioribus, p. 615. n. 1.
Vtrùm teneãtur ad reſtitutionem ſi ea indignis vel minus dignis contulerint, p. 623. n. 1. 618.
Vtrùm permutantes vel reſignantes in fauorem alterius teneantur eligere digniores, p. 620. n. 1. &c.
An peccatum ſit dignum digniori præferre, p. 618. n. 1.

Beneficiarius.

Vtrùm teneatur ad Tonſuram, p. 625. n. 1. &c.
De veſtibus interdictis, p. 627. n. 1.
De veſte talari quam geſtare tenetur, p. 629. n. 1. &c.
Quale peccatum contrahat talem veſtem

non deferendo, p. 631. n. 1. &c.

Quinam Beneficiariorum teneantur ad reſidentiam, p. 636. n. 1.

In quos vſus reditus expendent. p. 649. n. 1. &c.

De honeſta eorundem ſuſtentatione, p. 652. n. 1.

Vtrùm in caſus futuros aliquid reſeruare liceat, p. 655. n. 1.

Vide plura curio, reſidentia.

Blaſphemia.

Quid ſit, & quot modis committi poſſit, p. 150. n. 1. 2.

Quandonam ſit peccatum mortale, p. 151. n. 3.

Bona.

Bona incerta quid ſint, p. 307. n. 1.

Quibus modis eorum dominium acquiratur, p. 305. n. 2.

Bona incerta quæ inuenta ſunt, cui tradenda, p. 311. n. 1.

Vel quæ debentur ex contractu, vel injuſtè acquiſita ſunt, p. 314. n. 1. &c.

Quid faciendum ſi Dominus ejuſmodi bonorum apparuerit poſtquam pauperibus tradita ſunt, p. 312. n. 4. &c.

Bona vacantia & derelicta ad quem pertineant, p. 316. n. 1. 2.

An ea quę vi fluminum aſportantur pro derelictis habenda ſint, p. 317 n. 2.

Vide plura compoſitio.

C.

Calumnia vide Detractio.

Cambium.

Definitio & Diuiſio, p. 481. n. 1. &c.
An tres licita ſit, p. 482. 483. n. 3. 4. &c.

Capellania.

An Sacerdotium neceſſarium ſit, vt Capellania, quæ ex fundatione obligat ad celebrandas Miſſas, validè alicui conferatur, p. 582. n. 1. &c.

Cauponæ, vide Hoſpites.

Cenſus conſtitutus.

Definitio, p. 460. n. 1.
An licitus ſit, p. 461. n. 2.

Ceſſio bonorum.

De ceſſione bonorum; cum ſolutione difficultatum aliquot, p. 294. n. 1. &c.

Charitas.

Definitio, p. 131. n. 1.
Ad quid præceptum Charitatis nos obliget, p. 132. 133. n. 2. & 3.
De vitijs charitati oppoſitis, p. 235. n. 1.

Chorea.

Quod diebus Feſtis illicita ſit, p. 182. n. 3.

Circumſtantia.

Quid ſit circumſtantia peccati, & quo[illegible] plex, p. 72. 73. n. 1. 2.

Columbæ.

Quandonam Columbæ cenſeantur amiſiſſe inſtinctum redeundi ad primum Dominum, p. 318. n. 5.
An peccent qui columbas alteriu[illegible] ad ſuum columbarium attrahunt, p. 31[illegible] n. 6.

Compenſatio.

An licita ſit occulta Compenſatio, & quomodo, p. 302. n. 1. &c. & 304. n. 1.

Compoſitio.

Vtrùm compoſitio à S. Sede obtenta excuſet à reſtitutione, p. 297. n. 1. 2.
An reſtituenda ſint bona, quorum Dominus, factâ compoſitione, appareat, p. 315. n. 3.

Conductio, vide Locatio.

Confeſſarius.

Præſtantia ſui muneris, p. 1. n. 1.
Fructus, p. 3. n. 1.
De paucitate bonorum, p. 4. n. 1.
Quod legitimè vocatis non liceat munus illud abnuere, p. 5. n. 2.
Charitatem paternam erga pœnitentes Confeſſarijs eſſe neceſſariam, p. 11. n. 2.
Fiduciam erga ſe omnibus tribuere debēt, & quo pacto id efficient, p. 22. n. 1. 2.
Adhortari debent pœnitentes vt alium ſibi Confeſſarium eligant, habitâ ratione diſtantiæ loci, &c. p. 29. n. 4.
Interdum etiam monebunt nè alium adeant, p. 29. n. 4.
Nè in tribunali pecuniã accipiãt, p. 28. n. 3.
Vt inſignes Peccatores humiliter excipiant, ijs 6. motiua proponendo, p. 16. n. 2.
De virtutibus & deuotione Confeſſarij, earumque praxi, p. 24. n. 1.
De ſingulari patientia ipſi neceſſaria, p. 14. n. 1.
De eius prudentia, & quomodo præſtanda, p. 46. n. 1. &c.
Quomodo pia illorum exercitia qui ſui juris non ſunt, diſponet, p. 49. n. 1.
De legitima pœnitentiæ impoſitione, p. 49. n. 2.

An poſſit eſſe cauſa alterius damni, & an obligetur ad reſtitutionem, p. 256. n. 1.
Quomodo erga illos quos pudet peccata ſua detegere, p. 19. n. 1.
De ſciẽtia Cõfeſſarij, p. 45. n. 1. *Confeſſio.*
Qui ſine contritione cõfitetur, non ſatisfacit Eccleſiæ confitendo ſemel in annum, p. 111. n. 1. *Confidentia.*
Quotupliciter Confidentia in Beneficiis committi poſſit, p. 683. n. 1.
Quas pœnas inducat, p. ibid. n. 2. *Cõſciẽtia.*
Cõſciẽtia erronea veniale peccatũ mortale reddit, p. 62. n. 1. *Conſuetudo.*
De Conſuetudine legitima & ejus conditionibus, p. 112. n. 1. *Contemptus.*
Cõtẽptus materialis & formalis definitio, p. 63. n. 3. *Contractus.*
Definitio & diuiſio, p. 352. n. 1.
Vtrùm contractus in quo interuenit error, validus ſit, p. 354. n. 1.
Vtrùm cum fraude celebratus validus ſit, p. 356 n. 1. &c.
An per metum celebratus validus ſit, p. 360. n. 1. &c.
Quinam poſſint vel non poſſint contrahere, p. 365. n. 1. &c. 370. n. 1.
Culpa in contractibus duplex, p. 376. n. 1.
Vtrùm peccatum in iſtis culpis reperiatur, p. 376. n. 1.
An obligent ad reſtitutionem, p. 377. n. 2.
Creditores.
Definitio creditorũ Realiũ & Perſonaliũ & vter illorũ præferẽdus ſit, p. 280. n. 1. &c. 283. n. 1. &c. *Curator.*
Definitio. Et vtrũ illius cõſẽſus neceſſarius

ſit in cõtractibus minorũ, p.370.n.1.&c.
An reſarcire teneatur damnũ bonis pupillorum illatum, p. 258.n.4.

Curio.

Officia, p. 192.n. 3.
An teneatur ſingulis diebus feſtis Miſſæ fructum plebi applicare, p. 193.n.3.
De obligatione reſidendi in Parœcia, p. 636. n. 1.2.
De pœnis non reſidentium, p. 637.n.4.5.
De obligatione ejus qui vult à Parœcia abeſſe, p. 640. n. 1.
De cauſis ob quas poſſit diſpẽſari à reſidẽtia, p.642.n.1.&c.

Cuſtodes.

Vtrũ cuſtodes ſaltuũ, &c. teneãtur ad reſtitutionem damni ab illis non impediti, p. 259. n. 2.

Dæmon.

Quod ſit cauſa externa peccati, p.79.n.1.
Quo ſenſu dicatur cauſa peccati, p.79.n.2.
An ſemel ſuperatus, tẽtare deſinat, p.80.n.3
Effectus peccati mortiferi ex parte Dæmonis, p. 87.n.2.

Damnum.

An damnum proximo ſine peccato illatum debeat reparari, p. 202. n.1.
Qua ratione intelligendum ſit damnum caſu & citra culpam illatũ eſſe, p.203.n.2.
An Dominus teneatur reparare damnum à ſuo animali proximo illatũ, p.204.n.1.
Ad quid teneatur qui per veniale peccatũ damnum quoddam intulit, p. 206.n.1.2.
Quotupliciter damno alieno quis cooperari poſſit, p. 233. n. 1.
Quænam ſit cauſa efficax damni, p.233.n.3.
An qui damno alieno cooperati ſunt reſtituere teneantur, p. 235.n.1.
Ad quid teneatur qui mandatum dedit no-

cendi, p. 237. n. 1.
Ad quid teneatur ſi reuocato mandato damnum infertur, p. 237.n.2.
An qui damnum inimico illatum approbat, licet mandatum non dederit, poſſit adſtringi ad reparationem, p. 239.n.4.
Ad quid obligetur qui conſilium dedit lædendi, p. 239. n. 1 &.242.n 1.
Ad quid ille qui in damnum alterius conſenſit, p. 244.n.1.&c.
Ad quid ille qui laudibus, exprobrationibus, &c. iuduxit ad damnum inferendum, p. 245. n. 3.4.
Ad quid ille qui in damno inferendo participat, p. 250. n. 1. &c.
Ad quid ille qui tacet vel non impedit injuriam, p. 254. n. 1.&c.
Ad quid ille qui ex officio tenetur obſtare periculo, p. 256. n.1.&c.
Vel ex contractu, p. 259. n. 1·&c.
Ad quid ille qui impedit nè author damni detegatur, p. 261. n. 1.

Vide plura Reſtitutio.

Damnum Emergens,

Vide Mutuum,

Debitum,

Vide emptio, creditores.

Decalogus.

Definitio, p. 115. n. 1.
Quod omnia Chriſtiani officia complectatur, p. 116. n.2.

Depoſitum.

Definitio, p. 500. n. 1.
An depoſitarius vti poſſit depoſito, p. 501. n. 2.

Cui cedat incremētum depoſiti, p. 502. n. 1.
Deſperatio.
Definitio & ſpecies, p. 130. n. 1. 2.
Detractio.
Definitio, p. 540. n. 1.
An omnes detractiones ſint ejuſdem ſpeciei, p. 541. n. 3.
Quotupliciter committatur, p. 541. n. 4.
Grauitas ejus; & quando ſit peccatum mortale, p. 543. n. 1.
Au peccet qui detrectatorem audit, p. 546 n. 1.
Ejus peccata comcomitantia, p. 547. n. 1. &c.
An quid obliget detractio & reliqua peccata famam proximi lædentia, p. 549. n. 1.
Dies Dominica,
Vide Feſti.
Diuinatio.
Definitio, p. 141. n. 1.
Quod, qui ſuperſtitionionibus vtitur ad diuinandum arcana, quamuis dicat ſe nullum cum dæmone pactum iniuiſſe, graue nihilominus peccatum committat, p. 142. n. 2.
Domicilium.
Quid ſit domicilium abſolutum & Parœciale, & quomodo vtrumque contrahatur, p. 103. n. 2.
Dominus.
Quodnam ſit Officium Superiorum erga ſubditos, p. 192. n. 1. 494. n. 1. &c.
Vide plura ſeruus.
Donatio.

Deſinitio, p. 519. n. 1.
An retinere poſſis ea quæ tibi fur, vſurarius, vel alius qui per media injuſta diues factus eſt, donauit, p. 519. n. 2.

Donum.

An condonatio creditoris excuſet à reſtitutione, p. 297. n. 3. & 299. n. 1.
Qomodo ſe geret debitor qui debiti remiſſionem petit, 300. n. 2.

Dos.

Vtrùm Pater dotare teneatur filiam licet ex proprijs bonis diues ſit, p. 497. n. 1.
An eam dotare debeat quę vult ingredi Religionem, p. 497. n. 2.
An eam quæ ipſo invito vel indigno nubit, p. 498. n. 3. 4.
An deficiente Patre mater teneatur dotare filiam, p. 499. n. 1.
Vtrùm auus Paternus ad id potiori jure teneatur quam Mater, p. 500. n. 2.
An frater teneatur, p. 500. n. 3.

E.

Emptio.

Definitio, p. 379. n. 1.
Quo pretio res emi poteſt, p. 386. n. 1.
Vtrùm credita vili pretio emi poſſint, p. 388. n. 1.
Vtrùm propter anticipatam pecuniam minoris emere liceat, p. 390. n. 1.
An ille qui rem alterius nomine ac pecunia emit, ſibi aliquid retinere poſſit, p. 397. n. 1.
An liceat emere cum pacto redimendi, & quomodo, p. 422. n. 1.

Ad quid obligetur qui emit à poſſeſſore malę fidei, p.380.n.1.418.n.1.& 421.n.1.&c.

Epiſcopus.

Officium, p. 193. n. 3.

Curare debet vt bona peregrinorum ab inteſtato decedentium hæredibus reſtituantur, vel, modo fieri poſſit, in pauperes erogentur, p. 316. n. 1.

Examen apum.

Vide venatio.

F.

Ferrarius faber.

An grauiter peccent qui ferrum minus vtile effingi curant & vendunt, p.419.n.2.

Feſti dies.

In quo conſiſtat feſtorum ſanctificatio, p. 178. n. 1.

Quænam opera feſtis diebus licita vel illicita ſint, p.180. 181.n.1.

Quinam feſtis diebus laborantes excuſentur, p. 183. n. 1.

Quid ſerui facient cum laborare coguntur, p.184.n.4.5.

Quinam feſtorum tranſgreſſioni cooperentur, p. 185. n. 1. &c.

Quale peccatum ſit diebus feſtis laborare, p. 187. n. 1.2.

Fides.

Quid ſit fides diuina, p.122. n.3.

Diuiſio & neceſſitas, p 123. n.1.2.

Myſteria fidei explicitæ quænã, p. 123.n.2.

De peccatis fidei oppoſitis, p. 125. n. 1.

Filius familias.

An filius familias qui rem Patris ſurripuit teneatur ad reſtitutionem, p. 342. 343.

344. n. 1. 2. &c.
An poſſit ante annos pubertatis contrahere, p. 365. n
Quod duo bonorum genera habere poſſit, p. 365. n. 1.
Qualem obligationem cõtrahat mutuando pecuniam vel aliud aliquid, p. 367. n. 1. &c.

Fructus.

Quot genera fructuum percipiantur ex bonis hujus mundi, p. 218. n. 1.
An fructus induſtriæ ex re aliena, ſiue bonâ ſiue mala fide percepti, reſtituendi ſint, p. 219. n. 2.
Quid de reliquis fructibus cenſendum ſit, p. 220. n. 1. & 221. n. 1.

Furtum.

Definitio & grauitas, p. 335. n. 1.
Quale peccatum ſit, p. 336. n. 2.
Quænam materia vel quantitas requiratur vt furtum ſit peccatum mortale, p. 336. n. 1. 2.
Quandonam peccetur mortaliter per minuta furta, p. 338. n. 1. &c.
An peccet qui in graui neceſſitate bona aliena furatur, p. 341. n. 1. 2.
De furto Filij familias, p. 342. n. 1. 2. & 344. n. 3.
Qualem debeat reſtitutionem, p. 345. n. 1. 2.
De furtis vxorum, & eorum deciſionibus, p. 347. n. 1. &c.
De furtis famulorum, p. 350. n. 1.
An furtum quod in loco ſacro committitur poſſit dici ſacrilegium, p. 150. n. 6.

Digitized by Google

An reſtituere debeat damna per furem illata, qui ab ipſo pecuniam accepit vt eum non prodat, p. 261.n. 1.&c.
Ad quid ille teneatur in cujus domum fur prædam attulit, p. 248 n. 1.
Ad quid ille qui furem occultat dum à lictoribus quæritur, p. 250.n.2.
Quomodo fur ea reſtituet quæ conſumpſit vel alienauit, p. 210. n. 1.

H.

Hæreſis.

Definitio, p. 125. n. 1.
An qui mente non credit aliquem fidei articulum pro hæretico habendus & excommunicandus ſit, p. 125. n. 1.

Homicida.

Ad quid teneatur qui injuſtè vulnerauit aut occidit, p. 325. n.1.
Quomodo injuſtè vulnerati aut occiſi damna æſtimanda ſint, p. 326. n.2.
An hæredes homicidæ teneantur ad reſtitutionem, licet capite plexus ſit, vel occiſus injuriam ei remiſerit, p. 326. n.3.
Quibuſnam occiſi hęredibus homicida reſtituere teneatur, p. 327. n. 1.&c.
An qui prouocantem vel inuaſorem occidit teneatur ad reſtitutionem, p.328.n.1.2.
An vacans rei illicitæ occidit inuaſorem, vitam ſuam defendendo, teneatur ad reſtitutionem, p. 329. n. 3.
De illo qui caſu occidit, p. 330. n. 4.
Quotupliciter morti cooperemur, p. 194. n. 1.

Digitized by Google

Vide plura Occidere.

Honor.

De honore ſecundùm quartum præceptum exhibendo, p. 188. n. 1.

Honor læſus per detractionem, vide detractio, p. 540. n. 1. &c.

Hoſpes.

Vtrùm caupo accipiens à filio-familias, in ſolutionem, pecuniam parentibus ſurreptam, teneatur ad reſtitutionem, p. 247. n. 3.

Vtrùm qui fures recipit, eiſque prædam ad eſum parat, teneatur, p. 247. n. 5.

Vtrùm liceat diebus prohibitis carnes vendere, & cœnam apponere diebus jejunij, p. 404. n. 4.

Humilitas.

Humilitas Confeſſario admodum neceſſaria eſt, & in duobus inprimis caſibus exercenda, p. 52. n. 2. & 53. n. 3.

I.

Iejunium.

An dupliciter peccet qui vigiliâ Apoſtoli in quadrageſimam vel in quatuor tempora incidente non jejunat, p. 71. n. 1.

Ignorantia.

Diuiſio, p. 75. n. 1.

Quod Deus ignorantiam ſpontaneam non excuſet, p. 77. n. 4.

An damnandi ſint qui in ignorantia rerum fidei moriuntur, p. 124. n. 2.

Illuſio.

Vide detractio.

Impedimentum.

An

An qui à conſecutione rei aliquem impedierit, reſtituere teneatur, p. 229. n. 2. &c. & 230. n. 1. &c.

Imprecatio.

Quale peccatum ſit, p. 151. n. 4.

Infans.

Infantes leges ſeruare non tenentur, adulti verò ad id obligantur, p. 100. n. 1.

De officio liberorum erga parentes, p. 190. n. 1. &c.

Injuria.

An injuria Epiſcopo vel Patri illata differat ab injuria alij cuidam illata, p. 189. n. 3.

Intereſſe.

Vide mutuum.

Interruptio.

Quid ſit moralis actuum voluntatis interruptio, p. 67. n. 2.

Iudex.

De authoritate Iudicis, p. 551. n. 1.

Vtrùm Iudices laici poſſint Clericos judicare, & quo in caſu, p. 551. n. 2.

An Iudex poſſit eum condemnare qui reus probatur in judicio ex falſis teſtibus & actis, cum ipſe tamen nouerit eum eſſe innocentem, p. 553. n. 1.

An & quæ ſcientia Iudici neceſſaria ſit, p. 554. n. 2.

An Iudex vel ſuperior poſſint condonare vel mutare pœnam à lege præſcriptam, p. 556. n. 1. &c. & 557. n. 1.

Vtrùm inſigniores Domini peccent ac reſtituere debeant argentum quod pro

crimine in illorum ditione commiſſa ac-
ceperunt, p. 559. n. 3.
An liceat intercedere pro reis, p. 560. n. 4.

Iudicium.

Quid ſit judicium temerarium & vnde cognoſcatur, p. 548. n. 6.

Iuramentum.

Definitio, p. 152. n. 1.
An juret qui dicit per fidem meam, &c. p. 153. n. 2. &c.
Diuiſio, p. 156. n. 1.
Conditiones quæ juramentum licitum efficiunt, p. 157. n. 1. 2.
Iurare contra veritatem, etiam in re leui, peccatum mortale eſt, p. 159. n. 1.
Et rem dubiam vt veram juramento aſſerere, p. 159. n. 2.
Quale peccatum ſit jurare ſine judicio & juſtitia, p. 160. n. 3. 4.
An jurantes teneantur ſemper implere juramentum, p. 161. n. 1. 2. & 160. n. 1.
An iuramentum ex metu graui emiſſum ſeruandum ſit, p. 163. n. 4.
An cum fraude emiſſum obliget, p. 164. n. 5.
De juramento comminatorio, p. 165. n. 1.
Quale peccatum ſit juramentum violare, p. 166. n. 1. &c.
Quibus modis obligatio juramenti ceſſet, p. 168. n. 1.
An liceat exigere juramentum ab eo quem pejeraturum conſtat, p. 169. n. 1. &c.
An jurans ex praua conſuetudine peccet quoties jurat, p. 171. n. 1. &c.

Ius.

Quid ſit jus ad rem & jus in re, p. 227. n. 2.

Iuſtitia.

Definitio juſtitiæ commutatiuæ & diſtributiuæ, p. 201. n. 1.

Qui violat primam tenetur reſtituere, non autem ſecundam, p. ibidem.

L.

Lana.

An liceat minoris emere lanam propter anticipatam ſolutionem, p. 390. n. 1. 393. n. 1. & 395. n. 1.

Lapides pretioſi.

An liceat retinere Gemmas in littore maris, vel lapides pretioſos in montibus repertos, p. 308. n. 2.

Legatum.

Definitio, p. 524. n. 1.

Quatuor circumſtantiæ in legatis attendendæ ad dignoſcendum eorum valorem, p. 524. n. 2.

Conditiones quæ legatum validum vel inualidum efficiunt, p. 530. n. 1. &c. 524. n. 2. & 527. n. 1.

Vtrùm pecunia in Matrimonium egenæ puellę legata poſſit applicari dotādę Virgini ad Religionis ingreſſum, p. 529 n. 6.

De donatione legatorum, p. 530. n. 1. &c.

Lex.

Definitio, p. 94. n. 1.

An vltra promulgationem eius acceptatio requiratur, p. 95. n. 2.

An ſucceſſores eorum qui leges non ac-

ceptarunt, peccent eas non obſeruando, p. 96. n. 2.
Diuiſio, p. 97. n. 1.
Vtrùm actus interni ab humana lege præcipi aut vetari poſſint, p. 99. n. 1. 2.
Quinam ſint qui leges ſeruare tenentur, p. 100. n. 1. 2.
Vtrùm lex injuſta obliget, p. 104. n. 1.
Ad quod peccatum obligent leges humanæ, p. 106. n. 3.
An dentur humanę leges quę in foro dumtaxat exteriori vel interiori obligent, p. 107. n. 1.
Deſcriptio legum purè pœnalium, p. 105. n. 2.
An leges humanæ pœnales in conſcientia obligent ad ſubeundum pœnam ipsô factô inflictam, p. 109. n. 1.
De modo parendi legibus, p. 111. n. 1.
Quotupliciter lex deficiat ſeu abrogetur, p. 112. n. 1. &c.
Legiſlatore mortuo lex tamen non deficit, p. 114. n. 4.

Lignatio.

Ad quid obligetur ille qui in ſylua communitatis ligna cæcidit, p. 322. n. 1.
Vel priuati cujuſdam, p. 323. n. 1.
Quomodo ſe geret Confeſſarius erga pauperes qui ad vſus neceſſarios furtiuè ligna cædunt, p. 324. n. 2.

Litteræ.

De litteris à confeſſario & pœnitentibus mutuò ſcribendis, p. 42. n. 1. &c.

Locatio, & conductio.

Vtriuſque definitio, p.484.n.1.2.
Quænam res locari, vel conduci poſſint, p. 485.n. 3.
Quænam ſint obligationes locatoris, p. 486. n. 1.
An liceat locare domum ſcelerato cuidam, p. 488. n. 1.
Ad quod conductor obligetur, p. 490. n.1.
An morte locatoris contractus locationis diſſoluatur, p.491.n.2.
De conductione famulorum, p.492.n.1.
An qui operarium conduxit nec tamen illo uſus eſt, teneatur ſoluere integrum ſtipendium, p.494. n. 1.
An qui conductus eſt 4. libris vt eat Toloſam, totidem ab alio accipere poſſit, p. 495. n. 2.
An qui certo ſtipendio artificem conduxit, vt toti familiæ inſeruiat, teneatur augere ſtipendium, aucto numero perſonarum, p. 495. n. 3.
An poſſit mercedis incrementum poſcere qui de mercede operis paciſcendo deceptus eſt, p. 495. n.4.

Lucrum vide Mutuum.

Ludus.

Definitio, p.510.n.1.
An licitus ſit, præſertim Clericis, ibid. n. 2. 3.
Quę peccata in eo committantur, & vtrùm obliget ad reſtitutionem, p.512.n.1.&c.
An ludens cum filio-familias ad reſtitutionem teneatur ſi vincit, p. 515. n. 3.

Quod ludus aleæ periculoſus ſit, & dignus qui euitetur, p. 511. n. 3.
An qui creditò ludens vincitur teneatur ad reſtitutionem, p. 516. n. 5.

Luxuria.

Quænam peccata ſub nomine luxuriæ comprehendantur, p. 197. n. 1.
Quomodo Confeſſarius de his peccatis interrogare debeat, p. 198. n. 1.
Quænam remedia huic peccato obnoxijs conſulenda ſint, p. 199. n. 2.

M.

Magia.

De Magia & ejus ſpeciebus, p. 147. n. 1.
An Magum rogare liceat vt maleficium tollat, p. 147. n. 2.

Magiſtratus.

An ſuperiores Politici teneantur obſtare damno alterius cum propriæ vitæ, bonorum, honoriſue periculo, p. 258. n. 3. 4.

Vide plura Iudex.

Maledictio.

Quale peccatum ſit beſtijs maledicere, p. 151. n. 5.

Mandatum.

De neceſſitate obſeruationis Decalogi, p. 117. n. 1.
Quod qui vnum tranſgreſſus eſt omnium reus factus ſit, p. 1.8. n. 2.
Quod mandata Dei non ſint obſeruatu difficilia nec impoſſibilia, p. 120. n. 1.

Vide plura Decalogus.

Matrimonium.

An contractus cum errore vel dolo celebratus poſſit Matrimonium inualidum efficere, p.354.n.1.&c.356.n.1.&c.

Mendacium.

Definitio p.538.n.2.
Diuiſio, p.539.n.3.
An vſus veſtis alieni ſexus ſit peccatum mendacij, p.539n.4.

Mercator.

An liceat vendere ea quibus homines ſæpiſſimè abutuntur, p.403.n.1.&c.
An liceat mercatoribus mutuo dare cum pacto vt debitor teneatur in tabernis ipſorum emere, p.426.n.2.3.
Vtrùm monopolium mercatorum licitum ſit, p.209.n.1.&c.

Metallum.

Ad quem pertineant fodinæ & metalla, 308.n.3.

Miles.

Ad quam reſtitutionem teneantur milites qui in bello injuſtè diripuerunt, 254.n.1.

Minor.

Definitio & an validè contrahere poſſit, p.370.n.1.

Miſſa.

An dupliciter peccet qui non adeſt Miſſæ cuiuſdam Feſti in Dominicam incidentis, p.71.n.1.

Modeſtia.

Quod modeſtia Confeſſario admodum neceſſaria ſit, p.51.n.2.

Mutuum.

Definitio, p. 424. n. 1.
Intereſſe definitio & diuiſo, p. 430. n. 2. 3.
Quo in caſu liceat exigere intereſſe, p. 431. n. 2.
Quænam ſint conditiones damni emergentis, p. 433. n. 1.
Et quænam lucri ceſſantis, p. 437. n. 1.
An propter periculum amittendi mutuatum, vel id non recuperandi niſi cum expenſis, liceat accipere aliquid ſuprà ſortem, p. 439. n. 1.
Vel priuando ſe pecuniâ per aliquod tempus, p. 441. n. 1.
Vel propter officium quo mutuans deuincitur, p. 442. n. 1.
Vel propter conſtitutionem Regiam, p. 444. n. 1.
An maritus poſſit accipere intereſſe eſt dote vxoris, p. 445. n. 1.
An vidua, p. 445. n. 2.
An tutores ex mutuo pupillorũ, p. 447. n 1.
Reſpondetur objectionibus in vſuræ fauorem afferri ſolitis, p. 451. n. 1. & 449. n. 1.
An liceat vti pignore, p. 456. n. 1.
An qui agrum, &c. vendidit, poſſit accipere intereſſe, donec pretium ſoluatur, p. 457. n. 4.
An qui pecuniam mutuauit eâ lege vt totidem in ſpecie reſtituatur, poſſit eam exigere aucto illius pretio, p. 459. n. 3.
An cuidam creditò vendere liceat eô pactô vt in ſuâ tantùm tabernâ merces emat, p. 426. n. 2.

Digitized by Google

An liceat ruſticis mutuo dare eô pactô vt creditoris agros colant; & an molettrinas habentes non indictiuas poſſint mutuare eo pacto vt ipſorum molendinis ſolum vtantur, ibidem.

An liceat mutuo dare triticum, &c. câ lege vt tempore ſoluatur quo prouidetur plus valiturum quam tunc; vel liceat 5. medios pro 4. accipere, p.458.n.1.2.

Vide plura vſura, commodatum.

Neceſſitas.

Quid ſit neceſſitas medij & Præcepti, p. 123. n. 2.

An liceat in extrema neceſſitate rem alterius ſurripere, p. 341.n.1.&c.

An quis obligetur ad reſtitutionem cùm meliori fortuna vtitur, p. 342.n.3.

Neglectus proprij commodi.

Quid ſit, & in quibus conſiſtat, p.28.n.1.&c.

Notarius.

An liceat illis feſtis diebus contractus, &c. conficere, p. 180. n. 2. 181.

Vtrùm Notarius qui confecit inſtrumentum vſurarium teneatur ad reſtitutionem, p. 475. n. 1.

Officium Notarij quodnam, p. 572. n. 5.

O.

Occidere.

Quænam hoc precepto vetantur. Non occides, p. 194. n.1. 2.

Vide plura homicida.

Odium.

In quo poſita ſit obligatio quâ tenetur

omnis Chriſtianus proximum non odiſſe. p. 195. n. 1.
An inimicos ſalutare teneamur, p. 196. n. 1.
Duæ rationes quibus ad id faciendum tenemur, p. 196. n. 1.

Opera ſeruilia.

Definitio, p. 179. n. 2.
Quænam opera diebus Feſtis licitè fiant; & quænam illicitè, p. 180. 181.

Officium Diuinum.

Qui ſine attentione Officium recitat non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, p. 111. n. 1.

P.

Pœna.

Quomodo pœnæ infligantur, p. 109 n. 1.

Pœnitens.

Quod benignè toleranda ſit eorum imbecillitas, p. 14. n. 1. &c.
Conſilium datur pœnitentibus qui eidem ſemper Confeſſario adhærent, p. 29. n. 3. 4.
Pœnitentes opportunè corripiendi ſunt ante vel in Confeſſione, p. 47. n. 1. 2.
Æqua charitate pauperes ac diuites excipiendi ſunt, p. 10. 11. n. 1. &c.
Vide plura Amicitia Confeſſarius.

Paſſio.

Qua ratione paſſiones ſint cauſa peccati, p. 77. n. 1.
Paſſiones quæ vſum rationis peruertunt pro peccato non habentur, p. 78. n. 2.

Digitized by Google

Remedia contra paſſiones, p. 78. n. 3.

Paſtor.

Quale peccatum committeret ſi alijs ritibus quàm à miſſali præſcriptis vteretur, p. 141. n. 4.

Pater.

Quinam nomine Patris intelligantur in quarto præcepto, p. 179. n. 2.

Officia parentum erga liberos, p. 191. n. 6.

Pauper.

Vtrùm pauper cui bona inuerita tradita ſunt obligetur ad reſtitutionem ſi eorum Dominus apparuerit, p. 312. n. 4.

Quid per pauperes hic intelligatur, p. 311. n. 1.

Peccatum.

Definitiò, p. 56. n. 1.

Quid ſit peccatum veniale & mortale, p. 58. n. 1.

Indicia quibus conſenſus plenus ab imperfecto diſcernitur, p. 58. n. 2.

Quomodo peccatum veniale fieri poſſit mortale, & viceuerſa, p. 60. n. 1. &c. & p. 62. n. 1.

Modi diſcernendi peccatum veniale à mortali, p. 65 n. 1.

Quod numerus peccatorum non deſumatur ex numero objectorum, p. 66. n. 1.

Sed ex actibus voluntatis moraliter interruptis, p. 67. n. 1.

Quod ſpecifica multitudo peccatorum deſumatur ex diuerſis quibus actio prohibetur vel inhibetur, p. 71. n. 1.

Quod voluntas ſit vera peccati cauſa; & quid ſit peccatum ex malitia, p. 73. n. 1. 74. n. 2.
Præter voluntatem duæ aliæ peccatorum cauſæ internæ aſſignantur, p. 75. n. 1.
De 4 externis cauſis peccati, p. 79. n. 1. 81. n. 1.
De gradibus quibus peruenitur ad peccatum, p. 91. n. 1.
De peccati mortalis effectibus, p. 82. n. 1. &c.
De duobus peccati mortalis effectibus erga humanitatem Chriſti, p. 84. n. 1.
De ejus effectibus ex parte animæ, p. 85. n. 1.
Quo in ſenſu dicantur peccata offendere Deum, beatam Virginem & Sanctos, p. 84. n. 2.
De peccati venialis effectibus, & quod diſpoſitio ſit ad mortale, p. 88. n. 1. & p. 90. n. 1.
Remedia contra peccatum, p. 92. n. 1. 2.

Peregrini.

Vtrùm teneantur leges patriæ obſeruare cum verſantur in locis vbi illæ non vigent, p. 102. n. 1.
An teneantur ſeruare leges locorum per quæ tranſeunt, p. 102. n. 2.

Vide plura viator.

Pignus.

Vtrùm creditor ſine labe vſuræ poſſit vti pignore ſibi à mutuatario tradito, p. 456. n. 1.
Vtrùm liceat pecuniam mutuare eâ lege,

Digitized by Google

vt, ſi pignus intra certum tempus non reſtituatur, pignus mutuatoris fiat, vel vænum exponatur, p. 457. n. 3.

Piſcatio.

Vide venatio.

Poſſeſſor bonæ fidei.

Definitio, p.207.n.1.

Ad quid teneatur dubitans rem poſſeſſam alterius eſſe non ſuam, p. 207. n.2.

An eam vendere liceat, p. 208. n. 2.

Ad quid obligetur cum eâ quâ par eſt diligentiâ de vero Domino non inquiſiuit, p. 207. n.2. & 208. n. 3.

Ad quid teneatur ſi rem alterius bonâ fide poſſeſſam conſumpſit vel alienauit, p. 210. n. 1.

Quoſnam fructus ex re aliena perceptos reſtituere teneatur, p. 220. n.1. 2. & p. 212.n.1.2.

Poſſeſſor malæ-fidei.

Duo caſus in quibus quis cenſeatur poſſeſſor malæ-fidei, & ad quid tunc obligetur, p. 209. n. 1. 2.

Quomodo reſtituere debeat bona quæ cõſumpſit vel alienauit, p. 215. n. 1.

An fructus ex re aliena perceptos reſtituere teneatur, p. 221.n.1.2.

An teneatur reſtituere cum res deterior facta ſit vel forte perierit, p. 270.n.1.&c.

Ad quid obligetur ille qui emit à poſſeſſore malæ-fidei res ex iniquitate prouenientes, quarum tamen erat Dominus, p. 380.n. 1.

Quandonam poſſeſſor ille talium rerum

Digitized by Google

dominium adeptus cenſeatur, p. 381. n. 2.
Ad quid obligetur ille qui bona-fide emit rem à poſſeſſor male-fidei, in ſpecie, p. 382. n. 1. &c.
Ad quid ille qui mala-fide emit, p. 385. n. 1. 2.

Præſcriptio.

Definitio. Et an excuſet à reſtitutione in vtroque foro, p. 295. n. 1. &c.
An qui bona fide poſſedit rem à deceſſore mala fide poſſeſſam, poſſit præſcribere, p. 290. n. 3.
Quo tempore præſcribendum ſit, ibidem.

Præſumptio.

Definitio, & duæ illius cauſæ, p. 130. n. 4.

Precarium.

Definitio p. 509. n. 1.
Quomodo differat à contractu, ibidem.

Pretium.

Quod duplex ſit pretium; cùm eorum differentijs, p. 405. n. 1.
Quo pretio emendum ſit, p. 386. n. 1. 2.
Et quo vendendum, p. 405. n. 1. & 407. n. 1.

Procurator.

An poſſit exigere à cliente pretium expeditionis gratis acceptæ, p. 571. n. 4.

Promiſſum.

Definitio, p. 517. n. 1.
An obliget ſub pœna peccati, & qua-

Digitized by Google

lis, p.518.n.2.

Pupillus.

Vide minor.

R.

Rapina.

Vide Furtum.

Receptans.

Definitio, p.246. n. 1.

Quando teneatur ad reſtitutionem, p.246. n. 2.

Varij caſus expugnati, 248. n. 1.

Redbeſtia.

Definitio & conditiones, p.466.n.1.468.n.1.

Quomodo ſe geret confeſſarius erga eos qui conditiones non obſeruarunt, p. 470. n. 1.

Religio.

Definitio, & quod ſit virtus moralis, p.136. n. 1.

Ejus actus, p. 137. n.2.

De peccatis ei oppoſitis, p. 139. n. 1. &c.

Reſidentia.

De reſidentia Parochorum, p.636.n. 1. &c.

Reſidentia obtinentium Beneficia in Capitulo, p. 645. n. 1.

Reſtitutio.

Definitio, & quæ nos ad illam obligent, p. 200. n.1.

An ſit neceſſaria, p. 202. n. 2.

quid ſit fieri ditior occaſione boni alterius in materia reſtitutionis, & ad quid obligemur in hoc caſu p. 211. n. 1.

An bona in ſpecie & indiuiduo reſtituenda ſint, & quid ſit, p.212. n.1. 2.

Quod ludus aleæ periculoſus ſit, & dignus qui euitetur, p. 511. n. 3.
An qui creditò ludens vincitur teneatur ad reſtitutionem, p. 516. n. 5.

Luxuria.

Quænam peccata ſub nomine luxuriæ comprehendantur, p. 197. n. 1.
Quomodo Confeſſarius de his peccatis interrogare debeat, p. 198. n. 1.
Quænam remedia huic peccato obnoxijs conſulenda ſint, p. 199. n. 2.

M.

Magia.

De Magia & ejus ſpeciebus, p. 147. n. 1.
An Magum rogare liceat vt maleficium tollat, p. 147. n. 2.

Magiſtratus.

An ſuperiores Politici teneantur obſtare damno alterius cum propriæ vitæ, bonorum, honoriſue periculo, p. 258. n. 3. 4.

Vide plura Iudex.

Maledictio.

Quale peccatum ſit beſtijs maledicere, p. 151. n. 5.

Mandatum.

De neceſſitate obſeruationis Decalogi, p. 117. n. 1.
Quod qui vnum tranſgreſſus eſt omnium reus factus ſit, p. 118. n. 2.
Quod mandata Dei non ſint obſeruatu difficilia nec impoſſibilia, p. 120. n. 1.

Vide plura Decalogus.

Matrimonium.

An contractus cum errore vel dolo celebratus poſſit Matrimonium inualidum efficere, p.354.n.1.&c.356.n.1.&c.

Mendacium.

Definitio p.538.n.2.

Diuiſio, p.539.n.3.

An vſus veſtis alieni ſexus ſit peccatum mendacij, p.539n.4.

Mercator.

An liceat vendere ea quibus homines ſæpiſſimè abutuntur, p.403.n.1.&c.

An liceat mercatoribus mutuo dare cum pacto vt debitor teneatur in tabernis ipſorum emere, p.426.n.2.3.

Vtrùm monopolium mercatorum licitum ſit, p.209.n.1.&c.

Metallum.

Ad quem pertineant fodinæ & metalla, 308.n.3.

Miles.

Ad quam reſtitutionem teneantur milites qui in bello injuſtè diripuerunt, 254.n.1.

Minor.

Definitio & an validè contrahere poſſit, p.370.n.1.

Miſſa.

An dupliciter peccet qui non adeſt Miſſæ cuiuſdam Feſti in Dominicam incidentis, p.71.n.1.

Modeſtia.

Quod modeſtia Confeſſario admodum neceſſaria ſit, p.51.n.2.

Mutuum.

Definitio, p. 424. n. 1.
Intereſſe definitio & diuiſo, p. 430. n. 2. 3.
Quo in caſu liceat exigere intereſſe, p. 431. n. 1.
Quænam ſint conditiones damni emergentis, p. 433. n. 1.
Et quænam lucri ceſſantis, p. 437. n. 1.
An propter periculum amittendi mutuatum, vel id non recuperandi niſi cum expenſis, liceat accipere aliquid ſuprà ſortem, p. 439. n. 1.
Vel priuando ſe pecuniâ per aliquod tempus, p. 441. n. 1.
Vel propter officium quo mutuans deuincitur, p. 442. n. 1.
Vel propter conſtitutionem Regiam, p. 444. n. 1.
An maritus poſſit accipere intereſſe eſt dote vxoris, p. 445. n. 1.
An vidua, p. 445. n. 2.
An tutores ex mutuo pupillorũ, p. 447. n 1.
Reſpondetur objectionibus in vſuræ fauorem afferri ſolitis, p. 451. n. 1. & 449. n. 1.
An liceat vti pignore, p. 456. n. 1.
An qui agrum, &c. vendidit, poſſit accipere intereſſe, donec pretium ſoluatur, p. 457. n. 4.
An qui pecuniam mutuauit eâ lege vt totidem in ſpecie reſtituatur, poſſit eam exigere aucto illius pretio, p. 459. n. 3.
An cuidam creditò vendere liceat eô pactô vt in ſuâ tantùm tabernâ merces emat, p. 426. n. 2.

An liceat ruſticis mutuo dare eô pactô vt creditoris agros colant; & an molctrinas habentes non indictiuas poſſint mutuare eo pacto vt ipſorum molendinis ſolum vtantur, ibidem.
An liceat mutuo dare triticum, &c. eâ lege vt tempore ſoluatur quo prouidetur plus valiturum quam tunc; vel liceat 5. medios pro 4. accipere, p. 458. n. 1. 2.
Vide plura vſura, commodatum.

Neceſſitas.

Quid ſit neceſſitas medij & Præcepti, p. 123. n. 2.
An liceat in extrema neceſſitate rem alterius ſurripere, p. 341. n. 1. &c.
An quis obligetur ad reſtitutionem cùm meliori fortuna vtitur, p. 342. n. 3.

Neglectus proprij commodi.

Quid ſit, & in quibus conſiſtat, p. 28. n. 1. &c.

Notarius.

An liceat illis feſtis diebus contractus, &c. conficere, p. 180. n. 2. 181.
Vtrùm Notarius qui confecit inſtrumentum vſurarium teneatur ad reſtitutionem, p. 475. n. 1.
Officium Notarij quodnam, p. 572. n. 5.

O.

Occidere.

Quænam hoc precepto vetantur. Non occides, p. 194. n. 1. 2.
Vide plura homicida.

Odium.

In quo poſita ſit obligatio quâ tenetur

omnis Chriſtianus proximum non odiſſe, p. 195. n. 1.
An inimicos ſalutare teneamur, p. 196. n. 1.
Duæ rationes quibus ad id faciendum tenemur, p. 196. n. 1.

Opera ſeruilia.

Definitio, p. 179. n. 2.
Quænam opera diebus Feſtis licitè fiant; & quænam illicitè, p. 180. 181.

Officium Diuinum.

Qui ſine attentione Officium recitat non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, p. 111. n. 1.

P.

Pœna.

Quomodo pœnæ infligantur, p. 109 n. 1.

Pœnitens.

Quod benignè toleranda ſit eorum imbecillitas, p. 14. n. 1. &c.
Conſilium datur pœnitentibus qui eidem ſemper Confeſſario adhærent, p. 29. n. 3. 4.
Pœnitentes opportunè corripiendi ſunt ante vel in Confeſſione, p. 47. n. 1. 2.
Æqua charitate pauperes ac diuites excipiendi ſunt, p. 10. 11. n. 1. &c.
Vide plura Amicitia Confeſſarius.

Paſſio.

Qua ratione paſſiones ſint cauſa peccati, p. 77. n. 1.
Paſſiones quæ vſum rationis peruertunt pro peccato non habentur, p. 78. n. 2.

Digitized by Google

Remedia contra paſſiones, p. 78. n. 3.

Paſtor.

Quale peccatum committeret ſi alijs ritibus quàm à miſſali præſcriptis vteretur, p. 141. n. 4.

Pater.

Quinam nomine Patris intelligantur in quarto præcepto, p. 179. n. 2.

Officia parentum erga liberos, p. 195. n. 6.

Pauper.

Vtrùm pauper cui bona inuerita tradita ſunt obligetur ad reſtitutionem ſi eorum Dominus apparuerit, p. 312. n. 4.

Quid per pauperes hic intelligatur, p. 311. n. 1.

Peccatum.

Definitio, p. 56. n. 1.

Quid ſit peccatum veniale & mortale, p. 58. n. 1.

Indicia quibus conſenſus plenus ab imperfecto diſcernitur, p. 58. n. 2.

Quomodo peccatum veniale fieri poſſit mortale, & viceuerſa, p. 60. n. 1. &c. & p. 62. n. 1.

Modi diſcernendi peccatum veniale à mortali, p. 65 n. 1.

Quod numerus peccatorum non deſumatur ex numero objectorum, p. 66. n. 1.

Sed ex actibus voluntatis moraliter interruptis, p. 67. n. 1.

Quod ſpecifica multitudo peccatorum deſumatur ex diuerſis quibus actio prohibetur vel inhibetur, p. 71. n. 1.

Digitized by Google

Quod voluntas ſit vera peccati cauſa ; & quid ſit peccatum ex malitia, p. 73. n. 1. 74. n. 2.

Præter voluntatem duæ aliæ peccatorum cauſæ internæ aſſignantur, p. 75. n. 1.

De 4 externis cauſis peccati, p. 79. n. 1. 81. n. 1.

De gradibus quibus peruenitur ad peccatum, p. 91. n. 1.

De peccati mortalis effectibus, p. 82. n. 1. &c.

De duobus peccati mortalis effectibus erga humanitatem Chriſti, p. 84. n. 1.

De ejus effectibus ex parte animæ, p. 85. n. 1.

Quo in ſenſu dicantur peccata offendere Deum, beatam Virginem & Sanctos, p. 84. n. 2.

De peccati venialis effectibus, & quod diſpoſitio ſit ad mortale, p. 88. n. 1. & p. 90. n. 1.

Remedia contra peccatum, p. 92. n. 1. 2.

Peregrini.

Vtrùm teneantur leges patriæ obſeruare cum verſantur in locis vbi illæ non vigent, p. 102. n. 1.

An teneantur ſeruare leges locorum per quæ tranſeunt, p. 102. n. 2.

Vide plura viator.

Pignus.

Vtrùm creditor ſine labe vſuræ poſſit vti pignore ſibi à mutuatario tradito, p. 456. n. 1.

Vtrùm liceat pecuniam mutuare eâ lege,

Digitized by Google

vt, ſi pignus intra certum tempus non reſtituatur, pignus mutuatoris fiat, vel vænum exponatur, p. 457. n. 3.

Piſcatio.

Vide venatio.

Poſſeſſor bonæ fidei.

Definitio, p. 207. n. 1.

Ad quid teneatur dubitans rem poſſeſſam alterius eſſe non ſuam, p. 207. n. 2.

An eam vendere liceat, p. 208. n. 2.

Ad quid obligetur cum eâ quâ par eſt diligentiâ de vero Domino non inquiſiuit, p. 207. n. 2. & 208. n. 3.

Ad quid teneatur ſi rem alterius bonâ fide poſſeſſam conſumpſit vel alienauit, p. 210. n. 1.

Quoſnam fructus ex re aliena perceptos reſtituere teneatur, p. 220. n. 1. 2. & p. 212. n. 1. 2.

Poſſeſſor malæ-fidei.

Duo caſus in quibus quis cenſeatur poſſeſſor malæ-fidei, & ad quid tunc obligetur, p. 209. n. 1. 2.

Quomodo reſtituere debeat bona quæ cõſumpſit vel alienauit, p. 215. n. 1.

An fructus ex re aliena perceptos reſtituere teneatur, p. 221. n. 1. 2.

An teneatur reſtituere cum res deterior facta ſit vel forte perierit, p. 270. n. 1. &c.

Ad quid obligetur ille qui emit à poſſeſſore malæ-fidei res ex iniquitate prouenientes, quarum tamen erat Dominus, p. 380. n. 1.

Quandonam poſſeſſor ille talium rerum

Iis, p.518.n.2.

Pupillus.

Vide minor.

R.

Rapina.

Vide Furtum.

Receptans.

Definitio, p.246. n. 1.

Quando teneatur ad reſtitutionem, p.246. n. 2.

Varij caſus expugnati, 248. n. 1.

Redbeſtia.

Definitio & conditiones, p.466.n.1.468.n.1.

Quomodo ſe geret confeſſarius erga eos qui conditiones non obſeruarunt, p. 470. n. 1.

Religio.

Definitio, & quod ſit virtus moralis, p.136. n. 1.

Ejus actus, p. 137. n.2.

De peccatis ei oppoſitis, p. 139. n. 1. &c.

Reſidentia.

De reſidentia Parochorum, p.636.n. 1. &c.

Reſidentia obtinentium Beneficia in Capitulo, p. 645. n. 1.

Reſtitutio.

Definitio, & quæ nos ad illam obligent, p. 200. n.1.

An ſit neceſſaria, p. 202. n. 2.

quid ſit fieri ditior occaſione boni alterius in materia reſtitutionis, & ad quid obligemur in hoc caſu p. 211. n. 1.

An bona in ſpecie & indiuiduo reſtituenda ſint, & quid ſit, p.212. n.1.2.

Digitized by Google

An bonum alienum in ſpecie reſtituendum ſit, cum creuit eius valor, p. 213. n. 1.
Iuxta quem valorem reſtituenda ſit res perdita, conſumpta vel deuaſtata, p. 215. n. 1. 217. n. 1.
Quomodo reſtituendi ſint fructus ex bonis alienis percepti, p. 218. n. 1. &c.
Quid ſit ad reſtitutionem primo loco teneri, p. 264. n. 1.
Quinam cooperatorum damni teneantur primo loco ad reſtitutionem, p. 266. n. 3.
Quomodo reſtitutio debeat fieri per cauſas ęquè vel minùs principales, p. 268. n. 1.
Quid agẽdum cum vna ex cauſis reſtituit, vel reſtitutio ipſi condonata ſit, p. 269. n. 2. 3.
An, cum omnibus creditoribus ſatisfieri non poſſit, ille præferendus ſit cujus res habetur in ſpecie, p. 277. n. 1.
An creditor ex delicto vel ex contractu oneroſo præferendus ſit, p. 279 n. 1.
An debitori ex contractu oneroſo potius reſtituendum ſit quàm debitori ex contractu gratuito, p. 280. n. 2.
An reales præferendi ſint perſonalibus, p. 280. n. 1.
An ille cujus bona priùs obligata erant, cæteris præferendus ſit, p. 281. n. 5. &c.
An facta reſtitutione poſſit quis ad eam terum obligari ſi res non peruenerit ad Dominum, p. 274. n. 1. &c.
An oporteat quam primum fieri reſtitutio, & quale peccatum ſit eam differre, p. 285. n. 1. 2.

Quo in caſu reſtitutio poſſit aut debeat differri, p. 287. n. 1.
An differri poſſit reſtitutio quando fieri non poteſt ſine graui damno bonorum temporalium, & an debitor reparari teneatur damnum quod creditor in hoc caſu patiatur, p. 289. n. 1. &c.
An differri poſſit quando fieri nequit quominùs debitor è ſtatu ſuo excidat, vel jacturam honoris faciat, p. 291. n. 1. 2.
An differri poſſit propter ceſſionem bonorum, p. 294. n. 1.
Rationes ob quas reſtitutio poteſt Omitti, p. 295. n. 1.
An ignorantia vel impotentia excuſent à reſtitutione, p. 305. n. 1. &c.
De reſtitutione in integrum & quinam hoc priuilegio gaudere poſsint, p. 373. n. 1. & p. 374. n. 2.
An reſtituenda ſit pecunia eâ lege accepta vt quis bonum opus quod facere tenebatur, exequatur, p. 223. n. 1.
Vel vt malum opus omittat. p. 225. n. 1.
De reſtitutione in particulari. Vide adulterium, p. 332. n. 1. &c.

Reus.

Ad quid obligetur reus cum à judice interrogatur, p. 561. n. 2. 3.

S.

Sacrilegium.

Definitio, p. 149. n. 3. &c.
Species, p. 149. & 150. n. 5. 6. 7.

Sartores.

Quomodo ſartores teneantur ad reſtitu-

tionem emendo merces pro aliorum veſtibus conficiendis, p. 397. n. 2. &c.

Scandalum.

Scandalo peccatum veniale ſit mortale, p. 61. n. 3.

Scrupulus.

Conſolari oportet eos qui ſcrupulis reliquiſque animi anxietatibus agitantur, maximè circa præteritas confeſſiones. Idea boni Confeſſoris, p. 17. n. 1. 2.

Nec diſſuadendum eſt aſperitate quadam erga ſcrupuloſos vti, p. 18. n. 3.

Seruus.

De officijs famulorum erga Dominos, p. 192. n. 1.

An reſtituere teneantur ſi tacuerint vel non obſtiterint damno heris illato, p. 160. n. 3.

De ſtipendio Operariorum, p. 494. n. 1.

Vtrùm conducens ſeruum ſe viliſſimo pretio locantem teneatur ad reſtitutionem, p. 492. n. 2.

An integrum ſtipendium ſoluendum ſit famulo, qui ante elapſum tempus dimittitur, p. 493. n. 3.

An ſoluenda ſit merces famulo pro tempore quo ægrotauit, p. 493. n. 4.

Simonia.

Definitio, p. 658. n. 1.

Diuiſio, p. 662. n. 1. & 660. n. 1. &c.

Materia, p. 664. n. 1.

Nouus hujus ſæculi caſus, p. 669. n. 1. &c.

Pœna Simoniacorum, p. 673. n. 1. &c.

Vtrùm cooperatores vel conſentientes

Digitized by Google

eaſdem pœnas incurrant, p. 672. n. 1.
An reſtituere debeant ſimoniaci, p. 680. n. 1.
Definitio, Diuiſio & Conditiones, p. 462. n. 1. &c.
De contractu ſocietatis animalium, p. 463. n. 1. &c.
De contractu ſocietatis pecuniæ, p. 472. n. 1. &c.
Vtrùm ſocietas legitima ſit mutuo alicui pecuniam dare ad fundum emendum, aut munus aliquod, vt lucrum inde accipiat, p. 477. n. 1.

Somnium.

De ſuperſtitione quæ in ſomniis committitur, p. 143. n. 1.
Quale peccatum ſit ſomniis fidem adhibere, p. 144. n. 3.
Indicia quibus cognoſcendum eſt vtrùm ſomnia à Deo vel à Dæmone proficiſcantur, p. 143. n. 2.

Spes.

Definitio & Obligatio, p. 126. n. 1. &c.
De peccatis ſpei oppoſitis, p. 130. n. 1. &c.

Spiritus libertatis.

Definitio & indicia, p. 30. 31. n. 1. 2. &c.
Effectus & vitia ei oppoſita, p. 33. n. 1. &c.

Stuprum.

Ad quid obligetur qui Virginem violauit, p. 330. n. 1.

Suffragium

Quandonam teneatur ad reſtitutionem qui de facinore committendo ſuffragium tulit, p. 244. n. 2.

Superiores.

An legibus à ſe vel deceſſoribus latis obedire teneantur, p. 101. n. 1.

An Superiores Eccleſiaſtici caſtigare poſſint peregrinos qui leges ſuæ Diœceſeos tranſgrediuntur, p. 102. n. 1. &c.

Quod debeant violationem feſtorum impedire, p. 185. n. 1.

Quomodo Superiores obligentur ad reſtitutionem cum damna non impedierint, p. 256. n. 1. &c.

Superſtitio.

Definitio & ſpecies, p. 139. n. 2. 3.

Cribrum farinarium vertere ad detegendum furem, additâ quorundam verborum prolatione, maximo vertitur peccato, p. 142. n. 2.

Quatuor indicia quibus ſuperſtitio deprahendatur, p. 145. n. 3.

Suſpicio.

Definitio, p. 547. n. 5.

T.

Talentum.

Damnandi ſunt à bono Confeſſario qui talentum gloriæ Dei & proximi ſaluti non impendunt, p. 6. n. 2.

Tentatio.

De tentatione Dei, p. 79. n. 1.

De tentatione Diaboli. Vide Dæmon. p. 79. n. 1. 2.

Teſtis.

Vtrùm teſtis legitime interrogatus teneatur aperire veritatem, p. 562. n. 1.

Quæ cauſæ à veritate detegenda excuſent, p. 562. n. 2.

igitized by Google

An ex charitate, vel juſtitia teſtimonium ferre oporteat, p. 565. n. 1.
Vtrùm qui aufugit vel ſe occultauit ne teſtimonium ferret, obligetur ad reparationem damni quod incurrit ille in cujus fauorem teſtari noluit, p. 566. n. 3.
An ad id teneatur qui citatus teſtari noluit, p. 566. n. 4.
Ad quid falſum ferens teſtimonium teneatur, p. 567. n. 1.
An falſus teſtis teneatur ad retractationem, vt mortem innocentis impediat, p. 568. n. 2.
Ad quid teneatur qui aliquem induxit ad falſum teſtimoniũ dicendum, p. 568. n. 3.
An reſtituenda ſit pecunia ob falſum teſtimonium accepta, p. 569. n. 5.

Teſtamentum.

Definitio, p. 522. n. 1.
An teſtamentum cui deeſt aliqua ſolemnitas jure ciuili requiſita validum ſit in foro inferiori, p. 523. n. 3.

Theſaurus.

Definitio, p. 309. n. 1.
Inuenta cujus ſint, p. 309. n. 2. &c.

Timor.

Variæ timoris Dei diuiſiones cum explicatione, p. 126. n. 1. &c.
De effectu, duratione & vſu timoris ſeruilis; & quomodo in anima cum charitate remaneat, p. 128. n. 1. &c.

Titulus patrimonialis.

An teneatur Pater conſtituere Filio volenti ſuſcipere ſacros Ordines, titulum

patrimonialem, p. 498. n. 2.

Tutor.

Definitio, p. 370. n. 1.
An ejus conſenſus neceſſarius ſit ad reddendum contractus pupilli validos, p. 370. n. 2.
An obligetur ſub pœna reſtitutionis damnum pupilli impedire, p. 258. n. 4.

V.

Vana obſeruantia.

Definitio, p. 145. n. 1.
Tres ejus ſpecies, p. 145. n. 2.
Quatuor indicia quibus deprehenditur, p. 145. n. 3.
Diſcrimen inter vanam obſeruantiam & diuinationem, p. 146. n. 4.

Venatio.

Diuiſio animalium, & ad quem pertineant, p. 317. n. 1. &c.
An examen apum quod in alicujus arbore conſedit, ad ipſum pertineat, p. 318. n. 4.
An feram ab alio vulneratam liceat capere, p. 320. n. 1.
An belluam alterius laqueo comprehenſam, p. 320. n. 2.
Vtrùm qui alterius inſtrumentis vſus eſt ad venandum aut piſcandum teneatur ei reſtituere capturam, p. 320. n. 3.
An capta in venatione aut piſcatione prohibita reſtituenda ſint. p. 321. n. 4.
Qualis reſtitutio debeat fieri ſi nobili vel ejus conductori damnum inferatur, p. 321. n. 4.

Quale peccatum ſit in tali venatione, p. 322. n. 5.

Venditio.

Definitio, p. 399. n. 1.
An ſcriptura requiratur vt venditio valida ſit & obliget in conſcientia, p. 399. n. 2.
Quænam valide vendi poſſint, quænam non, p. 401. n. 1. &c.
Quænam res licitè vendi non poſſint, p. 403. n. 1. &c.
Ad quid teneatur qui rem vitio laborantem vendidit, p. 412. n. 1.
Vel qui merces vitiatas & adulteratas vendidit, p. 416. n. 1.
Vel qui res vendit minùs vtiles, p. 418. n. 1.
De pretio quo vendere liceat, p. 405. n. 1.
An venditor qui pecuniâ furtó ſublatâ ſolutur, illius dominiũ acquirat, p. 402. n. 3.
An ille qui rem alterius nomine vendit poſſit ex ea aliquid ſibi retinere, p. 422. n. 3.
An diebus feſtis vendere liceat, p. 182. n. 2.
An cum pacto redimendi vendere liceat & quomodo, p. 422. n. 1.

Viator.

An liceat diebus feſtis inter facere, p. 101. n. 1.
An peregrini teneantur obſeruare leges patriæ cum ſint in locis vbi non vigent, p. 102. n. 1.
An ſubjecti ſint legibus locorum per quæ tranſeunt, vel quoddã temporis ſpatium tranſigere volunt, p. 102. n. 2.
An vagi ſubjecti ſint legibus locorum per quæ tranſeunt, p. 103. n. 2.

Digitized by Google

Voluntas.

Quod voluntas ſit cauſa peccati, p. 73. n. 1.
Non ſufficit vt quis dicat in Confeſſic. ſe occidiſſe, vel furatum eſſe, ſed oportet declarare numerum perſonarum & valorem rei, p. 69. n. 1.
Quid ſit moralis actuum interruptio, p. 67. n. 2.

Votum.

Definitio, p. 173. n. 1.
Diuiſio, p. 174. n.
De ceſſatione voti, irritatione, & commutatione, p. 176. n. 1. 2.
Et de ejus diſpenſatione, p. 178. n.

Vſura.

Definitio, p. 425. n. 1.
Diuiſio, p. 427. n. 1.
Grauitas, p. 429.
Quinam ſint cooperatores vſuræ, & ad quid obligentur, p. 475. n. 1. &c.
Vtrùm hæredes vel legatarij vſurarij teneantur ad reſtitutionem, p. 478. n. 1.
Vtrùm vſurarius validè donare poſſ. p. 519. n. 2.
Pœnæ in vſurarios manifeſtos, p. 480. n. 1.

Finis prioris Tomi.

Digitized by Google

Digitized by Google